

OFICIOS

BX2164

P5

v. 1

ERIAL DE



1080016317

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS




PIISSIMÆ

ERGA DIVINUM JOSEPHUM

PRÆCES

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



Ignacia Catalina

PIISSIMÆ ERGA
DIVINUM JOSEPHUM

PRECES, AD AUGENDUM NOSTRUM

JOSEPHINUM INSTITUTUM

ATQUE ETIAM

NOSTRAM AD ILLUD VOCATIONEM

FIDELISSIME CONSERVANDAM

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS MEXICI



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Capilla de la Concepción
Biblioteca Universitaria

EX TYP. RELIGIOSA IN VIA VULGO DICTA
Esquina de la Concepción
MDXXV LXXXIV

44263

BX 2164

P5



Capilla Alfonso
Biblioteca Universidad



FONDO CANTERIO
VALVERDE Y TELLEZ

8888

PRÆFATIO.

§ SANCTISSIME Pater noster Joseph: Tu, qui erga nos famulos tuos divinæ charitatis ardor succensus, de tantis, tam magnis, et tam continuis periculis nostrum pauper-culum Institutum, per bonitatem tuam misericorditer liberasti; nos per talia auxilia et misericordias tuas potentissime excitati, has piissimas preces ad tuum Sanctum nomen colendum, quotidie recitare promittimus.

Tu proinde, Pater amantissime, qui semper et pro semper majorem Dei gloriam ac proximi salutem anhelasti, huic officio tuo ignitum illud robur adde, ut ferventissime recitare quotidie valeamus, et per tua merita et intercessionem omnibus diebus vitæ nostræ ante conspectum divinæ Majestatis juxta illud exaudiri mereamur.

Mexici, 19 Martii 1887.

Filiorum tuorum indignissimus
JOSEPHUS MARIA VILASECA.

007493

ANTE OFFICIUM.

SPIRITUS SANCTI gratia illuminet sensus et corda nostra. Amen, Jesus, Maria et Joseph. Aperi, Domine Joseph, os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis et alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma, ut digne, attente ac devote hoc officium, recitare valeam, et exaudiri merear ante conspectum divinæ Majestatis tuæ. Domine Joseph, in unione illius divinæ intentionis, qua in terris laudes Deo persolvisti, hoc tibi officium persolvere volo.

DIE DOMINICA AD MATUTINUM.

Luego de haber rezado de rodillas el Padre nuestro, el Ave María, el Ave Joseph y el Venerabilis Mater nostra, puestos todos de pié, el que preside comienza como sigue:

- V. Sancte Joseph, dignissime sponse Mariæ et Pater Virginalis Jesu.*
R. Ora pro nobis peccatoribus nunc et in hora mortis nostræ. Amen Jesus, Maria et Joseph.
V. Illumina bone Joseph, oculos meos, ne unquam obdormiam in morte peccati.
R. Ne quando dicat inimicus meus, praevalui adversus eum.
V. Dilectissime Joseph, in adjutorium meum intende.
R. Domine mi, ad adjuvandum me festina.
V. Gloria Trinitati cœli, Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
R. Honor Trinitati terræ, Jesu, Mariæ et Josepho.

HYMNUS.

Te, Joseph, celebrent agmina cœlitum,
Te cuncti resonent Christiadum chori,
Qui clarus meritis, junctus es inclytæ
Casto fœdere Virgini.

Almo cum tumidam germine conjugem
Admirans, dubio tangeris anxius,

ANTE OFFICIUM.

SPIRITUS SANCTI gratia illuminet sensus et corda nostra. Amen, Jesus, Maria et Joseph. Aperi, Domine Joseph, os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis et alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma, ut digne, attente ac devote hoc officium, recitare valeam, et exaudiri merear ante conspectum divinæ Majestatis tuæ. Domine Joseph, in unione illius divinæ intentionis, qua in terris laudes Deo persolvisti, hoc tibi officium persolvere volo.

DIE DOMINICA AD MATUTINUM.

Luego de haber rezado de rodillas el Padre nuestro, el Ave María, el Ave Joseph y el Venerabilis Mater nostra, puestos todos de pié, el que preside comienza como sigue:

- V. Sancte Joseph, dignissime sponse Mariæ et Pater Virginalis Jesu.*
R. Ora pro nobis peccatoribus nunc et in hora mortis nostræ. Amen Jesus, Maria et Joseph.
V. Illumina bone Joseph, oculos meos, ne unquam obdormiam in morte peccati.
R. Ne quando dicat inimicus meus, praevalui adversus eum.
V. Dilectissime Joseph, in adjutorium meum intende.
R. Domine mi, ad adjuvandum me festina.
V. Gloria Trinitati cœli, Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
R. Honor Trinitati terræ, Jesu, Mariæ et Josepho.

HYMNUS.

Te, Joseph, celebrent agmina cœlitum,
Te cuncti resonent Christiadum chori,
Qui clarus meritis, junctus es inclytæ
Casto fœdere Virgini.

Almo cum tumidam germine conjugem
Admirans, dubio tangeris anxius,

Afflatu superi flaminis Angelus
Conceptum puerum docet.

Tu natum Dominum stringis, ad exteras
Ægypti profugum tu sequeris plagas,
Amissum Solymis quæris, et invenis,
Miscens gaudia fletibus.

Post mortem reliquos mors pia consecrat,
Palmamque emeritos gloria suscipit:
Tu vivens, Superis par, fruëris Deo,
Mira sorte beator.

Nobis, summa Trias, parce precantibus,
Da Joseph meritis sidera scândere:
Ut tandem liceat nos tibi perpetim
Gratum promere canticum.

Amen, Jesus, Maria et Joseph.

V. Constituit eum Dominum domus suæ.

R. Et principem omnis possessionis suæ.

*Así se comienzan los Maitines del Domingo
y demás dias de la semana: despues se dicen los
Salmos que varían todos los dias; pero las An-
tifonas siempre son las mismas. Luego que se
ha dicho la Antifona, todos se sientan y siguen
su rezo hasta la conclusion de los Salmos; y en-
tonces se pondrán de rodillas para las pæces.*

ANTIPHONA.

*Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de
qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.*

PSALMUS I.

Beatus vir qui diligit nomen tuum, dile-
ctissime Joseph, *gratia tua animam ejus con-
fortabit.

Tanquam lignum aquarum fontibus irri-
gamus *uberrimos fructus justitiæ inter nos
filios tuos benignissime tu propagabis.

Benedictus es tu inter omnes homines*
propter divinam paternitatem virginalem
quæ data est tibi a Domino.

Universas enim creaturas propter tuam
immaculatam Conceptionem vincis pulchri-
tudine carnis *superas etiam Angelos et Ar-
changelos excellentia puritatis tuæ.

Misericordia tua et gratia, tanquam Pa-
ter Dei, ubique nobis omnia beneficia irri-
gatur *Deus operibus manuum tuarum in
Conceptione tua omnibus filiis tuis bene-
dixit.

Quia propitiaris omnibus iniquitatibus
filiorum tuorum *sanando infirmitates nos-
tras.

Benedicite ergo animæ nostræ Domino
Josepho *et omnia corpora nostra nomini
sancto ejus. ®

V. Gloria Jesu, Mariæ et Joseph.

R. Nunc et semper et in sæcula sæculorum.

Amen Jesus, Maria et Joseph.

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria.

PSALMUS II.

Quare, Potentissime Joseph, quum sis revera immaculatus et nos tui defensores, fremuerunt inimici nostri*et adversum nostrum Institutum meditati sunt inania?

Protegat nos dextera tua, Immaculate Pater Dei,*ut acies terribilis confundens ac destruens eos.

Venite ad Purissimum Josephum omnes filii ejus qui laborati et tribulati estis*et refrigerium dabit ille animabus vestris.

Accedite ad Josephum in tentationibus vestris*et stabiliet vos serenitas vultus ejus.

Et ipse redemit de interitu vitam nostrae sanctae vocationis*et ipsemet coronat actiones nostras in misericordia.

Quia non secundum peccata nostra, Bone Joseph, fecisti nobis*neque secundum iniquitates nostras retribuisti nobis.

Benedicite, ergo, omnes creaturae Imma-

culato Virgini Josepho in toto corde vestro *misericordia enim illius plena est terra.

Gloria Jesu, Mariae et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen Jesus, Maria et Joseph.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria.

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

PSALMUS III.

Joseph dulcissime, si multiplicati sunt qui tribulant nos, volentes nos redire ad nihilum*in potestate tua persequeris et dissipabis eos.

Disolve, Bone Joseph, colligationes impietatis malorum adversum nos filios tuos*tolle fasciculos peccatorum nostrorum ut simus sancti coram Deo et hominibus.

Quantum distat ortus ab Occidente*sic longe facias a nobis iniquitates nostras.

Miserere filiorum tuorum, Joseph, sine labe originali concepte*et sana infirmitatem nostram, tolle dolorem et angustiam nostram.

Ne tradas nos, Joseph Dulcissime, in manibus inimicorum nostrorum*et in die mortis nostrae, conforta animam nostram.

Quomodo miseretur Pater filiorum*sic beatus Joseph misertus est nostrum suorum filiorum timentium eum.

Deduc nos, Potentissime Joseph, ad portum salutis*et spiritum nostrum redde Mariae et Jesu.

Gloria Jesu, Mariae et Joseph.

Nunc et semper in saecula saeculorum.

Amen Jesus, Maria et Joseph.

ANTIPHONA.

Cum esset desposata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

ANTIPHONA.

Joseph, vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traddere, voluit occulte dimittere eam.

PSALMUS IV.

Per merita tuae immaculatae conceptionis, exaudi nos, Pater noster Joseph, in die tribulationis*et praecibus nostris converte clementem faciem tuam, et ne nos inducas in tentationem.

Quoniam tu ipse Joseph cognoscis initium nostri Instituti*atque etiam cognoscis figmentum omnium nostrorum.

Ne projicias nos, Sancte Joseph, in tempore mortis nostrae*sed succurre animabus nostris cum deseruerint corpora nostra.

Mitte, amantissime Pater noster, Angelos in occursum filiorum tuorum*per quos a malignis hostibus defendantur.

Ostende dilectis filiis tuis serenissimum Judicem saeculorum,*qui ob tui gratiam indulgentem eis largiatur.

Sentiant, Immaculate Joseph, animae in poenis detentae, refrigerium tuum,*et concede eis locum inter electos Dei.

Et in omni loco benedicat Institutum nostrum, Domino Joseph:*et unusquisque omnium membrorum suorum laudet: et superexaltet eum in saecula.

Gloria Jesu, Mariae et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen Jesus, Maria et Joseph.

ANTIPHONA.

Joseph, vir ejus, cum esset justus, et nollet eam tradere, voluit occulte dimittere eam.

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum.

PSALMUS V.

Ad te, Domine Joseph, levavi animam meam: *et fac ut praecibus et meritis tuae immaculatae conceptionis in iudicio Dei non erubescam.

Ne illúdent mihi adversarii mei, *neque praesumentes de te roborentur.

Non praevaleat, Potentissime Joseph, adversum me laqueum mortis; *et castra malignantium non impediunt gressus meos ad animas peccatorum salvandas jam contritas et humiliatas.

Cóllide impetum eorum virtutetua, *et cum bonitate tua occurre animae meae.

Pater mi Joseph, duc me, filium tuum, ad patriam sempiternam *ut me cum filiis, et filiabus tuis coetui Angelorum digneris aggregare.

Benedicite, Domino Josepho, nostrum sanctum Institutum, et membra eorum: *laudate, et superexaltate eum in saecula.

Benedicite, Immaculato Josepho, omnia opera filiorum suorum: *laudate, et superexaltate eum in saecula.

Gloria Jesu, Mariae et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum

Amen Jesus, Maria et Joseph.

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens:

Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum.

Concluidos los Salmos, todos dicen de rodillas, las siguientes

PRECES:

Pater Noster, Ave Maria, Ave Joseph.

- V. Joseph, praedestinatus ut Maria per modum unius.
 R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Ecce tu pulcher es, o Joseph dilecte Mariae, tamquam sine labe peccati.
 R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, Pater Jesu, Pater misericordiae.
 R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, dignissime Sponse Purissimae Matris Dei.
 R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, dilecte ex millibus, candide et rubicunde.
 R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, flos campi et lilium convallium.

- R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, dilecte Mariae inter filios hominum.
- R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, qui pasceris inter lilia Mariae et Jesu.
- R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, Rex Sálomon in diadémate justitiae, inter omnes filios tuos.
- R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, cum Maria sine labe originali concepte.
- R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, coronate in die desponsationis tuae.
- R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, ut signáculum pósito super cor Mariae.
- R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, potentissime Protector universalis Ecclesiae.

- R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, fidelissime Pater nostri sancti Instituti.
- R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, óptime defensor omnium filiorum tuorum.
- R. Tu nos ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.
- V. Joseph, illúmina oculos filiorum tuorum ne unquam obdormiant in morte.
- R. Ne quando dicant inimici nostri: praevaluimus adversus eos.
- V. Salva, Potentissime Joseph, nostrum Institutum ex ore leonis.
- R. Et de manu canis, salva nostram sanctam vocationem.
- V. Joseph, salvum me fac in tua misericordia.
- R. Et non confundar quoniam invocavi te.
- V. Joseph, ora pro nobis peccatoribus.
- R. Nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Todos se levantan, y dicha en pié la bendición, todos se sientan durante la lección.

Jubé Domne benedicere.

Lection 1ª Per Virginem Patrem Josephum, salutem et pacem concedat nobis Filius suus Jesus.

Jube..... *Lection 2^a* Quotidiana benedictione benedicat nos filios Dominus Sanctus Joseph.

Jube..... *Lection 3^a* Cujus festum colimus, ipse Joseph Pater Dei intercedat pro nobis ad Dominum. Amen.

Dichas las tres lecciones con sus responsorios, todos dicen en pie el cántico: "Te Joseph Laudamus.

Te Joseph laudamus: *te immaculate Dei sponse confitemur.

Te enim omnis terra veneratur, *ut Virginalis Dei Pater.

Angeli, Archangeli, Throni, et Principatus, *magnitudinem tuam mirantur.

Tibi Potestates, Virtutes, et Dominationes, *fideliter servientes obediunt:

Tibi Chori, Cherubim, et Seraphim, *reverentiam, et obsequium tribuunt:

Tibi omnes angelicae intelligentiae, *in laude tua prorumpunt, et te proclamant.

Unicum inter omnes homines Immaculatum, *et sine labe originali conceptum.

Pleni sunt coeli et terra *Majestatis gloriae filii tui Jesu.

Te gloriosus Apostolorum chorus: *virginalem Jesu Patrem appellat.

Te purpuratus martyrum exercitus, *per dolores cor tuum transfodientes miratur.

Te nitens confessorum coetus: *credentium Patrem appellat.

Te nobilis et sacer virginum chorus: *ut virginitatis exemplar acclamat.

Te tota coelestis curia, *per humilitatem et fortitudinem tuam honorat.

Te per orbem terrarum, *sancta exultat Ecclesia, suum universalem Protectorem appellans.

Te honorandum illa nos docet, *et per sublimem excellentiam tuam, qua gaudes in coelis, ad te semper accurrere.

Tu post Jesum et Mariam, *paradisi gloria et janua es.

Tu per Sanctam Trinitatem electus fuisti, *ut pretiosa Jesu, et Mariae deposita conservares.

Tu in hora mortis nostrae *salvator omnium filiorum tuorum benignissime eris.

Tu nobis coelestia dona largiris, *et inimicos nostros timore implet.

Tu doemonia fugas: *afflictorum solatium et tutus naufragantium portus es.

Tu sublimi sede *juxta Altissimi Thronum frueris.

Tu in terris, *Aeterni Patris loco functus es: Quia praedilectionis objectum fuisti *Sanctissimae Trinitatis.

Et ideo (*todos se arrodillan*) te supplices

exoramus; *ut pro nobis intercedas ad Deum, ut salvi simus.

Filii tui sanguine, et Sponsae tuae lacrymis, *filiis et filiabus tuis misericorditer succurre.

Fac pie Joseph, *nos felicitatem habere te in gloria aeterna videndi.

Clementiae tuae radii super nos fulgeant; *quia Sanctae Ecclesiae Protector sis.

Miserere nostri, Immaculate et Potentissime Joseph.

In te Joseph speramus, *non confundamur in aeternum.

V. Domine Joseph, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Memorare, piissime Virgo Joseph, non esse auditum a saeculo, quemquam ad tua currentem praesidia, tua implorantem suffragia, esse derelictum. Ego tali animatus confidentia, ad te Joseph Virgo, virginum Pater, curro, ad te venio, coram te gemens peccator assisto: noli Pater Jesu, verba mea despiciere, sed audi propitius, et ita exaudi, omnes alumnos tui Sancti Instituti, ut semper, sine labe originali conceptum, devotissime te confiteantur, ad honorem Jesu et Mariae et per saecula saeculorum. Amen.

AD LAUDES.

Dicha la oracion propia de los Maitines de cada dia, con la oracion del Padre nuestro, Ave Maria y Señor San José, se comienzan las Laudes estando en pié, haciendo la señal de la cruz, y diciendo:

V. Dilectissime Joseph, in adjutorium meum, intende.

R. Domine mi, ad adjuvandum me festina.

V. Gloria Jesu, Mariae et Joseph.

R. Per omnia saecula saeculorum. Amen.

Despues de dicha la Antifona, todos se sientan hasta concluir los Salmos.

ANTIPHONA.

Adjuva Domine Joseph, periclitantes in tentationibus sanctae charitatis in proximos, et magis atque magis, destina illos sicut filios tuos fidelissimos ita ut semper fideles sint.

PSALMUS XXXVI.

Domine Joseph, tuum Institutum cum millibus millium vocationum, *scientiae et virtutum decorem indue, et nos filios tuos revera multiplica.

Adimple propitiationem tuam in nobis, Joseph Pater pacis, *et iram aequitatis doce nos servos tuos, sicut dilectos filios.

Et vos omnes qui desideratis sapientiam

Christi*servite virginali Patri ejus animo reverenti.

Quis sufficiet enarrare in nostri Instituti favorem operata tua Domine?*et quis investigabit thesauros erga illud misericordiae tuae?

Sustine, Sancte Joseph, et adjuva deficientes in tentationibus suis:*destina illos in sortem aeternae veritatis.

Non recedant de nostro Instituto tanquam de domo tua,*millia millium hominum et mulierum, qui sint Sponsae tuae dilectissimae veri devoti.

Nec recedant de nostro Instituto tanquam de domo tua*millia millium hominum et mulierum, qui sint Filii tui amantissimi perfecti adoratores.

Joseph, Pater Jesu,
Pater Immaculate;
Tu nos ab hoste protége,
Et mortis hora suscipe.

ANTIPHONA.

Adjuva Domine Joseph, periclitantes in tentationibus sanctae charitatis in proximos, et magis atque magis, destina illos sicut filios tuos fidelissimos ita ut semper fideles sint.

ANTIPHONA.

Réspice Virgo Joseph, dilectionis nostrae

paupertatem, et ne tardes a nobis auferre illam, ut diligamus te ex toto corde.

PSALMUS XXXVII.

Jubilate Domino nostro Josepho, omnis terra:*psállite hymnum nomini ejus.

Benedictum sit cor tuum Domine mi,*quia sinceriter et ardentem, tuum ac Dei Filium dilexit, cum esses immaculatus.

Réspice dilectionis meae paupertatem, Virgo Joseph,*tantam miseriam et angustiam ne tardes auferre a me.

Aufer quoque bone Joseph, tribulationem meam,*dulcifica languorem meum.

Qui benedixerit tibi o Virgo Joseph, sit ille jugiter benedictus:*qui maledixerit tibi Joseph candidissime, sit ille maledictus.

Non recedant de nostro Instituto, tanquam de domo tua*millia millium hominum et mulierum, qui sint revera devotissimi sacramentorum frequentantes.

Nec recedant de nostro Instituto, tanquam de domo tua,*millia millium hominum et mulierum, qui sint revera omnium peccatorum suorum sinceri detestantes.

Joseph, Pater Jesu,
Pater Immaculate;
Tu nos ab hoste protége,
Et mortis hora suscipe,

ANTIPHONA.

Réspice Virgo Joseph, dilectionis paupertatem, et ne tardes á nobis auferre illam, ut diligamus te ex toto corde.

ANTIPHONA.

Custódi animam meam Virgo Joseph: ut nunquam corruat in peccatum adversus pueros, et puellas, et miseros.

PSALMUS XXXVIII.

Jesus, Jesus meus,*cum immaculato Patre tuo Josepho te glorifico.

Virginalis Pater tuus felicissimus,*sine angustia cum sua virginali sponsa te virginaliter parturivit.

Benedictus sis, Domine noster Joseph,*et pro nobis dilectis filiis tuis assiste ante thronum Dei.

Species et charitas sit pro nobis in conspectu tuo:*misericordia, et charitas in animo tuo.

Custódi animam meam Virgo Joseph Sanctissime,*ut nunquam corruat in peccatum.

Non recedant de nostro Instituto tanquam de domo tua,*millia millium hominum et mulierum, qui sint revera ardentissimi amantes suae propriae sanctitatis.

Nec recedant de nostro Instituto, tan-

quam de domo tua,*millia millium hominum et mulierum, qui sint revera perfectionum continué contemplantes.

Joseph, Pater Jesu,
Pater Immaculate;
Tu nos ab hoste prótege,
Et mortis hora súscipe.

ANTIPHONA.

Custódi animam meam, Virgo Joseph: ut nunquam corruat in peccatum adversus pueros, et puellas, et miseros.

ANTIPHONA.

Benedicámus Deum, qui creavit Joseph: benedicámus Joseph, qui custodivit Deum, et hominem ut semper simus benedicti, ad infirmos et pauperes benefuciendum.

PSALMUS XXXIX.

Benedicite, omnia opera, Immaculato Domino Josepho,*laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicat, omnis creatura, Immaculatum Dominum nostrum Josephum,*quia Rex omnium saeculorum sic voluit benedici.

Benedictus sis, bone Joseph, tanquam benedictus, Domini Regis filiis,*qui omnium virtutum odore praeis cuncta lilia.

Benedictus sis, bone Joseph, tanquam co-

rona sanctorum omnium,*benedictus sis ut gloria Jerusalem et laetitia Israel.

Odor tuus sicut agri pleni cui benedixit Dominus,*odor tuus in nos redundat, irrigans omnia intima nostra.

Non recedat de nostro Instituto tanquam de domo Filiorum tuorum* Spiritus Sapientiae, et Scientiae, et spiritus sancti Timoris Dei.

Nec recedat de nostro Instituto, tanquam de domo Filiorum tuorum* Spiritus Concilii et Pietatis; Spiritus Intelligentiae et Fortitudinis.

Joseph Pater Jesu,
Pater Immaculate;
Tu nos ab hoste prótege,
Et mortis hora súscipe.

ANTIPHONA.

Benedicámus Deum, qui creavit Joseph: benedicámus Joseph qui custodivit Deum et hominem ut semper simus benedicti, ad infirmos et pauperes benefaciendum.

ANTIPHONA.

Omnes spiritus laudet Joseph Dominum nostrum.

PSALMO XL.

Laudate, Immaculatum Josephum, omnes

spiritus ordines,*in omnibus locis terrae et in excelsis eum laudate.

Laudate, Immaculatum Josephum, omnes homines, et Jumenta,*et volucres coeli et pices maris eum laudate.

Laudate, Immaculatum Josephum, sol et luna,*stellae et circuli planetarum eum laudate.

Laudate, Immaculatum Josephum, Cherubim, et Seraphim,*Throni, et Dominationes et Potestates eum laudate.

Laudate, Immaculatum Josephum, omnes legiones Angelorum;*omnes Ordines Spiritum Supernorum eum laudate.

Non recedat de nostro Instituto, tanquam de domo Filiorum tuorum,*vini et olei abundantia ut pauperes et miseros succurrere semper possimus.

Nec recedat de nostro Instituto, tanquam de domo Filiorum tuorum,*panis et fructus portio optissima ad pueros et juvenes adjuvandos.

Joseph, Pater Jesu,
Pater Immaculate;
Tu nos ab hoste prótege,
Et mortis hora súscipe.

ANTIPHONA.

Omnis spiritus laudet Joseph Dominum nostrum.

Concluida dicha Antifona, se paran todos, y el que preside, dicho el Domine exaudi, etc., dice la oracion: Deus qui ineffabili Providentia, etc.: y concluida, se arrodillan todos para pedirle á Dios perdon, mediante las súplicas á Señor San José, por las faltas hechas en el Oficio.

V. Domine exaudi orationem meam.

J. Et clamor meus at te veniat.

OREMUS.

Deus, qui ineffabili Providentia Beatum Joseph Sanctissimae Genitricis tuae Sponsum eligere dignatus es: praesta, quaesumus; ut quem Protectorem nostri Instituti veneramus in terris, intercessorem habere mereamus in caelis. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Puestos todos de rodillas, ya rezado el Padre nuestro, y el Ave María, y el Señor San José, gloriosos, con el "Gloria á Jesus, María y José. Por los siglos de los siglos. Amen," se comienzan las completas á nuestro Padre Señor San José, para pedirle perdon á Dios por las faltas cometidas en el rezo de nuestro Oficio.

ORATIO.

Joseph, sine labe concepte
Pater Dei,
Memor esto mei,

Advocate peccatorum,
Audi preces filiorum.

Joseph, in vita immaculate,
Inclite Pater,
Inclina tuas aures,
Rex caelorum,
Rege in cordibus eorum.

O bone Joseph!
Alme, qui tu beas,
Audi preces meas .
Domine beatissime,
Semperque amantissime,
Omniumque gratissime,
Pulcher, immaculate,
Super aetera exaltate.

O bone Joseph!
Audi amantem,
Parce male orantem,
Alias se distrahentem,
Per suam fragilitatem.

O bone Joseph!
Exaudi clamantem,
Adjuva suspirantem.
Clamat ad te peccator.
Súspirat pectorator,
Nunc vivens,
Jam moriens

In lacrymabili via.
O bone Joseph!

Adjuva me, fove, et réfove,
 O clemens, o pie,
 O dulcis Pater Jesu,
 Sponse Virginis Mariæ.
 Amen Jesus, Maria et Joseph.

AD COMPLETORIUM.

V. Jube Domne benedicere.
 R. Benedictio Jesu, Mariæ et Joseph sit semper tecum, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

LECTIO BREVIS.

Dixit Mater Jesu ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Sponsus meus Joseph Pater tuus et ego dolentes, quaerebamus te.

ANTIPHONA.

Exurgens Joseph à somno, fecit sicut praecepit ei Angelus Domini, et accepit conjugem suam et nos etiam accipere debemus omnes actus charitatis in proximos.

PSALMUS XLI.

Confundantur et revereantur a potentissimo Patrocinio Domini Josephi,*omnes illi quaerentes nostri sancti Instituti perditionem.

Avertantur retrorsum et erubescant*adversus nostram vocationem mala aut per-versa facientes.

Fiant tamquam pulvis ante faciem venti*

et Angelus Domini Josephi coartet eos in omni loco et tempore.

Fiat via illorum tenebrae et lubricum,*et Angelus Domini Josephi, persequatur eos in omni loco et tempore.

Veniat illis laqueus quem adversum nos fabricaverunt,*et captio quam nobis abscondunt, apprehendat eos in omni loco et tempore.

Anima autem nostra exultabit in Immaculato Josepho nostro Protectore,*et delectabitur super magnam gloriam suam.

Omnibus corporibus et animabus omnium filiorum tuorum,*benedicat misericors Deus Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

PSALMUS XLII.

Benedicite corpus et anima mea, Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite appetitus et memoria mea, Immaculato Josepho;*laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite intellectus et ratio mea, Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite spiritus et voluntas mea, Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite omnia ossa mea, Immaculato

Josepho,*laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite venæ et arteriæ, nervi et omnia membra, Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in sæcula.

Nostro quoque pauperrimo Instituto Domini Josephi,*benedicat misericors Deus Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

PSALMUS XLIII.

Benedicite sensus cum omnibus actibus suis Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite omnia opera nostro Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite omnes Angeli, Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite omnes Archangeli, Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite omnes Virtutes et Potestates, Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite omnes Principatus, Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in sæcula.

Nostræ quoque vocationi erga Institutum,

Domini Josephi,*benedicat misericors Deus Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

PSALMUS XLIV.

Benedicite omnes Seraphim, Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite omnes Cherubim, Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite omnes Throni, Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite omnes Dominationes, Immaculato Josepho,*laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedictus sit Joseph Immaculatus in sua Potentia, ad erigendum Nostrum Institutum,*et sit laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

Benedictus sit Joseph Immaculatus in sua Sapientia, ad nostrum Institutum dirigendum,*et sit laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

Nostro quoque Tirocinio ad Missionarios efformandos pauperrimi Instituti Domini Josephi,*benedicat misericors Deus Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

PSALMUS XLV.

Benedictus sit Joseph Immaculatus in sua
Piissime

Bonitate, ad nostrum Institutum perficiendum,*et sit laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

Benedictus sit Joseph Immaculatus, in donis suis misericordiosissime communicatis omnibus nobis filiis ejus,*et sit laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

Benedictus sit Joseph Immaculatus in cœlo et in terra, in Angelis et hominibus,*et sit laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in æternum ab omnibus filiis ejus.

Benedictus sit Joseph Immaculatus ut confundantur confusione et aerumna,*qui scienter et voluntarie, falsa loquuntur adversus nos filios suos.

Exultent et laetentur qui faciant nobis bonitatem et pacem,*et Dominus Joseph, eos magnificet in sæcula sæculorum.

Ostende illis Domine Joseph, dilectum Filium tuum Jesum,*et salutarem benedictionem Sponsae tuae Mariae da illis.

Nostro quoque Tirocinio ad efformandas dilectas Filias Mariae et Domini Josephi,*benedicat misericors Deus Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

ANTIPHONA.

Exurgens Joseph à somno, fecit sicut præce-

pit ei Angelus Domini, et accepit conjugem suam, et nos etiam accipere debemus omnes actus charitatis in proximos.

Despues de la Antifona, puestos de rodillas, se dirán las siguientes

SUPLICAS.

- V. Utinam diligam te, Immaculate Joseph, amore spirituali.
- R. Quo omnia peccata odio habeam, et omnes voluntarias imperfectiones fidelissime fugiam.
- V. Utinam diligam te, Immaculate Joseph, amore inseparabili.
- R. Quo semper in omnibus operibus meis, et cogitationibus, et affectibus te presentem habeam.
- V. Utinam diligam te, Joseph Immaculate, amore infatigabili.
- R. Quo numquam á contemplatione perfectionum tuarum desistam.
- V. Utinam diligam te, Immaculate Joseph, amore incontaminabili.
- R. Quo quidquid est in mundo in concupiscentia et in operibus daemonis, perfectissime abjiciam.
- V. Utinam diligam te, Immaculate Joseph, amoris dulci et insatiabili.

R. Quo nihil me satiet nisi te, cum Maria et Jesu.

V. Utinam diligam te, Immaculate Joseph, ex toto corde meo.

R. Et cum Maria et Jesu te ferventissime diligam ex tota anima mea et in omnibus visceribus meis.

V. *Domine exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

OREMUS.

"Deus qui ineffabili Providentia," etc., pág. 28 y se concluye el Oficio de nuestro Padre Señor San José..... pág. 28.

FERIA II AD MATUTINUM.

"Pater noster, Ave Maria," etc., pág. 7

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

PSALMUS VI.

In te, Domine Joseph, speravi, non confundar in aeternum,*quia in gratia tua efficacissima suscepisti me.

Inclina Immaculate Joseph ad me aurem tuam,*et in moerore animae meae laetifica cor meum.

Tu Bone Joseph, es semper fortitudo mea, et refugium meum,*tu consolatio mea, et protectio mea in saeculum saeculi.

Ad te Pater Joseph, clamavi, dum tribularetur cor meum,*et exaudisti me de vertice collium aeternorum inter angustias meas.

Educ me de laqueo, quem absconderunt mihi,*quoniam tu es Potentissime Joseph, Protector meus et salus mea in aeternum.

In manus tuas Joseph benignissime, commendo spiritum meum,*totam vitam meam, et diem meum novissimum.

Benedicite ergo Domino meo Josepho, omnia opera mea,*laudate et superexaltate eum in saecula.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saeculi saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria.

PSALMUS VII.

Dixi custodiam vias tuas, o Sanctissime Joseph,*cum per te meam vocationis gratia fuit mihi data.

Quam dilecta sanctissimi tui Instituti tabernacula, Domine Joseph,*concupiscit et

deficit anima mea, considerando vocationem tam praeclaram et dilectam.

Cor meum et caro mea,*exultaverunt in suam possessionem.

Dulcedine tua, Immaculate Joseph, liquefactum est cor meum,*amore tuo inflammata sunt viscera mea, vivendo in tuo Sancto Instituto.

Exaudi orationem meam, Potentissime Joseph,*ut contabescant adversarii meae divinae vocationis qui volunt mihi mala.

Miserere mei Joseph dilectissime, et de altitudine throni tui exaudi me diluculo,*et ne permittas me in domo sancta tua conturbare, ut non confundar in aeternum.

Custodi pedem meum ne in peccatum infidelitatis circa vocationem meam labatur et corrumpatur,*sed usque in finem meum sit praesens mihi gratia tua efficacissima.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria.

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria.

Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

PSALMUS VIII.

Judica me, Sancte Joseph, et discerne causam nostri Instituti de gente perversa,*a serpente maligno, et dracone pestifero libera me et fratres meos dilectissimos.

Sancta foecunditas tua, Potentissime Joseph, disperdat eum,*Beata Virginitas tua conterat caput ejus.

Sanctae Preces tuae corroborent nos filios contra eum,*sancta merita tua exinaniant virtutem ejus in saecula saeculorum.

Persecutores nostri Instituti, Potentissime Joseph, mitte in abyssum*serpens infernalis deglutiat eos viventes.

Ego autem, ut dilectus filius tuus et cum anima mea in terra captivitatis meae,*benedicam nomen tuum, Joseph Immaculate, et glorificabo te in saecula saeculorum.

Sicut passer invenit sibi domum et turtur nidum ubi ponat pullos suos,*sic ego in tuam vocationem mihi datam inveniam vitam aeternam.

Quia omnia opera ejus et praecepta ejus magis ac magis semper diligam,*et sicut altaria tuo sancto nomine consecrata ex toto corde meo a me diligentur.

*Gloria Jesu, Maria et Joseph.
Nunc et semper et in saecula saeculorum.
Amen.*

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu, Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

ANTIPHONA.

Joseph vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere Principibus Sacerdotum ut Mater Messiae, voluit occulte dimittere eam.

PSALMUS IX.

Exaudi, bone Joseph, per merita et gratias tuae immaculatae conceptionis orationem meam,*et ne contempnas deprecationem meam.

Contristatus sum consolator optime ex toto corde meo,*et judicia Dei perterruerunt me quia voluntarie cogitavi meum ab Instituto recessum.

Tenebrae mortis venerunt super me,*et pavor inferni horribiliter invasit me.

Ego autem in me reversus, expecto consolationem tuam, benignissime Joseph,*et totam tibi fidelitatem promitto, circa meam sanctam vocationem.

Beati ergo qui vivent in tuo Instituto Do-

mine Joseph,*quia perpetuam stabilitatem in corde suo disposuerunt.

Beati ergo semper qui habitant in domo tua, Domine Joseph,*in saecula saeculorum laudabunt te.

Glorifica hac de causa in favore nostri Instituti, manum et dexterum brachium tuum,*ut prosternentur a te inimici nostri in saecula saeculorum.

*Gloria Jesu, Maria et Joseph.
Nunc et semper et in saecula saeculorum.
Amen.*

ANTIPHONA.

Joseph vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere Principibus Sacerdotum ut Mater Messiae voluit occulte dimittere eam.

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea, ut Mater Messiae, natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum.

PSALMUS X.

Exaudi, Joseph amantissime orationem meam cum deprecor ad te,*a furore nostri Instituti inimicorum libera animam meam.

Impetra nobis victoriam servulis tam-

quam tuis filiis carissimis,*et pacem, et securitatem dona nobis in vita, et in tremendo iudicio.

Elegi abjectus esse in domo tua, Domine Joseph,*magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia melior est dies una in atriis tuis,*super millia annorum inter delicias mundi.

Da mihi semper in te confidentiam bonam,*in vita, et interitu meo protege me ne sim confusus.

Illumina, ergo Joseph, oculos meos,*et illustra caecitatem meam, circa meam sanctam vocationem ut non sim confusus.

Benedictus es tu super omnes homines, ó Joseph sine labe conceptus,*et benedictus sit Jesus fructus virginalis ventris Sponsae tuae.

ANTIPHONA.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea, ut Mater Messiae, natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum.

Concludos los Salmos, todos dicen de rodillas, el Padre nuestro, el Ave Maria, el Ave Joseph, como en la pág. 15.

Jube..... Domne benedicere. (*Se da la bendicion respectiva, pág. 17.*)

FERIA III AD MATUTINUM.

(*Pág. 7.*)

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

PSALMUS XI.

Deus misereatur nostri, et benedicat semper nostrum Institutum,*per intercessionem Sancti Josephi Protectoris nostri.

Miserere nostri, bone Joseph, et ora pro nobis,*ut in sanctam laetitiam convertas moestitiam nostram.

Illumina nos, Pater Jesu, in gratia conceptus,*clarifica nos, Virgo Sanctissime inter omnes homines.

Extingue per tuam charitatem ardorem noxium cordis mei,*refrigera illud gratia tua efficacissima in omni tempore.

Protegat nos semper dextera tua,*praesentia tua illustret finem nostrum.

Etenim plenitudinem benedictionis suae dabit nobis, Dominus Joseph,*et ibimus

omnes tanquam dilecti filii tui de virtute in virtutem.

Quia sanctitatem et scientiam in domo sua diligit, Dominus Joseph,*et gratiam, et gloriam dabit nobis ut semper in cordibus nostris sint.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel á Deo ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Mariae.

PSALMUS XII.

Quam bonus Israel Deus,*nobis omnibus qui dilectum nostrum Joseph colimus, et veneramur.

Et ipse Joseph, enim est solatium vitae nostrae,*in laboribus nostris subventio opportuna, atque efficacissima.

Obtexisisti caligine hostes animae nostrae,*in visceribus nostris Domine Joseph, de nobis lumen orire in tempore opportuno fecisti.

Avertatur á nobis ira aeterna per te op-

time protector mi,*placuisti Deo méritis et precibus tuis.

Benedixisti Domine Joseph, terram tui sancti Instituti,*avertisti á nobis captivitatem peccatorum.

Remisisti iniquitatem filiorum tuorum,*opperuisti tuis miserationibus omnia peccata eorum ut essent sancti et immaculati.

In judicio Dei pro me assiste coram Domino,*et meus esto advocatus potentissimus, ut sine labe originali conceptus.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel á Deo ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Mariae.

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria, Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

PSALMUS XIII.

Voce mea ad te, Immaculate Joseph, clamavi:*et solita tua dulcedine intendisti mihi.

Abstulisti benignissime Joseph, a corde meo moestitiam, et moerorem,*et suavitate tua cor meum dulcoravisti ut noster Insti-

tutum in Ecclesia catholica, semper sit utilissimum.

Formidinem meam erexisti in confidentiam bonam,*et tuo aspectu columbino mentem meam stabilisti.

Ego autem adjutorio Sancti Joseph, evasi pericula mortis,*et de manu ferocis, et crudelis subterfugi.

Gratias Deo, et tibi Pater Joseph Immaculate, in vita et sine labe concepte,*de omnibus quae assecutus sum pietate et misericordia tua.

Converte nos, Domine Joseph, tanquam salutaris noster,*et averte iram tuam á nobis.

Quia in aeternum non irascéris nobis,*neque extends iram tuam a generatione in generationem.

Gloria Jesu, Mariæ et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria, Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

ANTIPHONA.

Joseph vir ejus cum esset justus, et nollet eam traducere Principibus Sacerdotum, ut Matrem Messiae, voluit occulte dimittere eam.

PSALMUS XIV.

Deus qui regis nostrum Institutum intende ad me,*et fac me digne Patrem meum Josephum collaudare.

Expergiscere de pulvere tuarum imperfectionum anima mea,*perge in occursum patrocinii Sancti Josephi, tanquam Regis sanctorum omnium.

Aufer Potentissime Joseph, vincula peccati pauperulae animae meae,*et gloriosis laudibus accipe illam in die Domini, ut coronata sit in aeternum.

Odor vitae de corde tuo ad nos filios tuos progreditur*et omnis salus de bonitate tua scaturit.

Charismata tua fragantia suavi,*animae mortuae filiorum tuorum utinam atque utinam suscitentur in gratia Domini.

Mitiga omnem iram Filii tui Jesu ab omnibus nobis filiis tuis,*averte ab illis indignationem suam ut non sint confusi in aeternum.

Tu Domine Joseph, nobis filiis tuis conversus,*et nos laetabimur tibi protectori nostro.

Gloria Jesu, Mariae et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Joseph, vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere Principibus Sacerdotum ut Mater Messiae voluit occulte dimittere eam.

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Joseph, Fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea, ut Mater Messiae, natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum.

PSALMUS XV.

Quam dilecta tabernacula Institutorum tuorum, Potentissime Joseph, *quam amabilia requietionis suae in cordibus filiorum tuorum.

Honorate magnum Josephum justum et peccatores, *et impetrate de illo vobis salutem, et pacem, et benedictiones.

Potentissima protectio tua super tuum, et balsamum orationis, et pietatis incensum, *preces tuae non revertentur vacuae, nec inanes, quia tu solus inter omnes homines benedictus es et immaculatus.

Intercede pro me, Joseph Potentissime, apud Christum et Matrem ejus, *et ne derelinquas me in vita, neque in morte.

Benignus est enim spiritus tuus circa nos

filios tuos, *et gratia tua replebit orbem terrarum per labores nostros.

Non recedat de nostro Instituto, tanquam de domo Filiorum tuorum, *Spiritus compunctionis, qua amare flebat Sanctus paenitens David.

Nec recedat de nostro Instituto, tanquam de domo Filiorum tuorum, *Pax Christi inter nos.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Joseph, Fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea, ut Mater Messiae, natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum.

Concludos los Salmos, etc., como en la página. 15:

Jube Domne benedicere..... (Se da la bendición; pág. 17.)

FERIA IV AD MATUTINUM.

"Pater noster, Ave Maria," etc., pág. 7.

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

Piis imæ

PSALMUS XVI.

Fundamenta vitae aeternae in cordibus filiorum tuorum, o Joseph dilecte,*perseveraverunt per charitatem tuam usque in finem.

Misericordia tua, bone Joseph, relevat etiam pauperrimum Institutum in adversitate positum,*et invocatione tui nominis immittit ei confidentiam bonam.

Miserationibus tuis millia millium hominum et mulierum repletur paradisi nostri Instituti,*et a terrore tuo hostis confunditur infernalis ut neque unus ex illis pereat in aeternum.

Qui sperant in te Potentissime Joseph, invenient thesauros pacis,*et qui eum in hac vita non invocant, non perseverabunt in sua vocatione, neque pervenient ad Regnum Dei.

Fac, bone Joseph, ut vivamus in gratia Spiritus Sancti,*et perduc animas nostras ad beatum finem.

Quoniam nisi tu, Immaculate Domine Joseph, aedificas nostrum sanctum Institutum,*in vanum laboraverunt qui aedificant eum.

Nisi tu, Immaculate Domine Joseph, custodieris civitatem nostrae sanctae vocationis,*frustra vigilat qui custodit eam.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

*Nunc et semper et in saecula saeculorum.
Amen.*

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Mariae.

PSALMUS XVII.

Misericordias tuas, Joseph dulcissime, circa nos filios tuos,*in aeternum cantabo cum millibus millium hominum et mulierum tui sancti Instituti.

Unguento pietatis tuae unge filiis tuis contritis corde,*et oleo misericordiae tuae refove dolores nostros.

Gratiosus vultus tuus, Immaculate Joseph, mihi appareat in extremis,*formositas faciei tuae laetificet egredientem spiritum in exitu hujus mundi.

Excita spiritum meum, Joseph amantissime, ad amandam bonitatem tuam,*excita mentem meam ad amandas gratias, privilegia, glorias, et excellentias tuas.

Libera me ut dilectum filium tuum ab omni tribulatione mala,*ab omni peccato custodi animam meam.

Retribuebant mihi omnes inimici mei mala pro bonis,*atque sterilitatem omnibus operibus meis voluerunt communicare.

Ego autem, quum mihi molesti essent,* induebar paenitentia et ciliciis; in conspectu tuo diligebam omnes inimicos meos.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria.

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

PSALMUS XVIII.

Qui habitat ex nostris in adiutorio Josephi Patris Dei,*in protectione ipsius commorabitur, tanquam filius ejus carissimus.

Concursus hostium non nocebit ei ad suam sanctam vocationem perdendam,*neque sagitta illorum etiam volans tanget eum quia dilectus est illi.

Etiam, bonus Joseph sine labe conceptus liberabit eum de laqueo insidiantis,*et sub penis ejus proteget eum.

Clamate ergo omnes atque ite ad Joseph Patrem vestrum in periculis vestris,* et flagellum non appropinquabit tabernaculo vestro.

Fructus gratiae invenient, qui speraverint in te, bone Joseph,*et porta paradisi reservabitur eis.

Confitebimur tibi, bone Joseph, in tuo sancto Instituto,*ac per eum in omnibus populis laudabimus te.

Fac ut non dicant inimici nostri, euge, euge, vocationi nostrae,*nec multo minus dicere possint jam devorabimus eam ut pereat in aeternum.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu, Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

ANTIPHONA.

Joseph vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere Principibus Sacerdotum ut Mater Messiae, voluit occulte dimittere eam.

PSALMUS XIX.

Venite exultemus, Immaculato Domino nostro Josepho,*jubilemus ei cum magna laetitia tamquam salutifero Regi nostro.

Praeoccupemus faciem ejus in jubilatione et in canticis laetitiae collaudemus eum, *cum millibus millium tum hominum tum mulierum ejus sanctum Institutum efformantium.

Venite adoremus, et procidamus ante eum cum omnibus creaturis, *et confiteamur illi cum fletibus et laetitiis nostris.

Erubescant et reveantur simul, qui malis vocationis nostrae gratulantur, *miserere nostri Domine Joseph, quoniam ad te clamavimus tota die.

Quoniam tu Domine Joseph, es suavis et mitis, *et multae misericordiae omnibus filiis tuis invocantibus te.

Impetra nobis, Pater Joseph, indulgentiam plenariam, *et assiste nobiscum ante tribunal Dei.

Suscipe in fine animas nostras, *et introduce eas ut filios tuos charissimos in requiem aeternam.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Joseph vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere Principibus Sacerdotum ut Mater Messiae voluit occulte dimittere eam.

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens:

Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea, ut Mater Messiae, natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum.

PSALMUS XX.

Jubilate, nostro Patri Immaculato Josepho, omnes creaturae coeli et terrae, *servite semper illi in laetitia, et jucunditate.

In toto animo vestro accedite ad Josephum, *omni virtute vestra conservate nobis suum sanctum Institutum.

Investigate, Dominum Josephum, et manifestabit se vobis, *estote mundi corde, et apprehenditis eum, ut revera etiam sit cognitus per labores vestros.

Quibus fidelibus auxiliatus fueris, Domine Joseph, esto illis refrigerium pacis, *et a quibus averteris vultum per suam infidelitatem eis sit labor et dolor usque ad conversionem.

Recordare nostri, Potentissime Joseph, et non apprehendent, nos mala, *succurre nobis in fine, et inveniemus vitam aeternam.

Etenim nobis dabis benignitatem Virginis Jesu, *et terra filiorum tuorum dabit fructum suum in conversione animarum.

Quia protectio et misericordia tua ante

nos ambulabit,*et ponet in via aeterna omnes gressus nostros.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel á Deo ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Mariae.

Concluidos los Salmos, todos dicen de rodillas, el Padre nuestro, el Ave Maria, el Ave Joseph, como en la pág. 15.

Jube..... Domne benedicere. (Se da la bendicion respectiva, pág. 17.)

FERIA V AD MATUTINUM.

"Pater noster, Ave Maria," como en la pág. 7.

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

PSALMUS XXI.

Misericordiam, et judicium cantabo tibi, Domine Joseph,*et penitenter psallam tibi in exultatione cordis, cum laetificaveris animam meam.

Laudabo etiam nomen tuum, et gloriam tuam, o bone Joseph,*et praestabis refrigerium animae meae.

Zelatus sum amorem, et honorem tuum optime Joseph,*ideo ut defendas tu causam meam ante judicem saeculorum tibi quaeso.

Affectus sum gratia, et bonitate tua, Joseph dilectissime,*oro, ne frauder á spe, et confidentia bona.

Conforta, Joseph dulcissime, animam meam nunc et in novissimis meis,*et in carne ista me fac Jesum et Mariam conspicer.

Benedicamus Deo qui te creavit,*et benedicti sint parentes qui sine macula generaverunt te.

Et benedictus sis, Immaculate Joseph, in coelo et in terra,*laudabilis et gloriosus et superexaltatus ab angelis, et hominibus in saecula saeculorum. Amen.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae de qua natus est Jesus qui vocatur Christus.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virgi-

nem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Mariae.

PSALMUS XXII.

Benedic anima mea, Immaculato et dignissimo Sponso Mariae, *honor, et magnificentia sua in perpetuum illi sit, tanquam vero virginali Patri Jesu.

Formositatem, et pulchritudinem induisti corpus tuum per tuam fidelitatem, o Sancte Joseph, *amicta est anima tua fulgenti, ac splendenti virtutis vestimento.

De te, bone Joseph, procedit peccatorum medela, *pacis disciplina, et fervor charitatis de tua bonitate.

Imple nos servos tanquam dilectos filios tuos, virtutibus tuis, *et ira Dei per nostram infidelitatem non appropinquet nobis.

Da brabium victoriae nobis filiis tuis sperantibus in te, Potentissime Joseph, * et noli nos oblivisci in certamine mortis nostrae.

In nomine tuo, Potentissime Joseph, omne genuflectatur, *coelestium, terrestrium et infernorum.

Apprehende arma et scutum in favore sancti nostri Instituti, *et potenter ac efficaciter exurge in adiutorium nostrum filiorum tuorum illud efformantium.

Gloria Jesu, Marii et Joseph.

*Nunc et semper et in saecula saeculorum.
Amen.*

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel á Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, et nomen Virginis Mariae.

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria, Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

PSALMUS XXIII.

Confitebor tibi, Immaculate Joseph, in toto corde meo, *et glorificabo nomen sanctum tuum in tota anima mea.

Opera gratiae tuae semper á nobis commemorabuntur, *et testamentum misericordiae tuae circa nos ante thronum Dei semper erit.

Per te, bone Joseph, missa est angelis, et hominibus redemptio á Deo, *ideo populus paenitens habebit in te spem salutis et pietatis.

Tribue intellectum bonum omnibus nobis honorantibus te, *et sors illorum erit inter Angelos pacis.

Beati filii qui timent Patrem suum, Potentissimum Dominum Josephum, *et magis

beati qui perfectissime ambulant in viis suarum regularum.

Beati filii Domini Josephi, qui impleverunt desiderium suum,*non confundentur cum loquentur inimici sui in porta mortis suae.

Gloriosum et admirabile est nomen tuum, amantissime Joseph,*et qui illud in corde retinent, non expavescent in puncto mortis.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria, Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

ANTIPHONA.

Joseph vir ejus cum esset justus, et nollet eam traducere Principibus Sacerdotum, ut Mater Messiae, voluit occulte dimittere eam.

PSALMUS XXIV.

In exitu animarum nostrarum de hoc mundo,*occurre illis, Joseph misericordiosissime, et suscipe illas in vitam aeternam.

Aspectus daemonis non conturbet nos in hora mortis nostrae,*sed vultu sancto tuo nobis consolare digneris.

Esto nobis potens auxilium ad regnum

coelorum immediate post mortem adipiscendum,*esto nobis, Sancte Joseph, iter rectum ad paradisum Dei.

Impetra nobis dilectis filiis tuis á Patre indulgentiam plenariam,*et sedem lucis aeternae inter servos tuos.

Sustine dilectos filios tuos ante tribunal Christi,*suscipe causam nostram in manibus tuis.

Sint filii tui in nostro Sancto Instituto sicut novellae olivarum,*sint in circuitu dilectissimae mensae tui sancti Instituti ita ut semper fideles simus.

Sint filii tui in vitam aeternam sicut angeli et archangeli,*in circuitu throni tuae Majestatis ad tuum sanctum nomen devotissime adorandum.

ANTIPHONA.

Joseph, vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere Principibus Sacerdotum ut Mater Messiae voluit occulte dimittere eam.

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Joseph, Fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea, ut Mater Messiae, natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum.

PSALMUS XXV.

Diligo ex toto corde meo Patrem Domini mei Jesu,*et lux miserationum ejus abundantissime infulsit mihi.

Circumdederunt doloris mortis, dolores inferni venerunt super me,*sed visitatio Josephi Mariae Sponsi laetificavit animam meam.

Sine te dolorem, et periculum incurri,*et cum te recreatus sum gratia tua in omni tempore.

Nomen tuum et memoria tua sit in medio cordis nostri,*et nobis non nocebit ictus malignantis.

Convertere animam meam in laudem tuam*et refrigerium inveniam in novissimis meis.

Benedicant, Domino Josepho, omnes filii sui et universae filiae suae,*et videant omnes Jerusalem omnibus diebus vitae suae.

Judica, Domine Joseph, per Jesum Filium tuum nocentes me sine causa,*et fortiter expugna impugnantes me gratis.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Ma-

riam conjugem tuam; quod enim in ea, ut Mater Messiae, natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum.

Concludos los Salmos como en la pág. 15.

Jube Domne benedicere. (Se da la bendición respectiva, pág. 17.)

FERIA VI AD MATUTINUM.

“Pater noster, Ave Maria,” etc, como en la pag. 7.

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

PSALMUS XXVI.

Ad te Patrem meum Dominum Josephum, cum tribularer, clamavi,*et tu tanquam Protector meus exaudisti me et consolatus es mihi.

Bone Joseph, libera me ab omni malo,*cunctis diebus vitae meae.

Contere, fortissime Joseph, caput draconis omnium inimicorum,*pede insuperabilis virtutis tuae.

Confitebor tibi, Domine Joseph, in toto corde meo,*et glorificabo nomen tuum in aeternum.

Quoniam in diebus tristissimae tribulationis sancti nostri Instituti omnes fervi-

dissime clamavimus ad te,*et tu misericorditer exaudisti nos et consolatus es nobis.

Quemadmodum exultavit spiritus tuus in Deo salutari tuo,*sic veram digneris infundere laetitiam cordibus omnium filiorum tuorum.

Ad Dominum accede rogaturus pro nobis *ut per te Immaculate Joseph, nostra peccata deleantur et nostrae augeantur virtutes.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae de qua natus est Jesus qui vocatur Christus.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David et nomen Virginis Mariae.

PSALMUS XXVII.

Laetatus sum in te, Pater Virginalis Regis coelorum,*quia, te duce, in domum nostri sancti Instituti laetissime ibimus.

Ad Jerusalem coelestem civitatem Josepho conducente,*omnes nos filii tui plena securitate fidelissimae deveniemus.

Pacem et indulgentiam, Protector dilectissime, nobis impetra,*et palmam de hos-

tibus, et triumphum de omnibus inimicis nostris da nobis.

Confortare et consolare digneris cor nostrum tuae dulcedine pietatis, ó bone, Immaculate Joseph,*tuam in nobis infunde clementiam ut Sanctissime in Domino Jesu moriamur.

Humiliabo in jejunio et oratione animam meam,* et oratio mea, et jejunium meum in sinu meo convertetur.

Domine Joseph semper et pro semper misericorditer respice meam vocationem,*libera ergo ab hac hora vocationem meam a malignitate eorum, qui oderunt me.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel á Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, et nomen Virginis Mariae.

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria, Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

PSALMUS XXVIII.

Qui ex nobis filiis tuis confidunt in te,
Piissimae

Immaculate Joseph noster,*non timebunt a facie inimici, quia filii tui sunt.

Gaudete, et exultate omnes, qui diligitis, mysterium conceptionis sine macula nostri Josephi,*quia illud adjuvabit vos in die tribulationis vestrae ut sitis sancti.

Reminiscere miserationum tuarum, ó bone Joseph,*et revela peregrinationem incolatus nostri, quia cupimus dissolvi et esse cum Jesu.

Converte, dulcissime Joseph, amabilem vultum tuum super nos,*confunde, et destrue omnes inimicos nosotros.

Deduc nos semper, Domine Joseph, in admirabili via tuae infinitae perfectionis,*et fac ut semper ingrediamur in veritatem tuam.

Auribus percipe, bone Joseph, orationem meam in favore nostri sancti Instituti,*et intende voci deprecationis meae.

Benedicta sint omnia opera manuum tuarum erga nos,*benedicta sint omnia sancta miracula tua quibus nos servasti, optime Pater noster.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria,

Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

ANTIPHONA.

Joseph vir ejus cum esset justus, et nollet eam traducere Principibus Sacerdotum, ut Mater Messiae, voluit occulte dimittere eam.

PSALMUS XXIX.

Saepe expugnaverunt me á juventute mea omnes inimici mei,*libera me, Joseph, et potenter vindica me ab ipsis.

Ne des illis, Protector noster, potestatem in corpore meo, neque in anima mea,*custodi ab eorum malitia omnia interiora, et exteriora mea.

Obtine nobis, bone Joseph, veniam peccatorum nostrorum,*et per te Sancti Spiritus gratiae plenitudo nobis donetur.

Fac nos digne, et laudabiliter et semper poenitere ab omnibus iniquitatibus nostris,*ut beato fine ad Deum veniamus.

Adjuva me, Potentissime Joseph,*et saluum fac filium tui cordis dilectissimum Institutum tuo sancto nomine mirabiliter consecratum.

Adjuva me, Immaculate Joseph,*et salvam fac meam dilectam vocationem.

Placatum tunc, ac serenissimum nobis ostende gloriosum Fructum ventris Sponsae

tuae Mariae,*atque virginalem, et gloriosum fructum tuum Jesum nobis ostende.

*Gloria Jesu, Maria et Joseph.
Nunc et semper et in saecula saeculorum.
Amen.*

ANTIPHONA.

Joseph, vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere Principibus Sacerdotum ut Mater Messiae voluit occulte dimittere eam.

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Joseph, Fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea, ut Mater Messiae, natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum.

PSALMUS XXX.

De profundis clamavi ad te, Immaculate Joseph,*exaudi vocem meam ut in aeternum non sim confusus.

Fiant aures tuae intendentes, in vocem laudis, et glorificationis sancti nominis tui,*atque in honorem tuae immaculatae conceptionis.

Libera me de manu adversariorum meorum,*confundeet dissipa opera malignantia, et connatus eorum contra me et adversus nostrum Institutum.

Inclina, Domine Joseph, aurem tuam et exaudi me,*quoniam inops et pauper sum ego filius tuus.

Erue me, Potentissime Joseph, ab omnibus adversitatibus in die mala,*et in die mortis ne obliviscaris animae meae, et animarum fratrum meorum.

Custodi animam meam quoniam sancta esse debet juxta observantiam regularum nostrarum,*salvum me fac ut dilectum filium tuum, bone Joseph, firmiter sperantem in te.

Deduc me, Joseph, dilectissime, ad portum salutis,*et inter justos scribatur nomen meum.

*Gloria Jesu, Maria et Joseph.
Nunc et semper et in saecula saeculorum.
Amen.*

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Joseph, Fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea, ut Mater Messiae, natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum.

Concluidos los Salmos, etc., como en la página. 15.

Jube Domne benedicere..... (*Se da la benediction; pág. 17.*)

SABBATO AD MATUTINUM.

"Pater noster, Ave Maria," etc., pág. 7.

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

PSALMUS XXXI.

Joseph benignissime, per gratiam tuam non sunt exaltata corda nostra in peccatum,*neque sublevati sunt oculi nostri per voluntarias imperfectiones.

Benedixisti nos, Joseph, in virtute tua,*et tu ad nihilum redegisti inimicos nostros.

Benedictus sit Omnipotens Deus qui te á peccato originali singularissime praeservavit,*et benedictus sit qui mundissimum inter homines produxit te de utero Matris tuae.

Benedic nos Joseph, et conforta nos in gratia tua,*ut per te, mundi corde, ante conspectum Domini praesentemur.

Effunde frameam et conclude adversus eos qui, nostrum Institutum persequuntur,*dic nostro Instituto: salus tua ego sum.

Effunde frameam, et conclude adversus eos, qui nostram sanctam vocationem per-

sequuntur,*dic vocationi nostrae: stabilitas tua ego sum.

Effunde, et conclude adversus eos, qui missionarios, et sorores nostras persequuntur,*dic unicuique filiorum tuorum: salus tua ego sum.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel á Deo ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria.

PSALMUS XXXII.

Laudate nomen Josephi, Patris virginalis Jesu, omnes filii ejus,*benedicite nomen gloriosum Sponsi Mariae Matris Jesu, universae filiae ejus.

Si Joseph praecamina cum fervore frequentamus,*suscitabit in nobis aeternae gloriae voluptates, nunc et in hora mortis nostrae.

Si in anima contrita et humiliata veniamus ad Josephum,*non praevalebit adversum nos cupiditas peccati.

Qui cogitat de Immaculata conceptione,

divini Josephi, cum veritate,*in tranquillitate mentis inveniet ille dulcedinem, et requiem pacis.

Ascendamus ad Josephum ut perfectissime cognoscamus eum,*et ille reserabit nobis atria triumphantium post bellum contra hostes nostros.

Quia jam dare voluit, Dominus Joseph, dilectis filiis suis somnum suae sanctae perfectionis*atque haereditatem suam coelestem in saeculum saeculi.

Quia hac de causa, Dominus Joseph, jam aedificavit Domum sui sancti Instituti,*et millia millium vocationum ambarum familiarum laudet eum in saecula saeculorum.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria.

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

PSALMUS XXXIII.

Confitebor tibi Joseph, in toto corde meo,

*quia per te expertus sum clementiam filii tui Jesu ad meam sanctam vocationem perfectissime conservandam.

Confitebor Patri celesti verbis, et praecibus meis,*et in conspectu Angelorum cantabo tibi laudes.

Confitebor tibi, bone Joseph, omnibus diebus vitae meae,*et tu misericorditer ut potentissimus semper exaudiēs me et multiplicabis virtutem in anima mea.

Confitebor tibi in omnibus nationibus, et linguis,*quia per te salus restituta est nobis dilectis filiis tuis.

Confitebor tibi ut misericorditer ab omni peccati perturbatione liberes nos filios tuos,*et per tuam sanctam mediationem, fac nos vivere sub pace.

Confitebor tibi, bone Joseph, in tuo sancto Instituto,*et per illum in omnibus populis laudaberis in veritate.

Confitebor tibi semper ut non dicant inimici euge, euge vocationi nostrae,*ne dicant stulti in amentia sua jam devorabimus eam.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Cum esset desponsata Mater Jesu, Maria Jo-

seph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

ANTIPHONA.

Joseph vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere Principibus Sacerdotum ut Mater Messiae, voluit occulte dimittere eam.

PSALMUS XXXIV.

Adjuva me, Immaculate Joseph, quia voce mea ad te clamavi,*et tuam misericordiam humiliter deprecatus sum.

Adjuva me Joseph sine labe originali concepte,*quoniam confidenter semper effudi in conspectu tuo lacrymas, et dolorem meum tibi exposui.

Adjuva me, Sanctissime Joseph,*namque insidiant hostes calcaneo meo, et jam extenderunt contra me rete suum.

Adjuva me, Joseph efficacissime, ne corruam coram eo,*fac ut conteratur sub pedibus meis ut non confundar.

Adjuva me, Potentissime Joseph, et saluum fac filiorum et filiarum tui cordis Institutum,*et animas nobis commissas.

Adjuva me, misericordiosissime Joseph,*et salvam fac meam dilectam vocationem.

Adjuva me, bone Joseph, ita ut educas de carcere animam meam,*et confiteatur tibi, in perpetuum.

*Gloria Jesu, Maria et Joseph.
Nunc et semper et in saecula saeculorum.
Amen.*

ANTIPHONA.

Joseph vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere Principibus Sacerdotum ut Mater Messiae voluit occulte dimittere eam.

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea, ut Mater Messiae, natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum.

PSALMUS XXXV.

Magnifica, anima mea, Domino Josepho,* et glorifica eum omnibus diebus vitae meae.

Magnifica, anima mea, Domino Josepho,* et noli cessare á laudibus illius per singula momenta omnium dierum tuorum.

Magnifica, anima mea, Domino Josepho,* ut cum exierit spiritus meus comendet eum, Jesu et Mariae.

Magnifica, anima mea, Domino Josepho,* ut non conturbent me culpa prius commissa nec inquietent me, occursus malignantis.

Magnifica, anima mea, Domino Josepho,* ut dilectissimum suum sanctum Institutum,

et sanctissimam nostram vocationem benedicere dignetur.

Magnifica, anima mea, Domino Josepho,*
ut faciat omnes filios tuos benedicti in saecula saeculorum.

Magnifica, anima mea, Domino Josepho,*
ut perducat nos omnes filios suos ad portum salutarem et animas infirmorum nobis commissas.

Gloria Jesu, Maria et Joseph.

Nunc et semper et in saecula saeculorum.

Amen.

ANTIPHONA.

Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea, ut Mater Messiae, natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum.

Concluidos los Salmos, todos dicen de rodillas, el Padre nuestro, el Ave Maria, el Ave Joseph, como en la pág. 15.

Jube..... Domne benedicere. (Se da la bendicion respectiva, pág. 17.)

EXPLICACIONES SOBRE LAS LECCIONES.

1ª Las Lecciones de este santo Oficio Josefino varían cada día y cada mes.

2ª Son 3 para cada día y 93 para todos los meses de 31 días; 90 para los de 30 y 87 para el de 29 que es Febrero.

3ª Esas 3 Lecciones se leen todos los días al concluir los Salmos, Antifonas y Preces de los Maitines correspondientes á la Feria de que se reza.

4ª Antes de comenzar á leer cada una de esas 3 Lecciones, se observará lo siguiente: el que ha de leerla, pide la bendicion, diciendo: *Jube Domne benedicere*, conforme está en la página 17 de este Oficio; en seguida, el que preside el rezo, da la bendicion, diciendo, para la 1ª Leccion: *Per Virginem Patrem*, etc; para la 2ª, *Quotidiana benedictione*, etc., y para la 3ª, *Cujus festum colimus*, etc., segun se encuentra en las páginas 17 y 18. Acabado esto, se sientan todos hasta que se hayan leído las dichas 3 Lecciones.

5ª Como estas fórmulas de dar y pedir la bendicion, son siempre las mismas para todos los dias de cada mes, no se repetirán antes de ninguna de las Lecciones; y así, siempre que dichas fórmulas se necesitaren, se ocurrirá inmediatamente á las páginas 17 y 18, donde se hallarán escritas íntegras.

6ª El final, de cada Leccion, que dice: *Nos hæc sublimia mysteria mirantes*, etc., solo se hallará escrito todo, al fin de las 3 Lecciones del dia 1º de cada mes; al final de las Lecciones de los demas dias, solo se hallará anunciado, tal como queda al principio de esta 6ª explicacion, para que el lector lo siga hasta concluirlo, de memoria ó viéndolo donde queda escrito íntegro.

7ª La Oracion que comienza: *Joseph sine labe concepte—Pater Dei,—Memor esto mei*, etc., y que se encuentra en la página 28, no se reza en el lugar en que está, ó sea al fin de las Laudes, sino que se deja para rezarla todos los dias al terminar las Completas, pues con ella ha de concluirse cada dia el Oficio á nuestro Padre Señor San José, segun se advierte en la página 36.

MES DE ENERO.

DIA 1º DE ENERO.

LECTIO I.

NOSTRO INSTITUTO JOSEPHINO, JOSEPHUS
MARIA VILASECA.

Ego, indignus fundator Instituti Sancti Josephi, ad illud gratulatione plenus veniens, divino ac immaculato Josepho, magno Dei parentis nomine donato, hæc summa meritorum fastigia ejusdem in nostrum coacta officium; tum ad nos erudiendos, tum etiam ad illud digne, attente ac devote quotidie recitandum, suo concilio et auctoritate, offerre constitui. Ego ipse, enim, meritis ac præcibus Sancti Josephi certissimum semper habui, pacem, et veram pietatem regnaturam esse inter innumeras vocaciones nobis á Domino concessas, per illud. Hæc de causa, ad sanctum Institutum suplex oro, ut suo imperio, suo jusu, suaque lege, jubeat universas sorores nostras atque omnes nostros alumnos, non in sacris ordinatos, quotidie hoc officium, vera devotione, semper recitare, sicut etiam in nostris diebus revera ita factum est.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone, et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R Deo gratias.

R Absolute, præcisive, et simpliciter loquendo, beatiore fuerunt et majorem dignitatem habuerunt Joseph et Maria,* propter maternitatem et paternitatem spirituaalem.

Y Quam a carnalibus in esse physico præcisam considerare debemus. Joseph. . . .

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium primum, circa, Cap. primum.

1. MARIA.—*Osculetur me, castissimus Joseph, osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua, o Joseph Sponse mi, illis omnibus quæ sunt delectabilibus valde, illis etiam quæ comparari possunt vino gustui jucuando.*

2. *Fragantia etiam unguentis optimis felicis Arabiae, quia enim cum sis meus verus et virginalis Sponsus, ita omnia mihi factus es, ut oleum effusum sit mihi nomen tuum. Ideo adolescentulae dilixerunt te, cunctis enim præditæ virtutibus, delitiisque affluentibus felicitate gaudebunt perfectionis.*

3. Tu ipsemet Joseph, *Trahe me post te, et omnibus meis sensibus et potentiis, et ex tota anima, totis viribus meis, et ex toto corde, curremus in odorem unguentorum tuorum.*

Introduxit me Joseph tanquam Rex meus in cellaria sua ut extolleret me ad dignitatem Sponsæ ejus, eo quod ego tantum illa dignitate ornata, apta esse poteram ad divinam maternitatem, juxta voluntatem Dei omnipotentis qui ita decrevit. Ergo, sicut et ego, videtur mihi illum debere esse immaculatum á primo instanti sui esse.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R Deo gratias.

R Dominus possedit me, ait Maria, in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.* Ab æterno, dixit Joseph, ordinatus sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Y Congratulamini nobiscum omnes qui diligitis Dominum, quia cum essemus parvuli Altissimo Placuimus. Ab æterno, dixit Joseph, ordinatus sum, et ex antiquis antequam terra fieret.

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium primum, circa, cap. primum.

4. MARIA.—Hac de causa, Verbum Æterni Patris solummodo a Virgine desponsata carnem suscipere voluit. Initio hujus cæremoniæ summum gaudium venit mihi, et superabundans in corpore, in desideriiis sensibus, atque in potentiis nostris, *exaltabimus et lætabimur in te, qui hæc omnia produxisti: et non potest aliter esse si memores simus uberum tuorum super vinum.* Quæ cum ita sint, nihil mirandum, si mei Clientes, sicut et tui, *recti corde diligunt te; cum tu revera sis anima et spiritus meorum amorum castissimorum, simul ac beatitudines meæ tum coelo, tum etiam terra.*

Piissimæ

5. Quamvis juxta homines *nigra sum* id est, sine virginitate, eo quod isto thalami velamine cooperta sit; *sed* omni veritate sumus Joseph scilicet et Ego, duæ virginitates conjunctæ per divinam desponsationem nostram; ideoque tantæ virtutis gratia, perfectissime *formosa sum filiae Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis, et sicut pelles Salomonis, et sicut tabernacula Cedar, formosissimus etiam est Dominus meus Joseph.*

6. *Nolite ergo me considerare quod fusca sim propter meum divinum conjugium cum Josepho celebratum, quia juxta homines decoloravit me sol virginitatis meae, et filii matris meae id est, judei, pugnaverunt contra me, possuerunt me custodem in sineis, et vineam meam non custodivi*

7. *Indica mihi o Joseph, quem diligit anima mea, ubi pascas delicias virtutum tuarum? ubi cubes in meridie perfectionis tuæ? ut cum perveniat divina consolatio, aut tristissima nox terribilium persecutionum, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.*

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R Deo gratias.

R Te Joseph laudamus, *Te caste Matris Dei Sponse benedicimus. V Tibi omnes angelicæ Intelligentiæ in laude tua prorsumpunt et te proclamant, Justum egregie. Te caste Matris Dei Sponse benedicimus.

LECTIO I.

NOSTRO INSTITUTO JOSEPHINO, JOSEPHUS

MARIA VILASECA.

Ego ipsemet ingenius exilis, scientia parvulus, cordis spiritu frigidus, cœlestia catholice dogmata fidei, non quidem concupiscens, sed adhuc humilis tantum discipulus; nihilominus, hoc officium, continens. Josephi viri Mariæ de qua natus est Jesus qui vocatur Christus, altissima munera non satis cognita pluribus mortalibus, conscribere aggredior. Opus quidem novum non est, quamvis primo visu, ita plurimis videatur; quoniam à sacris Eluquii, et à Sanctis Patribus, et à Doctoribus Sanctæ Ecclesiæ revera et antea laboratum fuit. Quod, idem est ac dicere, Dogmata fidei temporum successione crevisse, non quidem quoad substantiam, sed quoad explicationem et expressam professionem. Jam vero, ad hoc opus elaborandum, totum nostrum Institutum, mihi videtur, ab initio sui esse vocatum fuisse à Domino.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes &c.

R Deo gratias.

R Quæ est Mater mea? ait Jesus, *Et extendens manus in discipulos dixit: ecce Mater mea. V Qui eumque, enim, fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse Mater mea est. Et....

LECTIO II

Ex comentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium primum, circa cap. primum

8. JOSEPH — *Si ignoras te o Maria, quod tu sis*

pulcherrima inter mulieres propter tuas excelsas virtutes, egredere et abi post vestigia gregum, et pasce hoedos tuos iuxta tabernacula pastorum.

9. A momento illo vere beatissimo, et in ipso loco, te tanquam meam Virginem Sponsam intelligere incipiam, et propter actiones magnanimas tuas, semper valde fervidas atque perfectissimas *equitatu meo in curribus Faraonis assimilavi te amica mea, Sponsa.*

10. Hac de causa, semper atque semper narrabo quod *pulchrae sunt genae tuae, sicut turturis, et collum tuum sicut monilia.*

11. Praeterea ut nihil in te deficiat, mea Sponsa Maria, Ego cum Deo Spiritu Sancto *muraenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*; quia ego tanquam frater ejusdem Spiritus, semper agere debeo in favore tuo.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Nondum erant abyssi, necdum fontes aquarum eruperant et Ego Sponsus Virgineus jam conceptus eram. *Nondum montes gravi mole constiterant et Virginea Sponsa Unigenitum Patris parturiebat. V. Almi Parentes Christi intercedite ad Dominum pro nobis dilectis filiis vestris. Nondum....

LECTIO III.

Ex comentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium primum, circa, cap. primum.

12. M. ARIA.—Interea, dum esset Joseph jam sublimatus ad dignitatem Sponsi mei, et tanquam *Reus meus in accubitu suo*. gratias recogitans quas Deus

et in suo spiritu et in corde meo potentissime collocaverat, et cum me perfectissimam jam videret, notavit quod nostrae virginitatis *nardus dedit odorem suum.*

13. Oculis divinis conspexit me Joseph, et tunc sacrus est mihi tanquam in magna benedictione: *Fasciculus myrrhae, dilectus meus mihi, qui inter ubera mea semper commorabitur, qui absque peccato fuit semper.*

14. *Botrus cypri, dilectus meus, factus est mihi, electus totus in vineis Enguddi*: et perinde ac si non sufficeret se tantas narravisse gratias ex multis quae possidebam, miratus exclamavit:

15. *Ecce tu pulchra es amica mea, Sponsa, ecce tu pulchra es*; ideoque sanctificata in utero matris tuae, atque etiam sine originali macula concepta; et ideoque *oculi tui* qui coram Deo et hominibus patefaciunt innocentiam et candorem tuum, sunt mirabiliter nitidi sicut oculi *columbarum.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Confitebimur tibi Joseph confitebimur et invocabimus nomen tuum. *Narrabimus mirabilia tua in gratiam filiorum tuorum. V. Laudate Joseph omnis terra, laudate eum omnes populi. Narrabimus.....

DIA 3 DE ENERO.

LECTIO I.

NOSTRO INSTITUTO JOSEPHINO, JOSEPHUS

MARIA VILASECA.

Verissime nescius non sum, Deum immortalem Jesum Christum, posse suscitare ex mea insufficientia,

filiam Abrahae, qui digna de Sancto Patre suo Josepho privilegia loquatur; quia non est abbreviata manus Domini, nec est impossibile apud Deum omne verbum. A Dei, itaque, immortalis, suffragio, exordiens, humiliter saepius coelestem lucem implorabo ad hunc finem ferventer dicens: "Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende."

Memento Congregationis tuae, potentissime Joseph quam possedisti ab initio. O Maria assumpta in coelis, ora pro nobis. Sancte Joseph, ora pro nobis. Almi Parentes Christi, orate pro nobis.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Beata Virgo, et Beatus Joseph, beatiores praedicandi sunt, ob virtutem quam habuerunt. *Propter quam meruerunt esse almi parentes Christi. V Et maternitatis, et paternitatis dignitatem habere.— Propter....

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium primum circa cap. primum.

MARIA.—Tunc ego gratissima et mirata simul usque ad extremum, videns quod meus virginalis Sponsus Joseph comprehenderat mirabilia thesaura, quae Deus in possessione plena tradiderat mihi, modo unico et excellentiori, et videns Ego ipsa quod meus Sponsus etiam thesaura mirabilia acceperat dixi illi:

16. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi et decorus; tu etiam sanctificatus in utero matris tuae; et quod optimum est et unicum tibi, sine macula originali, similiter ac ego est et tu conceptus: et hoc contingere*

debut, ut ambo idonei essemus almi atque veri parentes Christi, id est Messiae promissi.

17. MARIA ET JOSEPH.—Hac de causa sanctissimi Sponsi collocuti sunt ad invicem: Nunc certe *lectulus noster floridus* erit, quia enim cum revera ille ex nostris duabus coalescat virginitatibus habebit tanquam verum fructum suum Regem Virginum, Christum Jesum.

Nunc certe affirmamus, quod nunc *tigna domorum nostrarum cedrina* erunt, quoniam in omnibus cogitationibus, verbis et operibus nostris non fuit neque esse poterit unquam minima corruptio: nunc certe *laquearia nostra cypressina* erunt; quia affectus nostri cordis virginalis permanebunt semper et in omni tempore, ita bene dispositi, ac tali perfectione et diligentia Deo omnino donati, ut ab eo instanti modo speciali Ego Joseph, totus eram Mariae; Ego Maria, tota Josephi eram; et nos Joseph et nos Maria, toti eramus Jesu, sicut Jesus totus erat nobis.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Adhuc terra non fuerat et flumina et cardines orbis terrae* et Maria jam eram cuncta componens. V Quando praeparabat coelos ego Joseph jam aderam cum Deo, qui certa lege et gyro vallabat abyssos. Et ego....

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium secundum, circa, cap. secundum.

1. JOSEPH.—Ego Joseph in virtute mei virginalis connubii tecum, o Maria, celebrati, sum revera

flos campi et lilium convallium; et hoc præcipue sum in virtute ipsiusmet unionis quæ modo specialissimo designat te, Æternus tanquam meam Virginalem Sponsam

2. *Sicut lilium inter spinas sic tu amica mea*; et tu es insuper Spiritus Sancti Divina Conjux, cum ad Matrem Dei sis unica destinata *inter futuras filias*; et tanquam electa dilectionis meæ; et cum meo consensu, ad illam infinitam dignitatem tu vera sublimata es, sicut et ego ad meam.

3. MARIA — *Sicut malus inter infructuosa ligna silvarum, sic dilectus meus Joseph inter filios hominum*; et hac de causa illo volente. Ego ut esse possim inelyta Mater Verbi divini *sub umbra* suæ protectionis, nempe, Josephi, id est, *illius quem desideraveram sedi*: et cum venisset plenitudo temporum, Gabriel Angelus descendit ad me: *et verbis Anuntiationis indulsit mihi, ut manducarem fructus ejus dulcis gutturi meo.*

Nos hæc sublia, &c.

R Deo gratias.

R Quando æthera firmabat sursum et librabat fontes aquarum *Quando circumdabat mari terminum suum et legem aquis ne transirent fines suos. ¶ Nos Joseph et Maria cum eo eramus cuncta componens. Quando....

DIA 4 DE ENERO.

LECTIO I.

NOSTRO INSTITUTO JOSEPHINO, JOSEPHUS

MARIA VILASECA.

Enim vero, sive nostros alumnos, sive sorores nos-

tras, qui hoc officium, ad honorem divini Josephi fidelissime redactum, recitare fuerint dignati, etiam atque etiam oro atque per viscera Dei nostri obtestor, ut simplici meæ venerationi et tenero amori, quibus sanctissimum prosequi Josephum studeo, veniam dent; neque novi veluti operis inanem hanc doctrinam abjiciant, antequam attentius perlegant, altiusque meditati fuerint. Nihilominus, Jesu, Maria et Josepho optime jubentibus, omnia a me dicta in nostro officio, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ correctioni, libentissime submitto; cujus sedem, lumen christianæ veritatis circumdare unice credo, testor, prædicce, ac veneror, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Nos hæc sublimia, &c

R Deo gratias.

R Carnis cognationem in summo gradu habuerunt Joseph et Maria, *Quoniam parentes Dei sunt. ¶ In faciendo voluntatem Dei, omnibus hominibus et angelis, præexcellerant. Quoniam....

LECTIO II

Es commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

4. MARIA — *Introduxit me in cellam vinariam* et per vinum suavissimum in illa contentum, eo *ordinavit in me charitatem*, ut ad memetipsam exinaniendam fortissimam reputaverim; quoniam suo tempore esse debebam ita valde sublimata, ut in rei veritate, et cum maximo, præclaroque merito, ante faciem coeli et terræ exclamare possem:

“ECCE ANCILLA DOMINI, FIAT MIHI SECUNDUM VERBUM TUUM.”

5. Et immediate et ad omnes creaturas sic ajebam: *Fulcite me aromaticis floribus, stipate me odoriferis malis quia amore langueo: id est, magnificat, anima mea Dominum.*

6. Tunc Spiritus Sanctus superveniens in me fecit, ut *laeva ejus esset sub capite meo. Propterea quod et dextera Divinitatis illius amplexabitur me; et tunc ille divinus Spiritus ita obumbravit mihi, ut de facto jam essem ab illo instanti vera Mater Dei. Magnificat, magnificat anima mea Dominum.*

7. JOSEPH.—*Adjuro vos filiae Jerusalem, quæ ad instar spirituum celestium testes fideles esse potuistis divinorum mysteriorum, quæ in Maria, mea virginali conjuge operata sunt; sicut etiam conjicere potuistis, aliquid illius fruitionis infinitæ incomparabilium deliciarum ejus, adjuro vos per capreas cervosque camporum qui ad illam pertinent, ne suscitatis neque evigilare faciatis dilectam meam Mariam e somno orationis excelsæ contemplationis, cui omnino tradita est quadusque ipsa velit; quia cum utrique jam constituti essemus almi verique Parentes Christi, nihil aliud facere poteramus per multum temporis spatium quomimus sponte vacaremus gratissimo somno fidelissimæ meditationis tantæ gratiæ, imo vero et privilegii, et bonitatis et honoris tanti.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Dixit Joseph iniquis: nolite inique agere adversus filios meos. *Et delinquentibus: nolite exaltare cornu, quoniam judex ego sum. ¶ Ego autem cornua peccatorum confringam, et exaltabuntur cornua filiorum meorum. Et delinquentibus....

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium secundum, circa, cap. secundum.

8. MARIA.—En, mihi videtur quod *vox dilecti mei* sonat in auribus meis: ecce meus virginalis Sponsus Joseph, qui de me curam gerit predilectione singulari, a tempore ex quo intuitus est, quod in me operatum fuerat divinum Incarnationis mysterium. *Ecce nunc videte, angelici spiritus quod iste Sponsus meus qui venit saliens in montibus et transiliens colles est semper et pro semper valde sollicitus de me.*

9. Videte Josephum meum qui tantam de me curam adhibet: et ipse *similis est dilectus meus caprae hinnuloque cervorum: en ipse stat per sublimem contemplationem post parietem nostrum, nempe, corporis mei, respiciens per fenestras fidei interiora mea et prospiciens per cancellos Verbum Incarnatum: et hoc ita factum est in virtute excelsæ ejus contemplationis propriæ doni Sapientiæ in gradu sublimiori, et quia ut mihi videtur, semper et pro semper ille est omnino immaculatus.*

10. *En dilectus meus ingressus est in cubiculo meo, ubi Filius meus, sicut et suus quietem assumit, et videns quod de meo divino extasi aliquantulum liberata fueram, loquitur mihi: surge Sponsa mea, propera amica mea, columba mea, formosum meam, et veni.*

11. *Jam enim hiems purificationis sensus et spiritus transiit; imber afflictionis abiit, et pæna sicut timor jam recessit, et quia humanæ regenerationis magnum mysterium per Verbum incarnatum jam*

verificatum est igitur, iterum atque iterum dico tibi, surge.

12. Flores etenim apparuerunt in terra nostra, id est, nostræ carnis virginalis: tempus putationis advenit, vix turturis audita est in terra nostra.

13. Ficus protulit grossos suos et vineae florentes dederunt odorem suum; quia Verbum caro factum est et habitavit in nobis.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ait Joseph: Nunc ergo, filii, audite me: beati cui custodiunt vias meas, *Audite me per regularum disciplinam, et estote sapientes et nolite abjicere eam. V. Beati ergo filii mi qui audiunt me, et qui vigilant ad fores meas quotidie. Audite....

DIA 5 DE ENERO.

LECTIO I.

NOSTRO INSTITUTO JOSEPHINO, JOSEPHUS
MARIA VILASECA.

Praesens opus nostri divini officii Sancti Josephi vocitare mihi libuit, ut veluti magnificus thesaurus donorum immaculati ac divini Josephi, suo tempore exhibeatur: et factum est ita, ut quod nos facere non possumus, sive nostra inertia, sive humana imbecillitate naturæ, quidam ex alumnis nostri Sancti Josephi Instituti, libentissime addere queant. Hoc modo, operando ex parte nostra, immensum thesaurum donorum Sancti Josephi, suo tempore, et paulisper, etiam pusillus quisque, attingere ac intueri possit. Et consequenter, unusquisque ex alumnis nostris, theorie et practice dicere possit: Utinam, Domine

Sancte Joseph, cum Jesu et Maria, diligam te ex toto corde meo, ex tota anima mea, et in omnibus visceribus meis! Amen, Jesus, Maria et Joseph.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Talibus debebat Deus Virginem et Josephum opignorari muneribus, *Ut ambo essent gratia pleni. V. Quia in filio suo, coelis gloriam et terris Deum exactissime dederunt. Ut....

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Cantorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium secundum, circa, cap. secundum.

JOSEPH.—Si mea sanctissima desideria, certe sunt quoque desideria tua, o Maria, surge ergo amica mea Sponsa, surge speciosa mea et veni.

14. Et tu, tanquam castissima columba mea, quæ habes nidum tuum in foraminibus petrae, in caverna maceriae, ostende mihi faciem tuam sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis et ita potens. ut ad terram e sinu Patris ejus attraxit Æternum Filium: iterum faciem tuam pulcherrimam atque divinam ostende mihi; facies enim tua decora est sicut speculum Dei et Homini Veri, qui crescit in sinu tuo, qui tuæ propriæ substantiæ formatus crescit, cum sis revera Mater ejus, et qui crescit etiam mihi qui ut Sponsus tuus sum revera virginalis Pater ejus.

15. MARIA.—Postquam Joseph ineffabili gaudio fruitus erat aliquantulum comprehendendi me, per domum Sapientiæ, tanquam veram Dei Matrem, ac simul cognoscendi Verbum Incarnatum quod in meo habitat utero virginali; tunc crudelissimæ dubitatio-

nes obvenerunt illi, in sua humilitate fundamentum habentes. Hac ratione de latere meo ille discedere statuit; ego autem videns cor ejus afflictum valde, ut consolari tentavi, et ad hunc finem, summo, et amore infinito, dixi illi supernos spiritus, mirabiliter invocans: angeli celestes nostrarum confidentes deliciarum, sicut nostrorum mysteriorum miratores, nobis benefacite: *capite ergo nobis vulpes parvulas dubitationum mei dilecti Josephi, quæ demoluntur vineas beatitudinis nostræ, nam perfectissime in hoc tempore, mystica vinea nostræ virginis jam floruit, quia revera jam sum Mater Dei, atque ille Dei Pater.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Anuntiaverunt coeli justitiam Domini nostri Josephi, *Et viderunt omnes populi gloriam ejus. V Adorate eum omnes angeli; adorate eum omnes populi. Et viderunt....

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium secundum, circa, cap. secundum.

16. MARIA.—Et non multum tempus transibit et lucem videbit divinus fructus qui Jesus vocabitur. Ne dubites ergo, dignissime Joseph quod tu ab ipso Deo electus sis. Ex hoc momento descendens angelus de coelo voluntatem divinam manifestat tibi, et lucem effundens super magna mysteria peracta in nobis, tuæ dignitatis excellentiam infinitam edocet te: est enim voluntas sua ut etiam practice agnoscas quid sit esse meus dignus Sponsus atque dignus Jesu Pater: ideo *dilectus meus Joseph, Joseph deli-*

tiarum mearum ab hoc die erit totus *mihî et ego tota illi qui pascitur tantum inter lilia pulcherrima virginis meæ.*

17. Et ita erit certe *donec spiret dies vitæ tuæ, et inclinetur umbræ transitus mei.* Quæ cum ita sint, *revertere mecum ad coelum veræ pacis et tranquillitatis spiritus, atque in hac decursione tua similis esto bone Joseph, dilecte mihî capreae hinnuloque cervorum super montes Bether.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tota pulchra est Maria et macula originalis non est in te. *Totus pulcher est Beatissimus Joseph, et sicut Pater Dei mirabiliter conceptus. V Laudate eos omnes gentes, laudate eos omnes populi: quoniam confirmatæ sunt super nos misericordiæ eorum et veritas ipsorum immaculatæ puritatis manet in æternum. Totus....

DIA 6 DE ENERO.

LECTIO I.

EX SACRA SCRIPTURA.

Cum esset desponsata Mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Joseph autem vir ejus cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est; pariet autem Filium, et vocabis nomen ejus Jesum:

nes obvenerunt illi, in sua humilitate fundamentum habentes. Hac ratione de latere meo ille discedere statuit; ego autem videns cor ejus afflictum valde, ut consolari tentavi, et ad hunc finem, summo, et amore infinito, dixi illi supernos spiritus, mirabiliter invocans: angeli celestes nostrarum confidentes deliciarum, sicut nostrorum mysteriorum miratores, nobis benefacite: *capite ergo nobis vulpes parvulas dubitationum mei dilecti Josephi, quæ demoluntur vineas beatitudinis nostræ, nam perfectissime in hoc tempore, mystica vinea nostræ virginis jam floruit, quia revera jam sum Mater Dei, atque ille Dei Pater.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Anuntiaverunt coeli justitiam Domini nostri Josephi, *Et viderunt omnes populi gloriam ejus. V Adorate eum omnes angeli; adorate eum omnes populi. Et viderunt....

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium secundum, circa, cap. secundum.

16. MARIA.—Et non multum tempus transibit et lucem videbit divinus fructus qui Jesus vocabitur. Ne dubites ergo, dignissime Joseph quod tu ab ipso Deo electus sis. Ex hoc momento descendens angelus de coelo voluntatem divinam manifestat tibi, et lucem effundens super magna mysteria peracta in nobis, tuæ dignitatis excellentiam infinitam edocet te: est enim voluntas sua ut etiam practice agnoscas quid sit esse meus dignus Sponsus atque dignus Jesu Pater: ideo *dilectus meus Joseph, Joseph deli-*

tiarum mearum ab hoc die erit totus *mihî et ego tota illi qui pascitur tantum inter lilia pulcherrima virginis meæ.*

17. Et ita erit certe *donec spiret dies vitæ tuæ, et inclinetur umbræ transitus mei.* Quæ cum ita sint, *revertere mecum ad coelum veræ pacis et tranquillitatis spiritus, atque in hac decursione tua similis esto bone Joseph, dilecte mihî capreae hinnuloque cervorum super montes Bether.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tota pulchra est Maria et macula originalis non est in te. *Totus pulcher est Beatissimus Joseph, et sicut Pater Dei mirabiliter conceptus. V Laudate eos omnes gentes, laudate eos omnes populi: quoniam confirmatæ sunt super nos misericordiæ eorum et veritas ipsorum immaculatæ puritatis manet in æternum. Totus....

DIA 6 DE ENERO.

LECTIO I.

EX SACRA SCRIPTURA.

Cum esset desponsata Mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Joseph autem vir ejus cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est; pariet autem Filium, et vocabis nomen ejus Jesum:

ipse enim salvum faciet populum suum á peccatis eorum. Ex Mattheo. . . .

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Dignitas parentum Jesu in Josepho et Maria est altioris ordinis, *Pertinens quodammodo ad ordinem ordinis hypostaticæ. ¶ Et sacra familia est Jesus, Maria et Joseph. Pertinens. . . .

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium tertium, circa, cap. tertium.

1. MARIA.—Grata magnopere ineffabilia Dei beneficia Ego contempans, et videns simul in me ipsam Virginem excelsam ad altissimam dignitatem Deiparæ sublimatam, quaesivi sine interruptione *in lectulo meo per noctes*, et in quiete contemplationis *quaesivi inquam Filium meum quem diligit anima mea*, qui Deus verus est et simul verus Homo, et in quo tibi bene complacui: *quaesivi illum in manibus*, cum oculis meis, et in locis omnibus ubi eram per noctem novem mensium, in quibus Ille habitabat virginalibus in visceribus meis: iterum quaesivi illum *et non inveni*.

2. Sed sicut adhuc non venerat plenitudo temporis, dixi ego Sponso meo Joseph: *surgam* et dum tu ad iter nostrum omnia disponis, ibo tecum ad Hebron, ut cognatam meam Elisabeth invisere possim, sicut etiam Praevisorem sanctificare, digno patri ejus Zachariae loquendi facultatem reddere, et dignae matri suae. Spiritu Sancto adimplere valeam; igitur, *et circuibo Civitatem Nazareth*, atque He-

bron, *per vicos et plateas exactae adimpletionis numerum nostrorum; quaeram quem diligit anima mea, quaesivi illum de facto et non inveni; Joannem solum inveniens qui Praecursor ejus esse debebat.*

3. Relictis jam Elisabeth et Zacharia, in Nazareth reverti sumus; *et invenerunt me vigiles temporum qui custodiunt parvulam civitatem Bethlehem*, et desiderio magno super omnia desideria interrogavi eos: *Num quem diligit anima mea, vidisti?*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias

R Qui diligitis Dominum Josephum odite malum, *Custodiet ille animas vestras et de manu peccatoris liberabit eas. ¶ Exaltate Dominum nostrum Josephum et adorare eum quoniam justus est. Custodiet.

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium tertium, circa, cap. tertium.

4. MARIA.—*Paululum cum pertransissem eos*, et postquam ego illis loquuta eram, Joseph divinitus inspiratus, committatur me usque ad stabulum Bethlehem, et ibi in altissima oratione, et in maximo fervore accensa, cum plena possessione omnium gratiarum, cum supremo gaudio, et in medio omnium incomparabilium coeli deliciarum, *inveni in manibus meis, quem diligit anima mea*, id est, Verum Filium Dei et Verum Filium meum; et tunc ex toto corde meo, cum totis viribus meis et in tota anima mea *tenui eum*, promissi illi semper et in omni tempore me ita cum Illo conjunctam esse, ut dixerim

Piissimæ

apud me *nec dimittam donec* ad montem Calvariae eum conducere possim, et *introducā illum, in domum Matris meae*, id est, mortis quae, per humani generis regenerationem passurus erat, et quā dusque etiam introire faciam illum *in ipsum cubiculum genitricis meae*, nempe, Divinae voluntatis, volentis unum perire ut omnes salvi fiant

5. JOSEPH — Spiritus angelici, vos qui electi fuistis ad protegenda magna mysteria Dei Incarnati in utero purissimo meae Sponsae virginis Mariae; vos qui illam contemplare potuistis, sicut etiam apprehendere aliquid ex eo quod Deus collocavit in corde suo iterum dicam: angelicae intelligentiae. *Adjuro vos tanquam filiae Jerusalem, per capras cervosque camporum, nec suscitatis neque evigilare faciatis dilectam meam de sua infinita contemplatione donec ipsa velit*; ut neque per minimum momentum suspendatur egregium opus, quod in corde suo efformatur, propter suas divinas relationes cum suo Divino Filio Christo Jesu.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. In omnibus necessitatibus suis invocabunt Dominum Josephum omnes filii sui,* et ipse per suam bonitatem liberalissime exaudiet eos. ¶ Utinam, Dominus noster Joseph, semper exaudias nos, et propitius nobis sis omnibus diebus vitae nostrae — Et ipse....

DIA 7 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX SACRA SCRIPTURA.—

Exurgens autem Joseph a somno, fecit sicut pra-

ceperat ei angelus Domini, et accepit conjugem suam. Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum: et vocavit nomen ejus Jesum. Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est rex Judaeorum? Vidimus enim stellam ejus in oriente, et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur? Ex Mattheo....

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Hypostaticae dignitatis et gratiae effectus, neque concipere, nec lingua valet exprimere,* Quia tanta dignitate est caeteris effecta excellentior ¶ Quanto propinquior erat Verbo. Quia....

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium tertium, circa, cap. tertium.

6. JOSEPH — Clientes mei et clientes omnes meae fidelissimae Mariae, contemplate vestram divinam Matrem collocatam in medio deliciarum suavissimarum, et videbitis quod in isto ineffabili somno, nova vita dilectae meae data est, ita ut ipse Deus gaudens in opere suo, fecerit quod angeli, divine mirati, exclamarent: *Quae est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae et ihuris et universi pulveris pigmentarii?*

7. MARIA. — Dum magis admiror te, Joseph Sponse mi, magis ac magis etiam video te gratiarum plenum et donorum, privilegiorum et omni charisma-

tum genere ornatum esse; quia enim tota gloria, totus honor et benedictio tota, gradu maximo inveniuntur in te; nunc autem velut gratia specialissima si hæc in te concipi posset, video te non solum super omnes homines sed quod est mirandum, super choros angelorum sublimatum esse ita, ut compellar dicere tibi: *En considero et declaro te tanquam lectulum Divini Salomonis quem sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel*

8. *Omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi, ac præterea uniuscujusque ensis invincibilis super femur suum propter timores nocturnos.* Quoniam si sum ego Dei Mater, tu es Dei Pater; si ego illum lactare debeo, tu illum et me in sudore vultus tui alere etiam debes; si mea obligatio est, Filium meum in lecto collocare, expergefaceri, illum blandire atque eum adorare sicut sua Virgo Mater; tu quoque, dilectissime Sponse, ad instar sui Virginis Patris, eum diligere et adorare debes, ex toto corde, illum in brachiis tenere, et erga illum exercere omnia officia quæ tibi concessa sunt ratione tuæ divine vocationis. Etenim hoc omne originem duxit ab illo mirabili principio, quod aliter esse nequit nisi quia tu, similiter et ego absque originali peccato mirabiliter concepti sumus.

Nos hæc sublia. &c.

R Deo gratias.

R Sit nomen Domini Josephi benedictum ex hoc nunc et usque in sæculum,* A solis orto usque ad occasum laudabile sit nomen Josephi. ¶ Quoniam semper fuit dignissimus Sponsus Beatissimæ Virginis Mariæ, et semper et in omnibus perfectissime operavit tanquam Pater Christi. A solis. . .

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium tertium, circa, cap. tertium.

9. JOSEPH — Sed quam pulchra es et speciosa amica mea, columba mea, et dulcissima Sponsa mea. Quotidie magis perfectam te video, et sine interruptione crescunt in dies virtutes tuæ; et præcipue in hoc momento ita mirabile est quod video in te, ut ad dicendum adactus sim: tota incorrupta es tu tanquam Virgo Mater; et tu etiam sicut *Ferculum* quod fecit sibi rex Salomon de lignis Libani perfectissime elaboratum.

10. Pulchrior es tu, o Maria, quam columnas ejus quas fecit Salomon argenteas, et gratiæ tuæ, superiores sunt quam *reclinatorium aureum*, nec non et tu formosior quam finissimum *ascensum purpureum*; et attractior es *media charitate* quam amor gignit, quamque *constravit* ipsemet amor ex substantia et essentia auri purissimi; et hoc factum est propter filias Jerusalem.

11. MARIA.—O vos, omnes animæ selectæ ad efforandam Ecclesiam Sanctam, quæ catholica simul et apostolica sicut etiam Romana esse debet; quid faciam ut vos digne honorare, glorificare, diligere, et adorare valeatis meum virginalem conjugem Josephum? Initium assumite, obsecro vobis, de immaculata ejus conceptione; et tanquam Christi dignissimum Patrem, debito culto adorare illum, illum diligite sicut dilectus esse debet, toto genere bonorum operum glorificate illum; atque confitemini eum millies atque millies, vos eum prosequi infinita

praedilectione ac debito honore. O vos, omnes virgines futuri, qui adhuc non estis sufficienter dispositi ad vestram consecrationem Deo faciendam, attendite ad ea quae vobis dicam, et videte, quod si virgines estis, Deo omnino consecrati, thalamum omnium beatissimum spectat vobis; et eo fine ut fortiter pro salute vestra operare valeatis, et ne cor vestrum Deo auferre velitis, vobis prae oculis apponam divinam despositionem prae omnibus excelsam inter me et Josephi initam. Scitis jam quae ego sim, et ex hoc inferre potestis, quis sit et Joseph: ergo nulli dubium quin nostra desponsatio sit divina unio nostrarum duarum virginitatum absolute atque perfecte simillium. Egredimini igitur tanquam Filiae Sion de domo patris vestri; abnegate familiam vestram, et quod mundus voluptates appellat forti animo contemnite; omnia enim quae in mundo sunt vanitas vanitatum et omnia vanitas vocari debent. *Eare dimini ergo et videte, Filiae Sion, Jo-éphum meum divinum, tanquam Regem Salomonem et Supremum Regem Regum, in diademate quo coronavit illum Mater sua nempe, puritas virginalis, in die desponsationis illius inecum ut vera sua virgine conjuge; in die laetitiae cordis ejus sicut et mei; in quo ego ineffabilibus deliciis gavisum sum cum essem de facto Virgo desponsata, quae vera Dei Mater futura erat, et in die similiter in quo Joseph fuit virgo desponsatus qui Dei Pater suo tempore certissime vocaretur.* Ecce omnes videre potestis in nobis pulcherrimam ac mirabilem consequentiam ex eo quod utrique absque originali macula concepti fuissimus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Aspicebam in visu bonitatem et misericordiam Domini nostri Sancti Josephi* et ecce in nubibus caeli potentissimum patrociniuum suum diligentissimi veniebat, ut salvaret nos filios suos ab omni malo. ¶ Et omnis populus, tribus et linguae servient ei in saecula saeculorum. Et ecce.

DIA 8 DE ENERO.

LECTIO I

—EX SACRA SCRIPTURA.—

At illi dixerunt ei: in Bethlehem Judæ... Tunc Herodes clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellae quae apparuit eis..... Videntes autem stellam gavisum sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria Matre ejus, et procidentes adoraverunt eum; et aperitis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus et myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Ex Mattheo....

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tum Joseph, tum Maria ex eo quod sunt almi parentes Christi* Habent quamdam dignitatem infinitam, ¶ Ex bono infinito proponentem, quod est filius suus Jesus. Habent....

LECTIO II

Es commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium tertium, circa, cap. tertium.

12. MARIA.—Jam tu et ego, o Joseph dilectissimi-

me, constituimus inter nos desponsationem virginalem et divinam, jam Altissimi voluntatem angelus demonstravit nobis; tum Verbum caro factum est et nobiscum habitat tum Lux mundi apparuit in stabulo Bethlehem, et nos tanquam sui virginales Parentes adorabimus Eum, et totam illi debitamque reverentiam continuo tribuimus. Præterquamquod ego meo lacte virginali, tu certe in sudore vultus tui aluimus illum, pastoribus adorantibus eum manifestavimus, et Magis Regibus munera ei offerentibus, sicut etiam Si neoni et Annæ Prophetissæ presentari potuimus, imo vero et universo mundo; Jesum denique legem adimplentes circumcidimus et ad Templum Hierosolymæ adduximus, munera pretiosa quæ sacerdotibus offerre debemus pro eo paravimus: jam tandem ad Templum perreximus, ut quæ de Messia promissa et de nobis scripta sunt adimplere possemus.

JOSEPH.—Postquam contemplavi te, Sponsa mea Maria, tanquam veram Matrem Dei, habentem cum illo intimas, altissimas et divinissimas communicationes, tam in ordine naturæ quam in ordine gratiæ; postquam iterum d'cam, vidi te actus exercere supremos profundissimæ humilitatis, mihi visum est quod hora jam venerat Nostram offerendi Divinum Filium Eterno Patri suo. Tu obtulisti eum in remissione peccatorum generis humani; et ego similiter in eadem remissione illum obtuli Patri suo. Tunc vero, dilecta Sponsa mea, tu inter mulieres non mundas permixta es, et inventa inter Filias Jerusalem, non aliter quam si purificat onis necessitatem haberes; et ego quoque, tanquam Pater communis, coram omnibus apparui; si tu vero cum sis Mater

ipsius puritatis ad actum sublimem profundissimæ humilitatis, actum supremum excelsæ virtutis conjuxisti, quales nunquam videre potuerunt nec coeli nec terra; ita et ego, dilecta mea, operatus sum similiter in omnibus hisce actibus.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Josepho, nuntians eis Verbum* et expavescit Virgo de lumine; ne timeas Maria irvestisti gratiam apud Dominum. ¶ Et expavescens etiam Joseph de lumine, dixit illi Angelus: Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est de Spiritu Sancto est: et Spiritus Sanctus dabit etiam tibi, o Joseph Verbum incarnatum et vocabitur Altissimi Filius. Et expavescit....

LECTIO III.

Ex comentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium quartum, circa, cap. quartum.

JOSEPH.—Præter hæc autem omnia, et cum te videam coelestem simul atque divinam, dicere compellor tibi:

1. *Quam pulchra es, amica mea, quam pulchra es! fulgidi sunt oculi tui sicut oculi columbarum absque eo quod intrinsecus latet in medio, scilicet, cordis tui, in sede intellectus tui, et in intimis voluntatis tuæ. Deaurati et etiam suavissimi sunt capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad in eo ipso instanti quo sol in occasum pergit.*

2. *Quam pulchra es amica mea Sponsa. Dentes*

tui perfectissimi sicut greges tonsarum quae ascenderunt de lavacro omnes gemellis factibus et stribulis non est inter eas.

3 *Sicut vitia coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce et sonorum. Sicut fragmen mali punici, ita genae tuae absque eo quod intrinsecus latet; in tuo nempe, purissimo corde, in tua ardentissima charitate, in intellectu tuo. Qua dilectione Filium tuum dilectissimum praesentari voluisti apud Aeternum Patrem? qua fidelitate illum offerabas pro salute generis humani? qua denique generositate tu ipsamet tradidisti te, cum tuis cogitationibus Verbis et operibus? Revera pulchra et speciosa es tu, ut pote absque originali macula concepta!*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Salvatorem expectamus Dominum nostrum Sanctum Josephum, *quia ut nos filii sui essemus sancti et immaculati, reformavit corpus miseriae nostrae, configuratum corpori potentissimae gratiae suae. V Sobrie, et juste et pio vivamus in hoc saeculo, expectantes suum magnum patrocinium erga nos et omnia opera nostra. Quia ut....

DIA 9 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX SACRA SCRIPTURA.—

Magi cum recessissent. ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph dicens: Surge et accipe Puerum et Matrem ejus, et fuge in Aegyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi, futurum est enim, ut Herodes quaerat puerum ad perdendum eum.

Qui consurgens accepit puerum et Matrem ejus nocte, et recessit in Aegyptum: et erat ibi usque ad mortem Herodis, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: Ex Aegypto vocavi filium meum. Ex Mattheo....

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Maria et Joseph sunt gratia pleni per comparisonem ad ipsos *Quia habebant gratiam propriam ad statum illum. V Ad quem erant electi a Deo ut essent parentes Jesu. Quia....

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium quartum, circa, cap. quartum.

4. JOSEPH — *Sicut turris David erectum est colum tuum quae aedificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Turris illa omnibus praesidiis circummunita est, ibi enim mei et tui clientes esse possunt absque periculo, sicut etiam omnibus belli et oris rebus necessariis referti; turris denique illa fortissima est adversus omnes ictus quos nobis jaculari possunt fallacia mundi, concupiscencia carnis et illusio diaboli.*

5. *Duo ubera tua amor nempe Dei et amor proximi, ita sunt pura et immaculata ut spectari possint sicut duo hinnuli capreae gemelli qui pascentur in liliis.*

6. *Donec aspiet dies devotionis sensibilis, qua tu delectabaris Aeterno Patri offerens Filium tuum pro salute omnium; et donec aspiet dies et inclinentur umbrae temporis ut tu cumulum supremum accipe-*

re possis omnium pœnarum et afflictionum, et ut pater amplectaris invicto animo passionem et mortem Filii nostri Jesu.

MARIA.—Joseph, dilecte mi, hanc Filii nostri passionem et mortem tu certe non videbis; in qua ille dolores acerbissimos, crudeles aerumnas, ac terribilia supplicia usque ad mortem crucis passurus est: ego autem ita video te generosum, amantem et ad omnia dispositum, ut etiam et tu ab hoc tempore, certissime eris, sicut et ego, Corredemptor Generis Humani. Hac de causa jam inclyta generositate deces mihi; *vadam ad montem myrrhae et conducam te ad collem thuris*; ibi nos metipsi absolute decabimus ad augendum opus jam inceptum perfectionis nostrae; quae perfectio unica inter omnes est quia, nobis tanquam Dei Parentibus, solummodo campetit.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Laus et gloria sit tibi Sancta Trinitas, quæ omnes nos ad Sanctum Josephum honorandum, misericordiosissime convocasti. * Sit etiam tibi Sancte Dei Pater laus et benedictio in sæcula sæculorum. † Tu enim es pretiosa margarita orbis terrarum; tu lampas inextinguibilis divini amoris. Sit etiam....

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Cantorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium quartum, circa, cap. quartum.

JOSEPH.—Sicuti te video et contempler magni æstimans omnia, quæ Æternus fecerit tecum, mea charissima Sponsa, opportunum judicavi tibi dicere.

7. *Tota pulchra es amica mea et macula non est, nec erit unquam in te.*

8. *Veni de Libano Sponsa mea, veni de Libano, veni: et coronaveris de capite Amanae, de vertice Sanir et Hermon, veni de locis illis tanquam de cubilibus leonum, veni de montibus pardorum.*

9. *Veni ergo quoniam æquali animo tuam perfectionem multiplicans, mirabiles omnium virtutum actus, constanter faciens, vulnerasti cor meum, soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum et in uno crine colli tui.*

10. *Quam pulchrae sunt et quam fervidae mammae tuae, soror mea Sponsa, pulchriora sunt ubera tua vino delectabili et odor unguentorum tuorum super omnia aromata.*

11. *Favus distillans labia tua, Sponsa mea, et erga clientes tuos tantam bonitatem ostendis, ut mel et lac sub lingua tua reperiantur, et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Gloriosi Virginis Sanctissimi Josephi ortum dignissime recolamus, *cujus Dominus Justitiam respexit, et per suum consensum Angelo nuntiante concepit, in suam Virginem Sponsam Mariam, Salvatorem mundi. † Tu enim, Bone Joseph, es corona virginitatis omnium filiorum tuorum, tu sceptrum suae orthodoxae fidei. Cujus....

DIA 10 DE ENERO.

LECTIO I.

Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini

apparuit in somnis Joseph in Ægypto dicens: Surge et accipe Puerum et Matrem ejus et vade in terram Israel; defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerum et Matrem ejus, et venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judea pro Herode patre suo, timuit illo ire; et admonitus in somnis secessit in partes Galilee. Et veniens habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth. ut adimpleretur quod dictum est per prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur. Ex Mattheo....

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Parentum Christi dignitas et gratia gloriose effectæ,*Ita sunt magnæ etiamque divinæ. ¶ Ut neque cor concipere, nec lingua valeat exprimere. Ita....

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium quartum, circa cap. quartum.

12. JOSEPH.—O quam formosa es tu, Maria! *Hortus merito nominares conclusus soror mea Sponsa: Hortus conclusus qui aromatibus pretiosis, et suavissimis fructibus floruit; tu es prætera meus fons signatus mortalibus communicans torrentem omnium gratiarum.*

13. *Emissiones tuæ* vocantur emissiones virtutum tuarum, quas, sicut tui purissimi cordis provenientes; excolit jam totus orbis christianus. Illæ sunt emissiones *paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, Cypri cum nardo.*

14. *Nardus et crocus, fistula et cinnamomum, cum universis lignis Libani, myrrha et aloë, cum omnibus primis unguentis.*

15. MARIA.—O Joseph, Sponsæ mi, tu similis es mei, mei similis multoties repetam: idcirco perfectiones et virtutes meas in praxim reducens totus ereis Dei tui, totus eris virginalis Sponsæ tuæ, et etiam clientibus tuis ereis sicut *fons hortorum puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano* Conceptionis tuæ Patri Dei optime adequatæ, id est, sine labe originali.

Nos Hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Hodie nata est Beata Virgo Maria cum summa lætitia ex progenie David* Nativitas sancti Josephi cum gaudio celebretur per omnes filios tuos. ¶ Per quos Dominus Jesus vera salus mundi nobis credentibus apparuit, ut per eum innumerabiles homines salvi fiant Nativitas.

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium quartum, circa cap. quartum.

16. MARIA.—*Surge ergo Aquilo peccati et ab omnibus hominibus in æternum recede, Aquilo etiam minutissimæ imperfectiōis ne noceas meum hortum florentem Josephum, qui conceptus est sicuti decebat purissimo Sponso meo; et veni Auster, veni aura suavissima et perfla hortum meum et fluant aromata illius per totum orbem, ut videns totus universus Josephi eximias et praeclaras virtutes, æstimet eas tamquam similes meis ac simul virtutibus Jesu.*

Si juxta illud quod dixisti mihi, perfectissima sum in omni genere virtutum; quid ego dicam de te Joseph Sponse mi? Tu quod revera sum, indicasti me, meus comes tu fuisti, magna persequutus es diligentia mei corporis vestigia, et mei spiritus motus; mecum adoravisti Jesum eum custodiens usque in Bethelhem; mecum circumcidisti illum, et Magis Regibus praesentasti, in Templum etiam mecum duxisti, sicut et ego tanquam communis ejus Pater coram omnibus apparuisti, illum offerens in holocaustum pro mundi salute. Ergo, si ego ita perfectus sum, similiter et tu perfectus es.

Nos haec sublimia & .

R. Deo gratias.

R. Corde et animo Christo canamus in hac sacra solemnitate praecelsi Patris Dei Nativitatis. *Cum jucunditate praecelsi Patris Dei Nativitatis. *Cum jucunditate ortum felicissimum Sancti Josephi celebremus. ¶ Ut ipse pro nobis filiis suis misericorditer intercedat ad Dominum nostrum Jesum Christum. Cum

DIA 11 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX SACRA SCRIPTURA.—

In mense autem sexto, missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilæae, cui nomen Nazareth ad Virgenem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, et nomen Virginis, Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus et cogitabat qualis esset ista salutiatio. Et ait Angelus ei:

Ne timeas Maria, invenisti enim gratia apud Deum: ecce concipies in utero, et paries filium et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnavit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Ex Luca. . . .

Nos haec sublimia, & .

R. Deo gratias.

R. Tanto dignitate cæteris hominibus et mulieribus Joseph et Maria *Eff-cti sunt excellentiores. ¶ Quanto propinquiores animo et corpore erant Verbo Incarnato. Eff-cti. . . .

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium quintum, circa, cap. quintum.

1. MARIA.—*Veniat idcirco dilectus meus Joseph, in hortum suum et comedat fructum pomorum suorum.*

JOSEPH.—*Ecce quia vocasti me, o Maria, et ideo veni in hortum meum, soror mea Sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi favum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo, et sensibus amborum etiam alloquens dixi illis: vos quoque comedite, amici mei, et bibite, et inebriamini, charissimi.*

2. Et sic accedit certissime, et per effectum tantæ dulcedinis caelestis ego dormio somno dulcissimum divine dilectionis; quia et somno indulgens, cor meum vigilat.

MARIA.—*Dum ego dormiebam et cor meum vigilabat, en vox dilecti mei Joseph pulsantis et dicentis:*

Piissimæ

S

Si juxta illud quod dixisti mihi, perfectissima sum in omni genere virtutum; quid ego dicam de te Joseph Sponse mi? Tu quod revera sum, indicasti me, meus comes tu fuisti, magna persecutus es diligentia mei corporis vestigia, et mei spiritus motus; mecum adoravisti Jesum eum custodiens usque in Bethelhem; mecum circumcidisti illum, et Magis Regibus praesentasti, in Templum etiam mecum duxisti, sicut et ego tanquam communis ejus Pater coram omnibus apparuisti, illum offerens in holocaustum pro mundi salute. Ergo, si ego ita perfectus sum, similiter et tu perfectus es.

Nos haec sublimia & .

R. Deo gratias.

R. Corde et animo Christo canamus in hac sacra solemnitate praecelsi Patris Dei Nativitatis. *Cum jucunditate ortum felicissimum Sancti Josephi celebremus. ¶ Ut ipse pro nobis filiis suis misericorditer intercedat ad Dominum nostrum Jesum Christum. Cum

DIA 11 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX SACRA SCRIPTURA.—

In mense autem sexto, missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilæae, cui nomen Nazareth ad Virgenem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, et nomen Virginis, Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus et cogitabat qualis esset ista salutiatio. Et ait Angelus ei:

Ne timeas Maria, invenisti enim gratia apud Deum: ecce concipies in utero, et paries filium et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnavit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Ex Luca. . . .

Nos haec sublimia, & .

R. Deo gratias.

R. Tanto dignitate cæteris hominibus et mulieribus Joseph et Maria *Eff-cti sunt excellentiores. ¶ Quanto propinquiores animo et corpore erant Verbo Incarnato. Eff-cti. . . .

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium quintum, circa, cap. quintum.

1. MARIA.—*Veniat idcirco dilectus meus Joseph, in hortum suum et comedat fructum pomorum suorum.*

JOSEPH.—*Ecce quia vocasti me, o Maria, et ideo veni in hortum meum, soror mea Sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi favum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo, et sensibus amborum etiam alloquens dixi illis: vos quoque comedite, amici mei, et bibite, et inebriamini, charissimi.*

2. Et sic accedit certissime, et per effectum tantæ dulcedinis caelestis *ego dormio somno dulcissimum divine dilectionis; quia et somno indugens, cor meum vigilat.*

MARIA.—*Dum ego dormiebam et cor meum vigilabat, en vox dilecti mei Joseph pulsantis et dicentis:*

Piissimæ

S

tis: *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea et Purissima; aperi iterum mihi, quia caput meum plenum est rore et cinnami mei guttis noctium. Aperi mihi quia...*

3. JOSEPH.—*Jam expoliavi me tunica mea, nempe, ab omnibus meis imperfectionibus etiam minimis; et cum conceptus sim atque indutus omnibus gratiis Patri Christi convenientibus, quomodo judicas induar illa? Aperi jam quia lavi pedes meos ab omni macula sicut oportebat mihi; qui abs dubio et necessarie confirmatus sum in gratia. Quomodo inquinabo illos, cum statuerim apud me non juxta appetitum agere, aut proprium desiderium; sed semper, et in omnibus juxta perfectissimam voluntatem Dei, sicut decebat illi, nempe, concepto absque peccato.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sancte Joseph, succurre miseros, juva pusillanimes, et refove flebiles. *Sancte Joseph, ora pro populo, interveni pro clero, et intercede pro devoto famineo sexu. V Sancte Joseph, sentiant omnes filii tui potentissimum tuum juvamen, quicumque pie et devote tuum sacrum officium quotidie recitant. Sancte Joseph....

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium quintum, circa, cap. quintum.

4. MARIA.—*Interea dilectus meus Joseph, faciens me certiore de præceptis Altissimi missit manum suam per foramen dilectionis meæ, et periculum*

anuntians mihi, in quo inveniebatur Filius meus Jesus, venter meus intremuit ad tactum notitiæ ejus.

5. Tunc surrexi a fervore orationis meæ et in Deo absolute confidens, surrexi inquam, ut aperirem *Dilecto meo; statim manus meae stillaverunt myrrham mortificationis meæ, et digiti mei pleni erant myrrha probatissima.*

6. Pervenit tandem hac fiducia, certe gratissima, ut audirem ea quæ, Joseph indicabat mihi et cum memetipsam sentirem valde sollicitam, *pessulum ostii mei aperui dilecto meo; qui cum manifestaverit mihi possibilitatem exitus nostri, ut Divinum Puerum salvarem, evanuerunt illusiones meæ et umbræ afflictionis occupaverunt spiritum meum. Iterum his laboribus obruta, vocavi illum ut divinam voluntatem omnino patefaceret mihi; at ille declinaverat atque transierat ut omnia ad iter nostrum parare posset. Anima mea quæ usque tunc liquefacta est suavitate dilectionis ejus ut locutus est; ab illo instante amaritudine correpta est et languore oppresa. Ego quæsivi et non inveni illum, nempe Josephum, vocavi et non respondit mihi.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Beatum me dicent omnes filii mei, quia Dominus, qui potens est, fecit mihi magna *Ut evidentissime decebat, sic fore illi, qui vocatus est ad dignissimum Sponsum Beatæ Mariæ Virginis, et etiam ad Patrem Jesu. V Laudate Joseph omnes gentes, laudate Joseph omnes populi. Ut evidentissime....

LECTIO I

—EX SACRA SCRIPTURA.—

Dixit autem Maria ad Angelum: quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque et quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filium Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit Filium in senectute sua, et hic mensis sextus est illi quæ vocatur sterilis; quia non erat impossibile apud Deum omne Verbum. Dixit autem Maria: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum Verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus. Ex Luca....

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias

R Solum de Maria et Josepho prædicari possit,*
Quod dum Dei parentes sunt. V Excedunt omnem altitudinem, quæ post Deum dici, vel excogitari possit. Quod....

LECTIO II

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium quintum, circa, cap. quintum.

7. MARIA.—Et nunc me videntes solam et maxime afflictam ac veluti egredientem ego de mea assueta tranquillitate, *invenerunt me custodes qui circummeunt civitatem mysticam mei ipsius: et illi terribiles erant mihi, eo quod meum quaerebant dilectissimum Filium: et illi percusserunt me, et vulneraverunt me, tulerunt pallium meum mihi per*

fectae quietis meae custodes murorum. In hoc tristissimo rerum statu ego exclamavi:

8. *Adjuro vos, Filiae Jerusalem, si inveneritis dilectum meum Josephum, qui ad nostram in Aegyptum fugam disponendam ivit, ut nuntietis ei tristitiam meam et quod paena terribili oppressa sum, ut dicatis ei, quia erga Filium meum amore languo.*

9. Angelicae Hierarchiae, quæ semper curam habent de me, evolavere in auxilium meum dicentes mihi: *Qualis est Dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum, qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos ut quaereremus illum? qualis est Filius tuus qui est etiam verus Filius Dei?*

10. Filius ille purissimæ virginis meae et purissimæ virginitatis Josephi est *Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus inter filios hominum.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Beatam Mariam semper Virginem, Spiritus Sancti habitaculum in templo hodierna die præsentari voluisti, Domine Deus.*Tanquam cedrus exaltatus est in Libano domus snæ, noster Dominus Joseph. V Ideoque sicut balsamum aromaticus, almi Parentes Christi odorem suum in omnibus suis perfectissime dederunt. Tanquam....

LECTIO III

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium quintum, circa, cap. quintum.

11. MARIA.—*Caput ejus aurum optimum, comæ ejus sicut elate palmarum, nigri quasi corvus.*

12. *Oculi ejus columbae; columbae autem illarum, quae sunt super rivulos aquarum, quae lacte sunt lotae, et resident juxta fluentia plenissima.*

13. *Genae illius sicut areolae aromatum, habilititer consita a pigmentariis; labia ejus lilia distillantia myrrham primam.*

14. *Manus illius tornatiles aureae plenae hyacinthis, pectus et venter ejus eburneus distinctus sapphyris.*

15. *Crura illius columnae marmoreae, quae fundatae sunt super bases aureas, species ejus ut Libani plena majestatis, electus ut cedri.*

16. *Guttur illius ita suavissimum est ut nunc quoque adhuc mihi videatur audire illud et totus ille infinite desiderabilis: talis est Filius dilectus meus: Filius etiam Unigenitus Patris Aeterni, Filius purissimus virginitatis meae et etiam virginitatis purissimae mei Josephi. Ecce iste ipse Joseph est amicus meus, Filiae Jerusalem, qui quoque est dux meus, securitas mea, et refugium meum in fuga, quam pergo usque in Aegyptum, ut ibi salvare possim Jesum Filium meum.*

17. JOSEPH.—Video quam quomodo Spiritus Sapientiae, modo perfectissimo et absoluto, requievit in te, o Maria; et tu perfectissimam de me habes notitiam, ad instar Sponsae meae virginalis; quia omne quod ego sum indubitabiliter ad tuas aures pervenit. Scio etiam te cognoscere quid sit Jesus Filius noster. Nunc vero cum revera jam tecum sim cur interrogas, *quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima Mulierum, quo declinavit dilectus tuus Joseph, et quaeremus eum tecum?* En adsum, dico tibi; et ex nunc in Aegyptum iter facere possumus, ut nos

trum dilectissimum Filium de inimicis suis liberemus. Nunc autem nos festinanter laudemus, adoremus et honorem tribuamus Jesu, Mariae et Joseph in saecula saeculorum.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Per te, bone Joseph, Trinitas Sanctificatur, per te crux preciosa celebratur, et Filius tuus adoratur in toto orbe terrarum.*Per te, bone Joseph, laetantur Angeli et daemones fugantur. ¶ Per te, bone Joseph, omnes clientes tui ad coelum revocantur.—Per te....

DIA 13 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX SACRA SCRIPTURA.—

Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione in civitatem Juda. Et cum intravit in domum Zachariae salutavit Elisabeth. Et factum est, ut cum audivit salutationem Mariae Elisabeth, exultavit infans in utero suo, et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth, et exclamavit voce magna et dixit: *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo, et beata quae credidisti, quoniam perficientur in te quae dicta sunt tibi a Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Domino.—Et mansi autem Maria cum illa quasi mensibus tribus et reversa est in domum suam. Ex Luca....*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Propter maternitatis et paternitatis Christi excellentissimam dignitatem, *Certissime fateri debemus. ¶ Josephum et Mariam omnes gratiae et virtutes, et dona et privilegia distributae a Deo fuisse. Certissime. . .

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium sextum, circa, cap. sextum.

MARIA.—Jam denique pervenimus in Ægyptum, idola in adventu nostro cuncta ceciderunt; deserta sanctificata sunt, atque in illis semen innumerabilium sanctorum eremitarum a nobis seminatum est. Pervenimus in Ægyptum, Joseph domum suam instituit, et omnes virtutes colens, facit ut Ægyptii debitam reverentiam et honorem tribuant nobis ac simul benefactores nostri sese constituent. Quam magnæ sunt virtutes Joseph, et actus sui heroicitate plenil! Quanta perfectio in suis actionibus etiam minimis! Sicut ego in omnibus operata sum tanquam Mater Dei, pariter ac Joseph, defixis oculis in operibus meis, semper agebat perfectione debita Patri Dei, ita ut ego in rei veritate de illo dicere possim.

1. MARIA.—*Dilectus meus descendit in hortum suum perfectissimum, in quo ille strenue colit flores heroicæ suæ virtutis; descendit in areolam aromatum ut pascatur in hortis suis, pulchritudine refertis et lilia colligat.* Tunc post tantam perfectionem in omnibus operibus suis, ideo tam confortis et contenta ego sum, ut iterum atque iterum illi dicam ex toto corde.

2. *Ego dilecto meo, Josepho, et Joseph dilectus meus est totus mihi qui pascitur inter lilia angelicæ puritatis, et in hoc mutuo suavissimoque amplexu purissimæ dilectionis, probationem invicem nobis dedimus; quia enim in hoc Ægypto, inter labores nostri exilii amarissimi, spiritualis vita nostra nihil aliud est, quam nuptiale convivium nobis recordare faciens, gaudia eterne beatitudinis! Ita perfectus es in actibus tuis, mi dilectissime Sponse Joseph!*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Cum jucunditate celebremus desponsationem Beatæ Virginis Mariæ cum Beato Virgine Josepho, *ex semine Abrahamæ, orto de tribu Juda, et clara +x stirpe David. ¶ Ut almi Parentes Christi pro suis filiis intercedant ad Dominum Jesum Christum ut det illis vitam æternam. Ex semine. . . .

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium sextum, circa, cap. sextum.

JOSEPH.—Quid vero de te dicam charissima Sponsa mea! Omnia quæ in me sunt ego haurivi de te; eodem modo ac tu haurivisti de Jesu: et si ego quod tu dixisti revera sum, quid dicendum erit a me de actibus tuis cum in Ægypto eras? qua ratione exprimere potero perfectissimam sollicitudinem tuam omnibus altiore in rebus curandis ad domum pertinentibus? quomodo accuratissima adimpletio munerum tuorum erga Jesum Filium tuum dirigere potuisti? Igitur te pingens sicut es, in rei veritate dico tibi:

3. Quam pulchra es amica mea Maria! quam suavis et decora! pulchra inquam sicut Jerusalem; terribilis ac majestatis plena, ut castrorum acies ordinata; et eo tu ad salutem animarum necessaria es, quo sis revera ad inimicorum defensio, ut turris fortissima, ut arx perfecte munita.

4. Quando flagror in æstu atque desiderio proficiendi in via virtutis, cum fixis oculis, o Maria, in tuo agendi modo certe perfectissimo, in omnibus suis aspectibus illum considero, non possum quin miratus exclamem: *Averte oculos tuos a me*, nempe, purissimam tuam intentionem glorificandi Deum, quia cum adhuc caream plurimis actibus hujusce intentionis propriis, *ipsi oculi tui me avolare fecerunt*; et aliter esse non poterat, quia mystici *capilli tui* mirabilium cogitationum tuarum semper sanctitatem, munditiam et puritatem elatissimo gradu redolebant, et hæc omnia locum habebant tibi, *sicut grex caprarum quæ apparuerunt de Galaad*. Divinae cogitationes tuæ, o Maria, semper pro objeto habebant Deum Incarnatum, Deum occultum in Sanctissimo Sacramento Altaris, et Deum sic homines diligentem, ut postquam pro illis mortuus est, æternæ gloriæ beatitudinem etiam illis promissit.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R De quacumque tribulatione clamaverint ad me omnes dilecti filii mei, ait divinus Joseph, exaudiam eos* et ero protector omnium eorum semper. V Fac nos filios tuos, divine Joseph, innocuam decurrere vitam, sitque tuo semper tuta patrocini. Et ero....

LECTIO I.

—EX SACRA SCRIPTURA.—

Ascendit autem et Joseph a Galilæae de civitate Nazareth, in Judeam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. Factum est autem, cum essent ibi, impletæ sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum Primogenitum et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio, quia non erat eis locum in diversorio. Ex Luca....

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In Maria et Josepho erant perfectiones omnium creaturarum,* Etiam angelicarum. V Eminenti quodam modo repertæ et attributæ. Etiam....

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium sextum, circa, cap. sextum.

5. JOSEPH.—Cuncta verba tua, o Maria, altiori gradu puritatis ac rectissimæ intentionis probata sunt, velut *dentes tui juncti et albi sicut grex ovium, quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellis factibus et sterilis non est in eis*.

6. Opera tua incepta, continuata et conclusa cum actu charitatis inflammatio spectari possunt, *sicut cortex mali punici; quia sic sunt genæ tuæ absque occultis et reconditis tuis ex gratiis extraordinariis, quas accepisti jam in potiori gradu possibili*

7. Certum est, me magnopere diligere omnes animas quæ sunt clientes mei; indubium interum est, quod tanquam Sponsus Imperatricis cœli et terræ et sicut Pater illius in quo femore scriptum est: *Ego sum Rex Regum et Dominus Dominantium*, meum es coronare, tanquam reginas, omnes animas quæ per suam castitatis dilectionem, proximæ sunt ut Deo consecrentur; hæc de causa de omnibus his sic dico mystice loquendo: *Sexaginta sunt meæ Reginae*; etiamque aliæ sunt mihi adhuc electiores de quibus assero, quod *et octoginta sunt concubinae*, quæ postquam meæ fuerunt per suam devotionem et veram pietatem, Deo proxime sunt consecraturæ: sic etiam *et adolescentularum non est numerus* quæ per innocentiam ubicumque spargunt aromata suavissima candidæ virginitatis suæ jam omnino Deo oblatae. Et hoc nihilominus mihi dicendum est, quod super infinitum amorem qui erga omnes redemptos, ut veros Adami filios, occupat cor meum.

8. Tamen *una est columba mea*, quam diligo tota ea dilectione, quæ in me non fuerit Deo destinata; hæc vero sic perfectissima atque dilecta, tu es, o Maria, tanquam *perfecta mea* inter multas electa; sicuti continens in te torrentem omnium gratiarum Deiparæ solum concessum, quod certe apud te est ut vera Sponsa mea. Igitur inquam, quod unica perfecta mea, vera Sponsa et gratiarum plera, *una est Matris suæ electa Genitrici suæ*, ut concepta absque originali macula caput draconis infernalis conterat pede suo.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Jesu baptizato et orante, apertum est cœlum,

et vox de cœlo facta est: Tu es Filius meus dilectus in te complacui mihi *Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur Filius Joseph. ¶ Fac nos filios tuos, divine Joseph, innocuam decurrere vitam, per tuum potentissimum Patrocinium. Ipse....

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium sextum, circa, cap. sextum.

MARIA.—Utique, utique, Joseph Sanctissime, sed quid de te dicere potero? quomodo describam etiam cogitationes tuas, opera et verba tua, dum mecum in Ægypto mansisti? Cogitationes tuæ quoque puræ erant Sanctæ et Immaculatæ; similiter et Verba tua pro objecto semper habebant Deum Homo factum et in Augustissimo Eucharistiæ Sacramento pro amore nostro occultum; Verba enim tua versabantur circa unum Deum qui pro omnibus salvandis et redimendis in supplicio crucis erat moriturus. Opera denique tua, divine Joseph, in torrentem affuebant ardentissimæ charitatis; idcirco ego Sponsa tua, dignissime Joseph, ita omnibus gaudeo tuis felicitatibus, ut revera in te adimpleatur quod de me ipsa dictum est: *viderunt eam filiae et beatissimam prædicaverunt*; viderunt eam *Reginae et aliæ concubinae* Agni Immaculati, quæ gloriæ jam gaudent omnibus deliciis *et laudeverunt eam dicentes* apud cœlum et terram:

9 *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?* sic etiam es tu,

dilecte Sponse mi: et quia cum mortuus fuerit Auctor exilii nostri, Herodes miser, angelus consolatus est nobis, et tibi dictum est, ut puerum assumeres et Matrem ejus, ut denuo in civitatem nostrorum avunculorum redire possemus. Tu certissime mea vestigia amplectens, dicere etiam potes: ego sum qui sum, sic etenim privilegiis omnibus plenus es tu, ut in te unquam fuerit minima imperfectio; egisti enim semper quod est sanctius, quod est perfectius, quod est mirabilis.

10. MARIA.—Ego interdum *descendi* te cum in *hortum nucum*, qui ubicumque mysticas nuces perfectionis nobis obtulerunt. Descendi iterum *ut viderem poma* abundantissima et dulcissima *convallium* tuorum atque mearum *et inspicerem si florisset vinea et germinassent mala punica*. Pervenit tandem hora exitus nostri de Ægypto et cor meum laetatum est, videns quod cum rediremus ad terram avorum nostrorum, Deus consulebat valetudini nostrae.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Adjutor et protector est noster divinus Joseph: in eo laetabitur cor nostrum et in nomine sancto ejus speravimus. *Qui regis nos filios tuos misericordiosissime intende. † Quem protectorem veneramur in terris, intercessorem mereamur in coelis.—Qui regis....

DIA 15 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX SACRA SCRIPTURA.—

Et ecce Angelus Domini stetit juxta pastores et claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore

magno. Et dixit illos angelus: Nolite timere, ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David. Et hoc vobis signum do: invenietis Infantem pannis involutum et positum in praeceptio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiae coelestis, laudantium Deum et dicentium: Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.... Et venerunt festinantes, et invenerunt Mariam, et Joseph et Infantem positum in praeceptio.... Maria autem conservabat omnia Verba haec conferens in corde suo. Ex Luca....

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Humanitas Christi est divina quia est homo Christus, Dei Filius et Deus,*Ita titulus parentum Christi principium est ex quo. † Venerunt Mariæ et Josepho eximia munera divinitatis. Ita....

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium sextum, circa cap. sextum.

11. MARIA.—Et ambulans anima mea per illa deserta loca, iterum a nobis sanctificata, lætitia purissima ego superabundabam, et pariter ambo memores eramus propinquorum nostrorum et proximam horam nostrum augendi cum illis gaudium et felicitatem videbamus. Cum vero venissemus jam in terra Israel scivit Joseph Archelaum regnare in Judea loco patris ejus et ecce novæ dubitationes, novi timores et afflictiones novæ cor nostrum dilaceraverunt:

et usque in hoc momento ego *nesciri*, me adhuc una cum Joseph posse colligere opimos, imo et ampliores fructus tribulationis. Et re quidem vera *anima mea conturbavit me* dum cogitarem solummodo aquas harum angustiarum *propter quadrigas Aminadab* conductas fore. Nunc autem intelligo Altissimo placuisse suam fortitudinem communicare mihi, et me victricem fecisse, palmam atque tropheum monstravisse mihi, et tempus coronationis mihi assignasse. Ingrediens jam in Civitatem Nazareth, ubi in comitatu avorum nostrorum sedem nostram figere debebamus, euncti mei propinqui dixerunt mihi:

12 *Revertere*, si victrix egressa es, *revertere, Sulamitis; revertere, revertere* ad nos *ut denuo contemplemur et intueamur te*, et etiam dilectum Sponsum tuum Joseph, qui totaliter similis est tibi.

Nos hæc sublimia. &c.

R. Deo gratias.

R. Joseph, Pater tuus erit tuus adjutor; et tamquam omnipotens benedicet tibi benedictionibus coeli desuper* benedictionibus abyssi jacentis deorsum, benedictionibus uberum et vulvæ. ¶ Benedictiones Patris tui Josephi confortatæ sunt benedictionibus Mariæ et Jesu, erga omnes nos filios suos. Benedictionibus. . .

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium septimum circa cap. septimum.

JOSEPH.—Sicuti ex nostro adventu Nazareth, in domo nostra constituimus nos et post visitationes,

quæ repleverunt animum nostrum vera charitate et perfecta fruitione, acceptas ab omnibus piis et religiosiis viris, qui de adventu Massiæ cogitationem habebant, vitam agere incepimus sanctiorem et perfectiorem quam contemplare potuerunt ab initio mundi ipsi igniti seraphini; ita ut, Sponsa mea Maria, ex illa hora jam norma fuerit accuratissima omnium christianorum, qui nobis erant imitaturi. Ego vero dixi tunc. O vos omnes, viri et feminae, divites ac pauperes, docti et indocti, quid de Mater Dei dicetis?

1. *Qui videbis*, tu o homo, qui redimendus es in mea Sponsa Maria, vera *Sulamite*, nisi choros *castrorum* harmoniæ gratissimæ? Et quid videbis nisi phalanges ad bella paratas, et inexpugnabiles? Sic ego loquebar de Maria, et ad illam accedens dicebam omnibus creaturis: Quid videbitis in mea Sponsa Maria, nisi mixturam perfectissimam rerum gratissimarum ac terribilium simul? Omnia erant in mea Sponsa Maria, magna et mirabilia. Virtus ejus heroica erat, cogitationes suæ purissimæ, verba Sanctissima, et sua opera Immaculata; et illa in quantum poterat, virtutem magnopere diligebat sicut odium summum vitio profitebatur. Cum autem te prout revera es ego depingere non valeam, tamen ad erudiendos filios nostros, sic de te dicere volo: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis!* qua arte dispositæ sunt *juncturae femorum tuorum, sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis!*

2. *Umbilicus tuus crater tornatilis* divinum opus Spiritus Sancti, qui et fœundavit illud ut Increatæ Sapientiæ habitaculum esset, et sic, privile-

Piissime

giatum est ut *nunquam indigens poculis: vinis suavissimis dilecti, semper refertus sit. Venter tuus qui conversus est in causam laetitiae nostrae, sicut tritici nullatus libris.*

3. *Duo ubera tua utraque merito dicta vas spirituale atque dupliciter honorabile, sunt sicut duo hinnuli gemelli capreae.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi Josephi, quaesumus Domine Patrocinio adjuvemur, *ut quod possibilitas nostra non obtinet ejus nobis intercessione donetur. ¶ Bonum est confiteri Domino Josepho, bonum est psallere nomini suo, ut omnes nos filii sui perfectam sanctitatem adimpleamus — Ut quod....

DIA 16 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX SACRA SCRIPTURA.—

Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jesum, vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Moysis, tulerunt illum in Jerusalem, ut praesentarent ei Domino.... Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, et Simeon accepit eum in ulnas suas, benedixit Deum et dixit: Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare Ex Luca....

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Post præstantissima ac excellentissima gratiæ dona humanitati à Verbo colata *Primum excellentiæ gradum Virgini datum est. ¶ Secundum autem excellentiæ gradum Josepho est sortitum. Primum, ...

LECTIO II.

Es commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium septimum, circa, cap. septimum.

4. JOSEPH.—*Collum tuum* tanquam vas insigne devotionis et rosa mystica, et politum perfectum, et simul dealbatum *sicut turris aeburnea: oculi tui* majoris momenti sunt, quam *mystica turris* a David ædificata ut esset defensio sua: illi autem sunt nitidi ac speciosi *sicut piscine* similes crystallo, sitæ *in Hessebon. quae sunt in porta filiae multitudinis.* *Nasus tuus* tanquam domus aurea, fæderis Arca et janua coeli bene foratus est *sicut turris Libani quae respicit contra Damascum.*

5. *Caput tuum* sicut stella matutina, salus infirmorum atque refugium peccatorum sic nobile erectum ac majestate plenum est, *ut Carmelus.* Et etiam *comae capitis tui* cum sint Consolatricis afflictorum, auxilium christianorum, ita illae mirabiliter sunt gratosae *sicut purpura regis vineta canalibus.*

6. *Quam pulchra es et quam decora, charissima, in deliciis.* Purissima Sponsa mea!

7. Vita denique tua communis et ordinaria ac simul coelestis atque divina; vita tua in intima communicatione cum Deo Filioque tuo perfectissime

giatum est ut *nunquam indigens poculis: vinis suavissimis dilecti, semper refertus sit. Venter tuus qui conversus est in causam laetitiae nostrae, sicut tritici nullatus libris.*

3. *Duo ubera tua* utraque merito dicta vas spirituale atque dupliciter honorabile, sunt *sicut duo hinnuli gemelli capreae.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi Josephi, quaesumus Domine Patrocinio adjuvemur, *ut quod possibilitas nostra non obtinet ejus nobis intercessione donetur. ¶ Bonum est confiteri Domino Josepho, bonum est psallere nomini suo, ut omnes nos filii sui perfectam sanctitatem adimpleamus — Ut quod....

DIA 16 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX SACRA SCRIPTURA.—

Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jesum, vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purificationis ejus secundum legem Moysis, tulerunt illum in Jerusalem, ut praesentarent ei Domino.... Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, et Simeon accepit eum in ulnas suas, benedixit Deum et dixit: Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare Ex Luca....

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Post præstantissima ac excellentissima gratiæ dona humanitati à Verbo colata *Primum excellentiæ gradum Virgini datum est. ¶ Secundum autem excellentiæ gradum Josepho est sortitum. Primum, ...

LECTIO II.

Es commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium septimum, circa, cap. septimum.

4. JOSEPH.—*Collum tuum* tanquam vas insigne devotionis et rosa mystica, et politum perfectum, et simul dealbatam *sicut turris aeburnea: oculi tui* majoris momenti sunt, quam mystica turris a David ædificata ut esset defensio sua: illi autem sunt nitidi ac speciosi *sicut piscine* similes crystallo, sitæ *in Hessebon. quae sunt in porta filiae multitudinis. Nasus tuus* tanquam domus aurea, fæderis Arca et janua coeli bene fornicatus est *sicut turris Libani quae respicit contra Damascum.*

5. *Caput tuum* sicut stella matutina, salus infirmorum atque refugium peccatorum sic nobile erectum ac majestate plenum est, *ut Carmelus. Et etiam comae capitis tui* cum sint Consolatricis afflictorum, auxilium christianorum, ita illae mirabiliter sunt gratosae *sicut purpura regis vineta canalicibus.*

6. *Quam pulchra es et quam decora, charissima, in deliciis.* Purissima Sponsa mea!

7. Vita denique tua communis et ordinaria ac simul coelestis atque divina; vita tua in intima communicatione cum Deo Filioque tuo perfectissime

transacta, vita tua quæ velut Mater familias assidue, laboribus domesticis incumbens mulierem forte designat te; vita tua piissima certe invisens quotannis Templum Jerusalem; vita tua tunc, in mæstibus cum in placidis diebus in quibus perdidisti Jesum Filium tuum, illumque denuo in Templo invenisti; vita tua postremo Jesum imperabat, Jesu vero tua mandata persequens, ita te perfecti virtutibus ornavit, ut apud se statuerit te dignissimam Matrem suam coram gentibus proclamare; jam tandem, vita tua compellit me ut de te sermonem habens affirmare non dubitem: O Maria, Sponsa mea, *Statuta tua assimilata est palmae, et ubera tua botris pulcherrimis.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Debitum tibi, Domine Joseph, nostræ reddimus servitutis suppliciter exorantes, *ut suffragis tuis, sicut Sponsi Genitricis Filii tui Jesu Christi, in nobis tua munera tuearis. ¶ Ob venerandam festivitatem divini Josephi, omnes nos filii tui laudis hostias devotissime immolamus. Ut suffragis....

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Jesephum.

Colloquium septimum, circa, cap. septimum.

8. JOSEPH.—Quid vero site admitem gratia plebam et Dominum tecum habentem, benedictam inter mulieres, atque Deiparam dignissimam, et eo fine ut ego quoque inveniri possim gratia plenus, habens mecum Dominum, benedictus inter homines, dignissimusque Pater Jesu, et ut de facto dicam ex corde et anima, totis meis affectibus ac viribus, me imita-

torum te; et enixe operam daturum ut imago esse possim omnium privilegiorum et virtutum tuarum? Cum ita se res habeat merito, *dixi: ascendam in palmam et apprehendam fructus ejus* omne fidelitate et ab illo instante usque ad finem vitæ meæ, *erunt ubera tua divini amoris sicut botri vineae, et odor oris tui sicut malorum.*

9. *Gutter tuum sicut vinum optimum.*

MARIA.—Merito, o Joseph, dixisti me esse tibi sicut vinum electum ac præterea *dignum* tui dilecto meo *ad potandum*; quia enim si majori fidelitate in omnibus ago, si divina sunt eloquia mea, si illud solum cogito, quod est perfectissima Dei voluntas; tu quidem potabis vinum suavissimum vitæ meæ, ita ut ego exclamare possim: vinum meum optimum est *ad potandum labiisque et dentibus illius ad ruminandum.* Quam magnus est tu, o Joseph, Sponse mihi et affectus cordis tui quam pleni sunt Dei dilectione! quam mirabilia ac perfecta colloquia tua! et tua opera quantam heroicam redolentiam! Purior es tu virginibus ac confessoribus: fidelior martyribus; plus quam apostolis zelo plenus; penitentior æremitis; illustrior prophetis; tu etiam superas ipsos angelos in puritate, ac simul archangelis, thronis, dominationibus, potestatibus, virtutibus, seraphinis, cherubinis et principatibus, perfectissime et absolute antecellis, in omnibus virtutibus. Sic dicere ac, nemine discrepante, tu es sanctus atque perfectus, purus et immaculatus coram Deo et hominibus; sic enim es tu in hoc momento; sic in omnibus actibus ab exordio vitæ tuæ; sic tandem a primævo instante tuæ conceptionis. Si vero ita tu fuisti ab initio quid eris nunc? quid inquam eris hodie, cum

semper et in omni tempore vitae tuae, majori fidelitate semper et in omnibus operatus fuisses, sicuti decebat unico mortali destinato ut esset Pater Dei, dignissimusque Sponsus meus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias

R Joseph vir Mariæ cum esset justus, noluit eam traducere sacerdotibus Templi,*et per actum supremum veræ suæ humilitatis voluit occulte dimittere eam, magis quam apparere ante illos, ut verus Sponsus Genitricis Dei. ¶ Angelus Domini ei dixit: Accipe Mariam conjugem tuam, pariet Filium qui merito virginalis Filius tuus etiam sit, tu vocabis nomen ejus Jesum. Et per....

DIA 17 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX SACRA SCRIPTURA.—

Erat Pater ejus et Mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon et dixit ad Mariam Matrem ejus: Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum cui contradicetur, et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Puer autem crescebat et confortabatur plenus Sapientiæ et gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jerusalem in die solemne Paschæ. Ex Luca. Mirabantur in Verbis gratiæ quæ procedebant de ore ejus et dicebant; nonne hic est Joseph? Luc. Invenimus Jesum Filium Joseph à Nazareth. Joan....

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Si talis apparatus fit pro adventu terreni hominis,*Qualis apparatus omnis boni putamus fiebat pro adventu cœlestis regis. ¶ In cordibus Mariæ et Josephi. Qualis....

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium septimum, circa, cap. septimum.

10. MARIA.— Et prae oculis habitis tot tantisque virtutum divitiis in te comulatis, et quoniam propter illas tu es totus mihi, sit etiam ego sum tibi dilecto meo, Josepho, et ad me tali modo est conversio cordis ejus, ut sua pretiosa charismata absque mensura in me congesserit. Quantum vero ex me est ita tota ero tibi ut revera dicere possim:

11. Veni dilecte mi, Joseph; veni, quoniam privilegia omnia novena hierarchiarum angelicarum splendunt in te; veni, tu qui angelo superior es propter fidelissimam custodiam Christi Jesu Dei et Hominis, veri; veni tu plus quam Archangelus, quia Christi Regis Servator fuisti; veni excellentior enim es omnibus principatibus, quoniam et ipse Christus obediebat te; veni potentior potestatibus, quia dignitatem justitiæ incolumem servasti et per humilitatem tuam ad summam dignitatem Dei Parentis sublimari meruisti; veni, o tu virtutibus praecelex, quia enim fortitudine tua magnus superasti labores ac difficultates in famulatu Jesu et mei; veni iterum dicam, tu qui es magis dominatio quam ipsae dominationes, quia omnimode perfectissime et absolute passiones tuas sicut decebat Patri Dei compressisti; et etiam crudeles tyranos imo et daemonem ipsum frangere potuisti; veni denuo repetam majori enim

proprietate, quam ipsi Throni, tu Thronus vocari potes, quia in brachiis tuis requievit, Filius Dei; illum habuisti domi tuae et per multorum annorum spatium familiariter, versabaris cum illo; veni tu plus quam cherubim, quoniam meus custos fuisti; veni postremo dicam tu magis seraphicus quam ipsi seraphini, propter supremum et ignitum amorem erga Deum, qui in pectore tuo sine interruptione flagrabat; *veni ergo dilecte mihi, egrediamur in agrum commoremur in villis.*

12. *Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica, ibi libenter dabo tibi ardentissima ubera mea.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, Missus est Gabriel Angelus ad Virginem Josephum, desponsatum Mariam. ¶ Ait Maria ad Angelum de consensu Josephi: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum Verbum tuum; Unigenitus Patris caro factus est, et Spiritus Sanctus ambobus Sponsis Filium dedit. Missus....

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium septimum, circa, cap. septimum.

13. MARIA.—Veni ergo Sponse mi; veni, o tu omnibus fulgens privilegiis atque virtutibus cunctarum hierarchiarum angelicarum, et omnium ordinum Sanctorum; veni, Sponse mi, tu qui majore dignitate polles quam Patriarchae quia nomen meruisti dignissimi Parentis unius Filii, in quo omnes gene-

rationes benedicta sunt; veni, Sponse mi major enim es tu omnibus Prophetis quia perfectissime, arcana Scripturae intellexisti et antequam contingerent Jesu facta, optime cognovisti; veni, apostolorum superior, quoniam tua intima familiaritate et colloquiis tuis tum viros, tu feminas, ad veri Dei cognitionem duxisti; et tandem Joseph mi, qui similiter ac ego ipsa es tu in rei veritate Rex Prophetarum, Patriarcharum, Apostolorum, Doctorum, Confessorum, Martyrum, Virginum, Rex denique omnium Sanctorum; veni ergo Joseph, Sponse mi, et eamus; *mandragorae enim dederunt odorem, in portis nostris Jesum habemus Nostrum dilectissimum Filium qui omnia poma virtutum dabit nobis nova et vera id est, virtutes meas et virtutes Jesu cunctas dilecte mi servavi tibi.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Intravit Maria cum Josepho in domo Zachariæ et salutavit Elisabeth; intravit Joseph cum Maria in domo Elisabeth et salutavit Zachariæ. *Beata es tu, o Maria, quæ credidisti, perficientur in te quæ dicta sunt tibi a Domino. ¶ Et cum suo Sponso Josepho dixit Maria: "Magnificat anima mea, Dominum." Beata....

DIA 18 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX SACRA SCRIPTURA.—

Et cum factus esset annorum duodecim ascendentibus illis in Hierosolimam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, cum redi-

rent, remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt parentes ejus. Existimantibus illum esse in comitatu, venerunt iter diei, et requirebant eum inter cognatos et notos. Et non inveniētes, regressi sunt in Jerusalem requirentes eum. Et factum est post triūm invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos, et interrogantem eos. Stupebant autem omnes, super prudentia et responsi ejus. Et videntes admirati sunt. Et dixi Mater ejus ad illum: Fili quid fecisti nobis sic? ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: quid est quod me quærebatis? Nisciebatis quia in iis quæ Patris mei sunt oportet esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod loquutus est ad eos. Et descendit cum eis et venit Nazareth et erat subditus illis. Et Mater ejus, conferebat omnia verba hæc in corde suo. Et Jesus proficiebat sapientia et ætate, et gratia apud Deum et homines Ex Luca. . . .

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ex eo quod alii parentes Christi habent supremam et pene infinitam dignitatem *Jure merentur et peculiari ratione. ¶ Illos quidquid divinum per participationem appellari. Jure. . . .

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium octavum, circa cap. octavum.

JOSEPH.—Mihī notum est o Maria, dilectissima, Sponsa mea, mihī notum est horam postremam vitæ meae et mihī cariorem, jam pervenisse, opus enim est ut moriens ego naturæ debitum religiose

persolvam: Certum est igitur Nostrum Divinum Filium ut conceptum opera Spiritus Sancti de necessitate naturæ nequaquam moriturum, etiam utroque velot dignissimos Parentes Christi, similiter non morituros eramus, nihilominus tamen et tres moriemur. Tu morieris, dignissima Sponsa mea, postquam magistra fueris Sanctorum Apostolorum, quos cito vocabit noster Divinus Filius ut sint columnæ firmissimæ magni ædificiī Christianæ Religionis. Morietur Filius Noster Jesus in ligno Crucis ad redemptionem generis humani. Ego denique ut jam prædixi et vivis ablaturus sum et quam citius vadam in sinum Abrahamæ ut nostros sanctos progeneros consocios faciam de adventu Redemptoris per quatuor millia annorum magnopere desiderati.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Per Josephum et Mariam apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus filiis suis,*erudiens nos ut abnegantes impietatem et saecularia desideria sobrie et juste, et pie vivamus in hoc saeculo. ¶ Dominus dixit a me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Erudiens. . . .

LECTIO III.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium octavum, circa cap. octavum.

1. MARIA.—Utique, utique audio quod indicasti mihi, dilectissime Joseph, et cum mors tua pretiosa signum sit certissimum gloriosi exordii vitæ publicæ Filii nostri Jesu, et origo etiam magnorum remunerationum tuarum: hac de causa superabundans ego velut in mare immenso gaudio infinito non pos-

sum quin exclamem modo notabilior: *O quis mihi de te fratrem meum sugentem ubera Matris meae ut inveniam te foris, et deosculer te?* Hoc modo ego sine interruptione tecum essem *et jam me nemo despiciat* propter iteratam quamvis occultam exercitationem meae dilectionis erga te. Ut que, Sponse mi, ego video te perfectissimum; video sanctitatem tuam ad majorem heroicitatis gradum attigisse, et quoniam ego in fine curriculi mei, nihil aliud videbor nisi Jesus Christus consummatus, eodem modo ac in primo instante Conceptionis meae sine macula, ego eram ut Jesus Christus inceptus; non absimiliter et tu Joseph dilectissime Sponse mi, es cum omni veritate tanquam Pater ipsius Dei et quem consummatus prout in principio tuæ Conceptionis fuisti jam Pater Dei inceptus. Igitur non relinquam tempus vacuum demonstrandi tibi meum divinum amorem.

2. Idcirco ego *aprehendam te, et ducam in domum Matris meae, ibi me docebis* quem sis tu, et charismata tua ostendis mihi; *et ego dabo tibi poculum meum ex vino condito* perfectiois meae *et mustum ex aromatibus conflatum* purissimae virtutis; et quoque porrigam tibi mustum *malorum granatorum meorum*, eo quod mihi solum pertinet, tanquam vera Mater Dei.

3. Et dum hæc mutua soliloquia perdurent faciet, Sponsus meus, ut *Laeva ejus sit sub capite meo et dextera illius amplexabitur me*, et nostrum virginale conjugium consummabitur.

4. JOSEPH — *Adjuro vos, Filiae Jerusalem*, nempe futuræ conjuges mei divini Filii Jesu sicut clientes devotissimæ meae dilectæ Mariæ, iterum adjuro

vos ne suscitatis precibus vestris, neque evigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. Magna enim sunt perfectionis opera dilectioni meae consecranda a te, o Maria; quia magna nobis circunderint momenta partim amarissima, partim vero beatissima causa separationis nostræ. His enim perpensis, jam miror te mea Sponsa, ita puram, immaculatam, ac albedine perfulgentem, ut verissime sis tu sicut Jesus Christus consummatus et hac de causa dicere cogor.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Lux fulgebit hodie super nos, quia natus es nobis Dominus, cujus regni non erit finis. Pastores venerunt festinantes et invenerunt Mariam et Joseph, et Infantem positum in præsepio. Maria autem et Joseph conservabant omnia Verba Pastorum referentes in corde suo. Pastores....

DIA 19 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Quidquid tibi occurrit, ut recte faciendum; scias fuisse Deum tanquam bonorum omnium conditorem. —Auctoritati penitus ratio deferat, cum considerat cui credendum sit: et certissima est ipsius jam cognitæ atque perspicuæ veritatis auctoritas. —Quærendum ratione quid consentiat veritati, sine qua nec est, nec valet auctoritas. —Cum quisquis in Scripturis Sanctis id conatur sentire, quod in eis sensit ille qui scripsit, inquit mali est si hoc sentiat, quod tu, lux omnium veridicarum mensium, ostendis. —*Augustinus.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ad noscendum aliorum parentum Christi dignitatem*Procedendum nobis est. ¶ Attribuendo eis supereminetissime omnem perfectionem, et omnem imperfectionem excludendo. Procedendum....

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium octavum, circa, cap. octavum.

5. JOSEPH — *Quae est ista quae ascendit de deserto deliciis affluens inixa super dilectum suum?* Es tu, Maria, haec creatura, talibus privilegiis ornata es tu, quae in omni veritate dicere potes: Ego sum vera Dei Mater; et consequenter de te loquens Deus affirmare potest: ego *Sub arbore malo peccati suscitavi te*, in qua omne genus humanum prostratum jacebat. Locus fatalis quia *ibi corrupta est Heva mater tua* cum sua progenie *ibi etiam violata est natura humana genitrix sua.*

MARIA.—O, Filiae Jerusalem, futurae virgines, Sponsae Filii mei Jesu, clientes animae dilectissimi Joseph mei, adjuro vos ne suscitatis illum precibus vestris ut adhuc in hoc mundo vivere possit neque evigilare faciatis a mystico somno quo jam fruitur, jubeo enim ego ut centena millia angelorum assistant ei, et debitum honorem retribuunt illi, et quocum aliquantulum beneficia in me collata, illi persolvam; Deus Spiritus Sanctus qui relate ad me vidit semper in illo fidelissimum fratrem suum; Deus Pater qui in omnibus actibus suis, illum velut suum Vice gerentem reputavit in terris; et Deus Filius qui ut illum honoraret atque in coelum efferet, ap-

pellavit eum dignissimum Patrem suum; uno Verbo, tota Trinitas communicavit illi gradus heroicis altissimae virtutis et elatissimae contemplationis. Filiae Jerusalem, videte illum qui pervenit jam ad supremum gradum omnium perfectionum, propter quod affirmandum est illi: Ego sum Pater Dei, ideoque sub arbore malo culpae suscitatus sum in qua omne jacebat prostratum humanum genus locus fatalis ubi meus pater Adam corruptus est cum progenie sua, et ubi qui generabit me violatus est.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Postquam consummati sunt dies octo et circumdatus erit puer qui natus est nobis,*cujus imperium super humerum ejus. ¶ Et a Domino Josepho vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero. Cujus....

LECTIO III.

Ex comentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium octavum, circa, cap. octavum.

6. MARIA.—O Sponse mi Joseph, si per vocacionem tuam unicam atque divinam, es similis mihi; si hora praesens gloriosissimi exitus tui; si Jesus Filius meus est Filius tuus, assistit ad caput tuum, ut caeli benedictiones pluant super te, et gratis ac privilegiis ornatus sis, *pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum,* quia fortis est ut mors dilectio divina quam ego cupio communicare tibi, quia *dura sicut infernus est Dei honoris et gloriae fortissima aemulatio;* quia *lampades ejus sunt lampades ignis atque cor meum fax est flammaram.*

7. *Aquae multae* mearum tribulationum sine interruptione sibi succedentium *non potuerunt cingere charitatem; nec flumina cunctarum pœnarum obruent illam.* et hæc charitas quam ego communico tibi modo abundantiore, absoluto atque perfectione, ita præstans et altior, et sublimate perfectionis est *ut si dederit homo omnem substantiam suam ad assequendam eam, et divitias domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam;* sed, Sponse mi Joseph, iterum tibi dicam et confidenter jam ex nunc quoniam cito exiturus es de hoc mundo; et magis adhuc cum in throno sedes gloriæ tuæ, qui nimo cum post decem et novem sæcula et accedente temporum plenitudine tu notior in toto orbe terrarum esse incipies. Vide quæ o clientes tuos qui adhuc in mundo degunt; vide iterum illos dilecturos te esse fervoribus incomparabilibus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ecce Magi ab Oriente venerunt, et intrantes domum invenerunt Josephum et Puerum cum Maria Matre ejus, et proidentes adoraverunt eum. ⁊ Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum ut Deo, thus sicut sacerdoti et myrrham tamquam homini. Et proidentes....

DIA 20 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Ibi secure quisquis in suo sensu abundat, ubi vel cer'æ rationi, vel manifestæ auctoritati non obviat quod sentitur.—Memento magni quoddam

illius patriarchæ venditi in Ægypto.—Et scito Joseph non solum vocabulum fuisse sortitum, sed et castimoniam adeptum, et innocentiam assecutum et gratiam.—Dominus suæ Matris solatiumque, suæ carnis nutricium, solum denique Joseph in terris, magni concilii coadjutorem sibi fidelissimum elegit.—*Bernardus.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Si sincero corde a'mos parentes Christi contemplari moliris, Ita revera procede. ⁊ Quidquid perfectionis in universis hominibus et angelis esse agnoveris, eis superexcellenter plenissime adscribe. Ita....

LECTIO II.

Ex commentariis Cantici Canticorum inter Virginem Mariam et Virginem Josephum.

Colloquium octavum, circa, cap. octavum.

8. Harum animarum unaquæque, jam *soror nostra* est propter baptismum *parva et adhuc* vocationis *ubera non habet.* Eja ergo, Sponse mi, *quid faciemus sorori nostrae in die quando alloquenda est super beatissimum statum ad quem vocaris illam?* Eja omnium illarum clemens esto, de mundo selectæ sunt tanquam filia mæ, fac, tibi rogo, ut sint etiam filiae tuæ. Eja, Sponse mi, si tu eas elegeris ut gloriosum tuum Institutum efformare possint, quod Filiorum, filiarumque nostrorum, id est, Mariæ Domini Josephi, appellaturum est.

9. Et si tu illas elegeris, sicut deprecor tibi, tunc unaquæque illarum *si murus est, aedificemus super eum propugnacula argentea; si ostium autem est conpingamus illud tabulis cedrinis,*

Piissimæ

10. *Ego enim murus fortissimus et ubera mea sicut turris ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Illas recipe quaeso, sub protectione tua ut cor unarumquarumque sit tanquam hortus amaenissimus omnium virtutum. Praeterea illae erunt tanquam vineae consitae in terrenis hujus mundi; congestae autem deliciosis pomis.*

11. *Fructus vero et vinea haec fuit pacifico Josepho in ea quae, habet populos, quia in omnibus se gessit tanquam directorem revera fundatorem supremum sui gloriosi Instituti. Quare omnes, nempe ejus alumni, pertinent illi, et ut nemo dubitet unamquamque animarum quibus nostrum Josephinum Institutum coalescit ab illo specialiter electam esse ipse tradidit eam custodibus et vir meus Joseph, assert pro fructu virtutis ejus mille argenteos.*

12. *Ego omnino grata dico tibi in remuneratio- ne. Vineae mea coram me est mille tui pacifici et opera ejus tua sunt, ducenti vero his qui custodiunt fructus ejus.*

13. *O tu quae habitas in hortis et dominus es horti mei; tu et simul amici tui qui vocem meam auscultant, fac me audire vocem tuam, in loco quietis tuae.*

14. *Ibi semper sequar te, dilecte Sponse mi, et sine intermissione cantabo tibi canticum novum. Fuge dilecte mi et assimilare capreae, hinnuloque cervorum super montes aromatum, ut in aeternum audias vocem meam et ego sequar te quocumque ieres dilectione potentissima, infinita, immensa et duratura usque in aeternum.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Domine Joseph, refugium nostrum et virtus filios tuos ad te clamantes propitius respice* quas pro conversione omnium nostrorum, et pro exaltatione nostri Sancti Instituti preces effundimus, misericors et benignus exaudi. V. Laudate Joseph omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quas.....

LECTIO III.

UTRUM DIVUS JOSEPH AB ORIGINALI MACULA
PRÆSERVATUS FUERIT.

1. Huic articulo initium dabimus interrogantes, an privilegium Conceptionis Immaculatae Sanctissimae Virginis Mariae, et Divo Josepho concedere potuerit, qui ante saecula Aeternum Patrem vocatus est, ut esse ejus in terris substitutus ac Vicegerens; quem Verbum Divinum inter omnes ut Patrem elegit, et quem ipse Spiritus Sanctus destinavit, ut esset verus Sponsus Mariae, simul esset custos fidelissimus virginalis ejus puritatis?

Haec idea, pulcherrima certe Sancti Bernardini de Bustos, admirabilis recordatio fuit privilegiatae conceptionis Domini nostri Sancti Josephi, cum ille diceret: "Utrum autem Joseph ab originali macula praeservatus fuerit, ipse Deus novit, qui talem sibi in Patrem putativum et gubernatorem humanitatis suae et dilectissimae Sponsae ac Matris suae Purissimae conjugem super omnes mundi homines elegit."

Veritas catholicae fidei, hominem non esse in actualitate sicut de manu Auctoris ejus egressus est; Deus enim fecit hominem absque peccato, imo vero absque fomite peccati, qui etiam ad flagitium

in certis quibusdam adjunctis incitat nos; veritas etiam est catholicae fidei, mulierem non esse hodie sicut Heva Mater ejus in statu innocentiae, quia et ista velut formata e latere Adami innocentis, sine peccato similiter inveniebatur, sine concupiscentia quoque, quae ad illud allicit. Uterque hac de causa, vitam agebat in glorioso innocentiae statu, ita ut nudi erant ambo, et non erubescabant; quoniam oculi ejus cooperti erant velamine justitiae originalis; uno verbo, veritas est ad catholicam fidem pertinens, quod omne genus humanum ex Adamo et Heva originem duxit, et consequenter hominem peccatorem nasci, tanquam descendentem a suis protoparentibus praevaricatoribus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Potentissime Sancte Joseph, defende nos in praelio,* contra nequitiam et insidias diaboli esto praesidium, atque impera illi ne roceat nobis. V Tu potentissime Joseph, Satanam aliosque spiritus malignos, qui ad perditionem animarum filiorum tuorum pervagantur in domibus nostri Istituti, divina virtute in infernum detrude. Contra....

DIA 21 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Joseph, filius David, non tantum carne, sed fide, sed sanctitate, sed devotiene, quem tanquam alterum David, Dominus invenit secundum cor suum, cui tuto committeret secretissimum atque sui cordis arcanum. *Ber.* Joseph inquit vir ejus cum esset

justus; justum pie in omni virtute dicit esse perfectum. Joseph adhuc sub lege vivens supra legem philosophabatur.—*Chrysostomus.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quid est noster divinus Joseph in coelo et in terra? Fateor si linguis angelorum et hominum loquar. V Hoc tamen fieri non possem, quia major omni laude certissime est.—Fateor.

LECTIO II.

MARIA ET JESUS SUNT ABSQUE PECCATO ORIGINALI.

Hujus vero regulæ generalis exceptionem facere debemus, amplectentem in primis, Christum Dominum Nostrum qui quamvis esset verus Homo, tamen ut de Spiritu Sancto conceptus, imo vero hypostatice cum Deo unitus, hanc originis maculam habere non potuit, quam Ipse de coelo descendens sua Vita, Passione et Morte ab hominibus delendam decrevit.

Excipere etiam debemus de hac generali regula Virginem Mariam, quia enim cum Verbum Divinum sua carne in tempore induisset virginali, et ille apparuit nobis tanquam Verbum Incarnatum indignum erat Sanctitati Divinae carnem induere quae per aliud, quantumvis minimum temporis spatium, peccato contaminata fuisset. Hæc vero propositio jam ab origine Ecclesiae pietate redolens in honorem Beatissimæ Virginis Mariae desponsatae Josepho in diebus nostris veritas catholica est, quia doctrina quae docet Sanctissimam Virginem Mariam absque originali macula conceptam fuisse, a suo primo instante, tanquam dogma fidei definita fuit a Pontifice Maximo Pio IX.

in certis quibusdam adjunctis incitat nos; veritas etiam est catholicae fidei, mulierem non esse hodie sicut Heva Mater ejus in statu innocentiae, quia et ista velut formata e latere Adami innocentis, sine peccato similiter inveniebatur, sine concupiscentia quoque, quae ad illud allicit. Uterque hac de causa, vitam agebat in glorioso innocentiae statu, ita ut nudi erant ambo, et non erubescabant; quoniam oculi ejus cooperti erant velamine justitiae originalis; uno verbo, veritas est ad catholicam fidem pertinens, quod omne genus humanum ex Adamo et Heva originem duxit, et consequenter hominem peccatorem nasci, tanquam descendentem a suis protoparentibus praevaricatoribus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Potentissime Sancte Joseph, defende nos in praelio,* contra nequitiam et insidias diaboli esto praesidium, atque impera illi ne roceat nobis. V Tu potentissime Joseph, Satanam aliosque spiritus malignos, qui ad perditionem animarum filiorum tuorum pervagantur in domibus nostri Istituti, divina virtute in infernum detrude. Contra....

DIA 21 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Joseph, filius David, non tantum carne, sed fide, sed sanctitate, sed devotiene, quem tanquam alterum David, Dominus invenit secundum cor suum, cui tuto committeret secretissimum atque sui cordis arcanum. *Ber.* Joseph inquit vir ejus cum esset

justus; justum pie in omni virtute dicit esse perfectum. Joseph adhuc sub lege vivens supra legem philosophabatur.—*Chrysostomus.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quid est noster divinus Joseph in coelo et in terra? Fateor si linguis angelorum et hominum loquar. V Hoc tamen fieri non possem, quia major omni laude certissime est.—Fateor.

LECTIO II.

MARIA ET JESUS SUNT ABSQUE PECCATO ORIGINALI.

Hujus vero regulæ generalis exceptionem facere debemus, amplectentem in primis, Christum Dominum Nostrum qui quamvis esset verus Homo, tamen ut de Spiritu Sancto conceptus, imo vero hypostatice cum Deo unitus, hanc originis maculam habere non potuit, quam Ipse de coelo descendens sua Vita, Passione et Morte ab hominibus delendam decrevit.

Excipere etiam debemus de hac generali regula Virginem Mariam, quia enim cum Verbum Divinum sua carne in tempore induisset virginali, et ille apparuit nobis tanquam Verbum Incarnatum indignum erat Sanctitati Divinae carnem induere quae per aliquod, quantumvis minimum temporis spatium, peccato contaminata fuisset. Hæc vero propositio jam ab origine Ecclesiae pietate redolens in honorem Beatissimæ Virginis Mariae desponsatae Josepho in diebus nostris veritas catholica est, quia doctrina quae docet Sanctissimam Virginem Mariam absque originali macula conceptam fuisse, a suo primo instante, tanquam dogma fidei definita fuit a Pontifice Maximo Pio IX.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ait Angelus ad Joseph: Surge et accipe Puerum et Matrem ejus et fuge in Ægyptum,*et esto ibi usque dum dicam tibi. V Vocavi Filium meum ex Ægypto, ut cum Salus Israel veniat, oriatur et etiam in toto orbe terrarum, et per eam omnes homines salvi fiant. Et esto....

LECTIO III.

VIDETUR JOSEPH IMMACULATUM, QUIA EST DE SACRA FAMILIA.

Nunc ergo interrogandum venit, utrum exceptio hæc regulæ generalis simili modo concedi potuit, Sancto Domino Josepho? Utrum, melius dicam, gaudio audire poterunt catholici fideles ac ineffabili lætitia pleni, quod Dominus Sanctus Joseph, etiam sine macula originali conceptus fuit, habens in hoc similitudinem cum sua virginali conjuge Maria? Nobis videtur hoc affirmari posse in multis rationibus fundamentum habentibus, ex quibus primam tantum nunc seligimus affirmantem tamen modo specialissimo non esse intentionem nostram aliquid afferre adversus fidem catholicæ Ecclesiæ, et præcipue illud adversus quod in Sancta Tridentina Synodo statutum est. Ecce ergo rationes de quibus locuti sumus:

1^a Quamvis Sancta Tridentina Synodus de omnibus hominibus loquatur in genere assumptis, et quamvis nullus eorum in suo numero non comprehendatur; videtur autem illam infallibilem Veritatem seligere voluisse inter omnes Sanctum Dominum Josephum, qui cum de facto ab omnibus hominibus

segregatus esset una cum Jesu et Maria unicam hyerarchiam efformat, et tres simul sumpti id est Joseph, Maria et Jesus, Sacram Familiam constituunt. Igitur cum sit Jesus essentialiter impeccabilis, et Maria etiam per gratiam et privilegium, videtur quod Deus concedere debuit ac virginali Patri suo et dignissimo Mariæ Sponso, similem gratiam impeccabilitatis, et præcipue, gratiam pretio carentem ut immaculatus fuerit a conceptione sua.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Invenientes Joseph et Maria Jesum in templo Domini, ait Maria ad illum.*Fili quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus Joseph et ego dolentes quaerebamus te. V Quid est quod me quaerebatis? In his quæ Patris mei sunt oportet me esse? Fili....

DIA 22 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Tanto verius et sanctius conjugium est, quod in solo charitatis vinculo, et non in concupiscentia carnis faederatum est.—*Hugo.*—Maria sciebat Josephum à Spiritu Sancto in Sponsum datum esse.—*Ber.*—Mariam Deus Josepho copulat, non parentes.—*Chryst.*—Joseph per dispensationem omni sermone præstantiorem despondit Mariam.—*Joan Dam.*—Singulari Dei providentia matrimonium Virginis cum Josepho factum est.—*Epif.*—Divinitus incidit concilium, ut sacerdotes darent Mariam cuidam viro, Josepho nomine, desponsatione.—*Greg. Nic.*—Neque enim Mater Domini Jesu, nisi ad possessorem

gratiae demigraret.—*Amb.*—Necessario desponsata est Maria Josepho.—*Ber.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias

R Quanta humilitas in nostro divino Josepho,* Cui cum sua Sponsa Maria ꝛ Deus subdi disposuit, omnique suae creaturae preferre in aeternum decrevit. Cui....

LECTIO II.

SI MARIA EST SINE LABE CONCEPTA, ERGO ET JOSEPH.

2^a Sancta Tridentina Synodus videtur nobis aperuisse viam, ut Divo Josepho gratiam concederemus suae Conceptionis immaculatae; quoniam postquam sancivit omnes homines peccavisse in Adamo, segregat statim de multitudine innumerabili Sanctissimam Virginem Mariam, tanquam Matrem Jesu; et sicut eadem Virgo in variis locis librorum sanctorum praesentat nobis Dominum Josephum tanquam Jesu Patrem; sic mentem fuisse videtur Concilii Tridentini, divum Josephum eodem modo honorandum; videtur ergo etiam et nos absque dubio similem gratiam illi concedere posse.

3^a Ad ea quae dicta sunt possumus etiam addere quod sicut in Dei comparatione nihil bonum est; similiter in comparatione Mariae et Josephi Parentes Jesu nulla est creatura quae perfecta vocari possit; uterque enim efformant exemplar omnium virtutum, quod genus humanum imitari debet; si nos autem Josepho non concedimus privilegium conceptionis immaculatae, tunc dicere obstringeremur; quod nostri protoparentes Adam et Heva in aliquo tempore, fuere praestantiores Domino nostro Josepho, sicut

etiam digniores accipiendi honorem, gratiam, benedictionem ac laudes cunctorum hominum; ita ergo et tali gradu decuit Divinum Josephum immaculatum esse a conceptione sua.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Potentissime Joseph, tu qui es refugium nostrum et virtus, adesto piis filiorum tuorum praecibus *et praesta ut quod in praesentibus necessitatibus humiliter petimus, efficaciter consequamur. ꝛ Laudate Joseph omnes gentes, laudate eum omnes populi; quoniam confirmata est super nos misericordia ejus. Et praesta....

LECTIO III.

SI JESUS EST SANCTISSIMUS, SIC PARENTES EJUS.

4^a Notabimus praeterea, per eandem doctrinam concludi posse, dicentes: sicut Jesus Christus Dominus Noster, essentialiter est Deus Sanctissimus, et oportuit ut divina ejus Mater Beatissima Virgo Maria tanta puritate niteret quae sub Deo major inveniri nequeat sic etiam decuit ut Joseph talibus privilegiis ornatus appareret, ut suae divinae conjugii de qua natus est Jesus simillimus esset, ideoque purissimus vocari posset si in conceptione sua maculatus fuisset? Declarabimus tandem quod nos cupimus cogitare, dicere et operare juxta sanctiones ac decreta Sanctae Catholicae Ecclesiae et absque eo quod hanc doctrinam improbemus aut approbemus, hunc articulum finiemus, iterum dicentes cum Sancto Bernardino de Busto: Utrum autem Joseph ab originali macula praeservatus fuerit ipse Deus novit, qui talem sibi Patrem putativum et gubernatorem

humanitatis suæ Purissimæ conjugem super omnes mundi homines elegit.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Si bona suscepimus de manu Patris nostri Josephi, mala autem quare non sustineamus? Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Sancti Josephi benedictum. V Nudi egressi sumus de utero Matris nostræ et nudi revertemur in terram.—Dominus....

DIA 23 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Joseph virum Maria de qua natus est Jesus.

Maria sibi parem fuit in dolore Josephum.—*Hier.*

—Faciamus Mariæ adjutorium simile sibi; et ad hoc munus aptissimus inventus est Joseph.—*Greg.*

Nic.—Maria paradisi deliciarum, paradisi voluptatis, genitrix virtutum donata fuit in Sponsa Josepho.—*Ephr.*

—Margarita pretiosa orbis terrarum inventa a Josepho, abiit, et vendidit omnia quæ habuit et emit eam. Gaude itaque Joseph, nimiumque congaude virginitate Mariæ qui solus meruisti virginalem affectum possidere conjugii.—*Aug.*

—Sacerdotum consilio Joseph puellam Sponsam accepit.—*Greg. Nic.*

—In dispensationem puella Joseph a sacerdotibus traditur.—*Joan. Dom.*

—Maria manibus sacerdotum Josepho ad custodiam est tradita.—*Epiph.*

—Joseph magnus inter viros moribus fidelis, ac specie ipsa religiosus.—*Epiph.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Deo gratias.

R Felix noster divinus Joseph cujus Deus se tam familiarem exhibuit, *Cujus gremio sedit, quam toties amplexatus, osculatusque est. V In cujus ulnis tam ubertim quievit. Cujus....

LECTIO II.

UTRUM JOSEPH SINE MACULA FUERIT CONCEPTUS.

Tanquam veri filii catholice Ecclesie et cum submissa manifestatione plenæ obedientiæ erga Sanctam Romanam Sedem, iterum cum Sancto Bernardino de Bustos nobis repetere fas est, in principio hujus secundi articuli super conceptioni Josephi; id est, quod Deus scit an revera illi præclarissimo viro concesserit gratiam ut esset, concepti sine originali peccato; quoniam elegit illum ad altissimam dignitatem et ut inter homines et etiam angelos majorem possideret sanctitatem. "Utrum autem Joseph originali macula præservatus fuerit, ipse Deus novit; qui talem sibi in Patrem putativum et gubernatorem humanitatis suæ et dilectissimæ Sponsæ ac Matris suæ Purissimæ conjugem super omnes mundi homines elegit."

Ex parte nostra, cupimus hanc inserere pulcherrimam gemmam in corona Sanctissimi Josephi, si in manu nostra esset; idcirco Sanctæ Romanæ Ecclesie solemnem declarationem melius spectamus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Paucitas dierum meorum finietur brevi, dimitte me Domine Joseph ut plangam paululum dolorem meum, *Antequam vadam ad terram tenebrarum et opertam mortis caligine. V Manus tuæ, Domine Joseph, fecerunt me filium tuum per admi-

rabilem vocationem, et ego peto tibi ullo modo praecipites me in mortem. Antequam....

LECTIO III.

EX MARIA IMMACULATA CONCLUDITUR DIVUM JOSEPHUM IMMACULATUM ESSE.

1^a Cum hanc gratiam Divo Josepho concederemus, non solum illum sanctificatum fuisse in utero Matris ejus; non solum immunem fuisse, antequam nasceretur a peccato originali; sed quod majus est, illum de fatali lapsu a Domino praeservatum fuisse, modo Sanctissimae Virgini similiore; et sicut in nostris temporibus Ecclesia definivit per immortalem Pontificem Pium IX, Mariam sine originali macula conceptam fuisse a primo instante conceptionis suae; ita similiter videtur tempus pervenisse scrutandi qua ratione Divus Joseph conceptus fuit, an etiam talem gratiam illi concedere oporteat.

Dubitare non possumus magnam existere similitudinem inter Dominum Josephum et Virginem Mariam, sicut existit etiam inter Mariam et Jesum; nunc ex dictis collige: si propter Jesu impeccabilitatem essentialem, per gratiam ac privilegium conclusa impeccabilitas Mariae, et per Conceptionem Purissimam Jesu de Spiritu Sancto, in utero Mariae, huic ipsi concessum est privilegium suae Conceptionis Immaculae; eodem modo similem gratiam nobis videtur concedi potuisse Sancto Domino Josepho eo quod ille sit virginalis Sponsus Mariae.

Si hoc vero ita non est, videtur Spiritum Sanctum in sanctiore ac perfectiore suorum operum post Mariam quod proculdubio Divus Josephus est, omnem perfectionem quam nos illi concedere pote-

ramus, illum concedere non potuisse aut noluisse.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Non abscondas a me, Potentissime Joseph, faciem tuam, manum indignationis tuae longe fac a me. *Memento mei, Domine Joseph, quoniam ventus est vita mea. V Corripe me, bone Joseph, in bonitate et misericordia tua, non in furore tuo ne forte ad nihilum redigas me. Memento....

DIA 24 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Joseph, virum Mariae, hoc est, prorsus ineffabile et nihil praeterea dici potest.—*Joan. Dam.*—Una fides et unus spiritus erat in eis.—*Amb.*—Habes ergo Joseph cum Maria conjuge commune virginitatem membrorum.—*Aug.*—In Josepho apparuit non parva divinitas.—*Aug.*—Jacob genuit Joseph virum Mariae.... invenimus Justum Filium a Nazareth Joseph.... multis rationibus veritatem fratri adstrui... non caso reperit, sed multo quaesitum studio invenit.—*Cir. Alej.*—Beata Virgo tradita est Josepho, quo illam sortis necessitas adduxerat.—*Epif.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nescio revera quid dicam de incomparabili Sanctissimi Josephi dignitate. *Ea potissimum ratione, qua verus Virginis Sponsus et Pater Jesu V Et utrisque Joseph extitit superior Ea....

LECTIO II.

PROPTER JESU ET MARIE HONOREM CONCEPTIO
IMMACULATA DIVI JOSEPHI DECLARATUR.

Ex alia parte, num pœnam concipere possumus et afflictionem Sanctissimæ Virginis Mariæ, videntis, hoc supposito, suum Sponsum Dominum Josephum in peccato conceptum, subjectum fuisse Satanae saltem in tempore suae conceptionis? Maria inquam Purissima semper, et Joseph puritatem non semper habens? Maria immaculata, Joseph vero secundum caeteros homines maculatus? Maria sicut candida flos quae est in Jericho, et Joseph velut turpis spina peccati? Maria majore pulchritudine insignita, Joseph e contra turpitudine redolens? Maria trahens post se omnes homines odore suavissimo puritatis suae, Joseph culpae originis longe repellens eos? uno verbo, Maria exempta ab originali macula, Joseph autem eadem macula contaminatus? Quod ad nos spectat, cum pio Gersone melius dicemus: sicut decuit ut Maria tanta puritate niteret quae, ut ait D. Anselmus, sub Deo major nequit intelligi; ita decuit ut Joseph talibus esset privilegiis ornatus, ut similitudinem illam exprimerent et convenientiam talis Sponsi, ad talem Sponsam, de qua natus est Jesus. Idcirco et nos adjicimus, oportuisse etiam Josephum absque originis labe concipi, quamvis inferiori modo divinae Mariæ, eo fine ut tantam puritatem illi tribuere possimus.

Insuper et prosequi poteramus dicentes: quod sicut Sanctissimam Virginem benedicere, ac laudare, idem est ac Jesum Christum benedicere et laudare, ille enim est Filius ejus; sic de benedictionibus et

laudibus Josepho concessis, magnus resultat honor Jesu et Mariæ; et sicut dedecus Filii est Pater sine honore, similiter dedecus Sponsae esset Sponsus sine honore derelictus. Quae cum ita sint, num admittere possumus Dominum Josephum involutum fuisse in immunditia et fetore peccati originalis, et hoc factum fuisse ex mandato Filii ejus Domini nostri Jesu Christi, et cum permissione divinae ejus Sponsae Immaculatae, ac semper Virginis Mariæ? Ergo per honorem Jesu et Mariæ, videtur nobis revera concessum fuisse Domino Josepho sine macula esse conceptum ab origine sua.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Maria cum mulieribus venit in locum qui dicitur Calvariae, ubi milites crucifixerunt Jesum.* Maria stabat juxta crucem Filii ejus. ¶ Et Beatam Josephi animam omnibus diebus vitae suae, contemplantem Filium suum dilectissimum ab impiis captum, in cruce positum et sepultum doloris gladius pertransivit. Maria....

LECTIO III.

CONCEPTIO JOSEPHI EST CONCEPTIO MARIE
RELATIVA TANTUM.

Cum vero nos praesentemus Dominum Josephum sic honoratum per suam divinam conjugem atque per suum Divinum Filium ex hoc non sequitur, quod nos illum facere velimus, idem ac Maria; sed agitur tantum auferendi ab illo turpitudinem peccati originalis; nos relinquentes adhuc Josephum inter et Mariam aliquam differentiam similem ad eam, quae existit Jesum inter et Mariam, quod juxta

sententiam nostram sequentibus verbis exprimere possemus: Fuit Sanctissima Virgo sine labe originali concepta, et etiam Dominus Joseph; anima Be- atissimæ Virginis ab initio tota pulchra fuit, et anima Sanctissimi Josephi ab initio quoque tota pulchra fuit; Maria totis gratiis ornata est quæ sa- cratissimæ Humanitati Jesu Christi de t'inatae non erant; Joseph vero omnibus etiam gratiis adauctus est quæ Virgini praesignatae non erant: Et sic per Providentiam Dei statutum habebimus, quod tales gratiæ, benedictiones, et excellentiæ Jesu, Mariæ et Joseph, ita unicusque communicatae sunt ut in virtute illarum; Jesus est verus Deus, Maria Mater Dei, Joseph denique dignissimus virginalis Pater ejus, et Sponsus divinæ Matris suæ. Nunc vero quomodo poterat Divus Joseph dignissimus esse Pater Jesu et purissimus Sponsus Mariæ, si peccato originali maculatus fuisset?

Quæne quod asseruimus, prætera, confirmari potest hoc modo: Maria et Joseph ab æternitate electi fue- runt, ut a'mi essent Parentes Christi, ergo Deus illos ornare debuit talibus gratiis, ut ad vocationem suam in quantum possent idonei essent: ergo quamvis Sanctissima Virgo in statui divini Josephi; iste ta- men habere non debuit absolutam disparitatem cum sua Virgine conjuge, quæ disparitas de facto exis- teret, et maxima certe, si Maria Virgino sine macu- la concepta fuisset, Joseph vero sicut cæ'eri homi- nes hac immunda labe fuisset contaminatus. Ergo Conceptio Josephi, est conceptio immaculata; et ad- huc conceptio Mariæ, ut relative tantum.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias

R. Quæ tibi amaritudo fuit, ó Joseph Pater do- lorum, dum Filium tuum Jesum in meditatione con- siderabas sindone involutum, et positum in monu- mento.*Considerate et videte si est dolor tamquam dolor suus. ¶ In toto corde tuo genitus Matris tuæ Mariæ ne obliviscaris, ut perficiatur in te propitia- tio et benedictio Considerate.

DIA 25 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Ipsa quipæ Virginitas fructus est nuptiarum.—
Hier.—Florida desponsatio Josephi cum Maria—
Hier.—Tu, Helvidius, dicis Mariam Virginem non permansisse; ego mihi plus vindico, etiam ipsum Jo- seph Virginem fuisse per Mariam, ut ex virginali conjugio Virgo filius nasceretur.—*Hier.*—Annis om- nibus ibat in Jerusalem, solempni die Paschæ et ibat cum Joseph.—*Amb.*—Una generis amplitudo propin- quitas cum Deo, quæ non casu cuiquam continget, quemadmodum mundana claritudo generis habe- bat Joseph in parentes suos.—*Greg. M.*—Habitabit Juvenis cum Virgine et hunc locum Isaïæ de Sanc- to Josepho cum Maria interpretatur.—*Theoph.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Magna et incomprehensibilia dona consecutum fuisse nostrum divinum Josephum*Ex conjugio pla- ne divino cum B. V. Maria contracto. ¶ Quia per eum Verus et Virginalis Pater Christi revera futu- rus erat. Ex.....

Piissimæ

LECTIO II.

UTRUM JOSEPH AB ORIGINALI MACULA
PRÆSERVATUS FUERIT, IPSE DEUS NOVIT.

Maria et Joseph ab æterno electi sunt ut almi essent Obristi Parentes; ergo si maternitas divina in Virgine prærequirebat illam immaculatam fuisse ab origine sua; sic et divina paternitas prærequirit in nostro Domino Josepho similem gratiam, eo vel magis quod in exceptione facta a Concilio Tridentino in favorem Mariæ Matris Dei, nobis quodammodo facultatem dedit ut eandem in favore Divi Josephi exemptionem faciamus; asserentes forsitan ad hunc finem Sanctissimam Virginem dixisse pro suo castissimo conjugè: *Ecce Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te.* Summatim, juxta sententiam nostram (salvo tamen supremo Ecclesiæ judicio.) Propositio affirmans quod Conceptio Immaculata Sanctissimi Josephi non repugnat divinæ Potestati, adeo nobis credenda putamus; ut nullus textus librorum Sanctorum illi adversetur; quicquid ipsa Sacra Scriptura videtur nos compellere ad illam ad-truendam; et etiam nullæ Sanctæ Ecclesiæ definitioni nullæ denique rectæ et evidenti rationi illa opponitur; sed e contra ostendere possumus illam, esse absolute conformem pietati et bonitati Dei, decori Jesu Christi, desiderio tandem Sanctissimæ Mariæ, erga Josephum suum Sponsum dilectissimum: h'is positis, iterum, iterumque cum Sancto Bernardino de Bustos dicemus:

«Utrum autem Joseph ab originali macula præservatus fuerit ipse Deus novit, qui talem sibi in Patrem putativum et gubernatorem humanitatis

suae, et dilectissimæ Sponsæ ac Matris suæ Purissimæ conjugem super omnes mundi homines elegit.»

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Peccantem me quotidie, et non me paenitentem, timor mortis conturbat me. *Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei, Domine Joseph, et salva Filium tuum. † Sana, dulcissime Joseph, animam meam, quia peccavit contra Deum. Quia....

LECTIO III.

QUOMODO SANCTA ROMANA ECCLESIA

CONCEPTIONEM DIVI JOSEPHI REVERA ADMITTIT.

Conceptio Immaculata quæ, ut nobis videtur Sanctissimo Josepho concedi potest, non est in Ecclesia aliqua novitas recenter introducta, nec multo minus est quædam doctrina ab illa reprobata; sed e contra quodammodo dicere possumus: doctrinam quæ Josephum sejungit de cæteris mortalibus ut illum Mariæ jungatur, in receptione gratiæ immaculatæ a primo instante Conceptionis suæ, esse cum omni veritate ipsius Ecclesiæ doctrinam si rem sub quodam respectu consideramus.

Et requidem vera: Quid enim facit Ecclesia antequam canonizare possit aliquem servum Dei? Unum ante omnia: examini subjicit scripta ejus quæ sint, traduntur hæc in primis hominibus in scientia ecclesiastica versatissimis, theologis etiam ita in facultate sua consummatis, ut si contingeret quod summa theologica Divi Thomæ perderetur, illi denuo illam rescribere possent; dantur quoque profundissimis Scripturariis qui ab initio Geneseos usque ad finem

Apocalipseos optime noscunt; et etiam canonistis peritissimis in questionibus difficillimis; historiae denique tractatoribus qui ecclesiasticorum factorum optime notitiam callent; traduntur hominibus ut tandem dicant a Spiritu Sancto inspiratis, eos errare non possunt in suis definitionibus humane loquendo.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Domine Joseph, secundum actum meum, noli me judicare; nihil dignum in conspectu tuo egi, *ideo deprecor Patrocinium tuum, ut tu deleas iniquitatem meam. V. Amplius lava me, bone Joseph, ab iniquitate mea et a delicto meo munda me. Ideo...

DIA 26 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Sed potius discerent fidelia conjugia, multa familiarius se adhaerere membris Christi, quanto potuissent imitari parentes Christi. — *Aug.* — Ut generationis ordo haberet locum, Joseph Pater appellatus est Domini — *Orig.* — Quia majorem Joseph videbat aetate, propterea cum parentis nomine honorare Jesus voluit. — *Orig.* — Materna propinquitas juxta Augustinum, nihil Mariae profecisset, nisi felicitus Christum corde, quam carne gestasset; ac de hoc felicitate plenissime gustabatur noster divinus Joseph. Ex catena aurea. PP — Et si nihil habeat Joseph in hac generatione commune, tamen quod est proprium Patris, quodque nihil infuscat Virginis dignitatem hoc illi facili concedo. — *Chrys.* — Joseph loco Patris assumebatur. — *Joan Dam.* — Joseph quam consti-

tuit Dominus suae Matris solatium, suae carnis nutritium. — *Ber.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Joseph testimonio creditur tanquam divinae Scripturae, *Quia propter conjugium cum beata Virgine fuit revera V. Christi ex Virgine nati unicus testis, et hoc munera omnibus superavit. Quia....

LECTIO II.

SI ROMANA ECCLESIA APPROBAT ESSE IMMACULATAM CONCEPTIONEM DOMINI SANCTI JOSEPHI, ITA ET NOS.

Nunc autem cum in homines doctissimi examini subjicerent scripta omnia illius, quem hodie Sanctum Bernardinum de Busto vocamus, viderunt quod iste non damnaverit cujusdam Auctoris propositionem affirmantem Divum Josephum sine originali peccato conceptum fuisse; viderunt etiam quod in rei veritate dici potest illam propositionem, quoddammodo approbavisse, idem Sanctus Bernardinus mediis argumentis quae tanta pietate quae soliditate, ille presentabat ut Divum Josephum, honorare posset cum hac doctrina consolatrice, si illi datum esset: et sicut Sancta Romana Ecclesia, cum opera dijudicaret ejusdem Sancti Bernardini hanc propositionem non damnavit (hoc saltem nos nescimus,) ideo neque nos illam damnavimus; et sicut Ecclesia hoc agendi modo videtur illi dedisse quoddam genus approbationis; sic et nos eam sub quodam respectu approbamus, quamvis ex parte nostra, nihil aliud nisi quod nobis fas est approbemus, secundum veritatem quam in deposito suo Ecclesia Catholica semper servavit.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Antequam comedam suspiro, et tanquam inundantes aquae sic rugitus meus,*quia timor mortis, iudicii et inferni evenit mihi. ¶ Nihilominus videtur non esse auxilium mihi tamen expecto auxilium meum a Domino Josepho, qui est dignissimus Sponsus Mariae, Quia . . .

VERITATIS LECTIO III.

JESUS ET MARIA SUNT IMMACULATI, ERGO ET JOSEPH.

Etiam attentionem nostram defigere possumus in uno facto, digno equidem consideratione nostra, et circa quod clientes omnes hujus Sanctissimi Patriarchae suam attentionem defixi sunt in admitendo nempe quodam aequalitatis genere inter nomina imo vero inter easdem Personas Jesu, Mariae et Joseph. Igitur Libri Sancti eodem modo ac dicunt Jesus, Maria et Joseph, Jesus, Joseph et Mariae, aiunt simul Joseph, Maria et Jesus; et sicuti in illis nulla divisio assignatur, habemus quod juxta S. Geronimum tria nomina et tres Personae ab illis representatae, secum ferunt magna mysteria, et ideo unaquaeque illarum personarum nobis dicere potest: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam.* Hoc idem est ac dicere: Jesu Maria et Joseph, singillatim sumpti, in principio libri vitae collocati sunt, tres enim a primo instante conceptionis suae immunes fuerunt ab omni labe peccati; ergo Joseph absque peccato esse debuit, quamvis inferior valde remaneret suae purissimae conjugii, velut illa magnopere inferior fuit humanitati Sacratissimae Domini Nostri Jesu Christi. Si hoc vero

ita non est dicere compelleremur, quod Divus Joseph sicut et nos miseri peccatores nomen suum scriptam habuit in libro mortis. Hoc autem reverendum Sancta Romana Ecclesia non decervat, nequam nos filii Josephi admitere potuimus.

Nos hæc sublimia &c.

R Deo gratias.

R Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris, cutis mea aruit et contracta est *Memento mei, Domine Joseph, quoniam ventus est vita mea. ¶ Dies mei, velocius transierunt, et consumpti sunt absque ulla spe: sed ab isto momento auxilium meum a Domino Josepho, qui etiam est dignissimus Pater Christi. Memento . . .

DIA 27 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Patris vicem Josephus gerebat, quod ita Deo placuerat.—*Epiph.*—Joseph cui pro specialium praerogativa meritorum, temetipsum filium tradidisti. Ex catena aurea.—*PP.*—Hoc typo Josepho Jesus cum Patrem esse sibi demonstrat qui fabricator omnium, condidit mundum.—*Amb.*—Sis et tu Joseph Pater Christi cura castitatis et honorificentia virginitatis.—*Aug.*—Joseph ex virginitate placuit.—*Bern.*—Pater Domini meruit appellari.—*Hyer.*—Jesus ad Josephum tanquam ad Patrem loquitur.—*Chrys.*—Neque enim, propterea, non erat appellandus Joseph Pater Christi, quia non concubendo genuerat, quandoquidem recte Pater etiam ejus esset, quam non ex sua conjugis procreatum, aliunde adop-

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Antequam comedam suspiro, et tanquam inundantes aquae sic rugitus meus,*quia timor mortis, iudicii et inferni evenit mihi. V Nihilominus videtur non esse auxilium mihi tamen expecto auxilium meum a Domino Josepho, qui est dignissimus Sponsus Mariae, Quia . . .

VERITATIS LECTIO III.

JESUS ET MARIA SUNT IMMACULATI, ERGO ET JOSEPH.

Etiam attentionem nostram defigere possumus in uno facto, digno equidem consideratione nostra, et circa quod clientes omnes hujus Sanctissimi Patriarchae suam attentionem defixi sunt in admitendo nempe quodam aequalitatis genere inter nomina imo vero inter easdem Personas Jesu, Mariae et Joseph. Igitur Libri Sancti eodem modo ac dicunt Jesus, Maria et Joseph, Jesus, Joseph et Mariae, aiunt simul Joseph, Maria et Jesus; et sicuti in illis nulla divisio assignatur, habemus quod juxta S. Geronimum tria nomina et tres Personae ab illis representatae, secum ferunt magna mysteria, et ideo unaquaeque illarum personarum nobis dicere potest: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam.* Hoc idem est ac dicere: Jesu Maria et Joseph, singillatim sumpti, in principio libri vitae collocati sunt, tres enim a primo instante conceptionis suae immunes fuerunt ab omni lae peccati; ergo Joseph absque peccato esse debuit, quamvis inferior valde remaneret suae purissimae conjugii, velut illa magnopere inferior fuit humanitati Sacratissimae Domini Nostri Jesu Christi. Si hoc vero

ita non est dicere compelleremur, quod Divus Joseph sicut et nos miseri peccatores nomen suum scriptam habuit in libro mortis. Hoc autem reverendum Sancta Romana Ecclesia non decervat, nequam nos filii Josephi admitere potuimus.

Nos hæc sublimia &c.

R Deo gratias.

R Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris, cutis mea aruit et contracta est *Memento mei, Domine Joseph, quoniam ventus est vita mea. V Dies mei, velocius transierunt, et consumpti sunt absque ulla spe: sed ab isto momento auxilium meum a Domino Josepho, qui etiam est dignissimus Pater Christi. Memento . . .

DIA 27 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Patris vicem Josephus gerebat, quod ita Deo placuerat.—*Epiph.*—Joseph cui pro specialium praerogativa meritorum, temetipsum filium tradidisti. Ex catena aurea.—*PP.*—Hoc typo Josepho Jesus cum Patrem esse sibi demonstrat qui fabricator omnium, condidit mundum.—*Amb.*—Sis et tu Joseph Pater Christi cura castitatis et honorificentia virginitatis.—*Aug.*—Joseph ex virginitate placuit.—*Bern.*—Pater Domini meruit appellari.—*Hyer.*—Jesus ad Josephum tanquam ad Patrem loquitur.—*Chrys.*—Neque enim, propterea, non erat appellandus Joseph Pater Christi, quia non concubendo genuerat, quandoquidem recte Pater etiam ejus esset, quam non ex sua conjugio procreatum, aliunde adop-

tasset — *Aug.* — Jesus dedit Josepho affectum sollicitudinem, et auctoritatem Patris. — *Juan Dam* — Ipse dixit et facta sunt; non ideo dixit ut sequeretur operatio; sed dicto absolvi negotiam. — *Amb.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Universae nationes quod sub cœlo sunt merito assentiri debent. * Domino Josepho sermonem confirmante. ¶ Maria et Joseph sunt almi parentes Christi, quia testimonium in Josephum positum est. — Domino.....

LECTIO II.

MARIA CONCEPTA EST SINE MACULA ITA ET JOSEPH.

Præterea Illa Sanctissima Trinitas, quæ redemptionem decrevit generis humani per Verbum Divinum, quod cum esset Homo facturum carnem assumendam statuit in utero purissimo Virginis desponsatae, per consequens hæc ipsa Augustissima Trinitas, quæ Virginem Mariam ad suam Purissimam Matrem prædestinavit, Divum quoque Josephum ad ejus dignissimum Sponsum et Virginalem Patrem suum similiter prædestinavit. Eo quod Dominus in sua Sapientia, bonitate et misericordia, ab initio ad finem disponit omnia suaviter et ampliore certitudine. Consequenter Joseph et Maria in mysterio Incarnationis Filii Dei, ita conjuncti sunt ut per eos præcipue dixerit Æternus: "Quod Deus conjunxit homo non separet." Maximam vero separationem in illis poneremus si cum sit dogma fidei Immaculata Conceptio Beatissimæ Virginis, nos diceremus Dominum Josephum, in peccato conceptum fuisse, sicut caeteri homines filii Adam. Ali

oquin Joseph et Maria quoad humanitatem prototypi erant Jesu et hoc tali modo ut vultus motus et verba Jesu erant verba, vultus et motus Mariæ et Josephi: s c enim ab æterno illos formaverat Unigenitus Patris juxta ordinem quem acceperat. "Inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est." Igitur si abque peccato concepta est Maria sine macula similiter conceptus est Joseph.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias

R Surrexit, Dominus vere, alleluya, et apparuit Maræ, alleluya; et visus est Josepho, alleluya.* Postulavit Patrem meum, alleluya; dedit me omnes gentes in hæreditatem, alleluya. ¶ Per Jesum omnes populi meis parentibus Mariæ et Josepho, traditi sunt, alleluya, alleluya. Postulavi.

LECTIO III.

MARIA ET JOSEPH EFFORMANT TABERNACULUM DEI.

Juxta sacras litteras, Maria simul cum Joseph, efformant Tabernaculum Dei positum in medio hominum; ideo ex tunc Mariæ simul cum Joseph efformant Civitatem Sanctam Jerusalem descendentem de cœlo; ideo denique ex tunc Maria dicit Josepho totus pulcher es tu, et Joseph dicit Maræ tota pulchra es tu: non autem fuisset Divus Joseph totus pulcher, si in peccato conceptus esset, nec multo minus prototypus Jesu esse potuisset. Tandem velut submissi Sanctæ Ecclesiæ Romanæ filii cum Sancto Bernardino de Bustos concludimus hanc lectionem dicendo:

«Utrum autem Joseph ab originali macula prae-
servatus fuerit, ipse Deus novit; qui tali sibi in Pa-
trem putativum et gubernatorem humanitatis suae
et dilectissimae Sponsae ac Matris suae Purissimae
conjugem super omnes mundi homines elegit.»

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Venite adoremus regem regum cujus hodie ad
aeternum Virgo Mater assumpta est cœlum. *Ado-
remus Jesum, quia Joseph Virgo Pater ejus super
choros angelorum ad coelestia regna assumptus est.
¶ Beatos nos dicunt omnes generationes, quia fecit
nobis Dominus magna qui potens est. Adoremus.

DIA 28 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Verbum caro factum non sic indicat Patrem Deum
ut neget Patrem Joseph. Unde hoc probamus? Se-
cundum Scripturam quae sic ait: et cum descendis-
set cum eis, venit Nazareth et erat subditus illi.—
Aug.—Quemadmodum Joseph vocatus est Heli fi-
lius; ad eundem modum Deo visum est de conjugē
Joseph filium dare eidem Joseph.—*Justinus.*—
Quoniam Virginis et Joseph Sponsorum ac candi-
datorum arrhabones, ut hoc nomine vocarentur fece-
runt.—*Ephr.*—Unde Patrem ejus appellat, nisi quia
virum Mariae.—*Aug.*—Et ob hoc etiam Christi Pa-
trem appellat multo convenientius, quia ex ejus
conjugē natus sit quam si esset aliunde adoptatus.
—*Aug.*—Matris solatium solum in terris magni con-
cilio coadjutorem fidelissimum in Josepho perfe-

ctissime donavit.—*Bern.*—Ad famam Mariae con-
servandam, Joseph Pater Jesu est ab omnibus
aestimatus.—*Hyer.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divina Maria Virgo per coelestem revelatio-
nem et prudentiam. *A templi sacerdotibus. ¶ No-
stro divino Josepho felici sorte in Sponsam fideliter
custodiendam fuit tradita. A templi....

LECTIO II.

JESUS, MARIA ET JOSEPH SUNT AUGUSTA
TRINITAS TERRE.

Circa conceptionem Sanctissimi Josephi manife-
stare cupimus in hac lectione quod, juxta senten-
tiam nostram doctrinam quae affirmat illam conce-
ptionem fuisse immaculatam, perfectissime concludi
posse etiam ex illo facto certissimo ab omnibus Ec-
clesiæ Doctoribus admissio, quod Domino Josepho
concedit, unam esse personarum quæ terræ Augu-
stam Trinitatem constituunt. Et requidem vera,
Unigenitus Patris Homo factus, eo fine ut Trinita-
tem cœli perfectissimæ in quantum fas est homines
agnoscere possent nempe, Deum Patrem, Deum Fi-
lium et Deum Spiritum Sanctum, idcirco Trinita-
tem terrestrem inter nos fundavit, quæ cum eadem
Jesu, Maria et Joseph, efformatur, juxta duplicem
S. Matthei documentum dicentem: *Joseph virum
Mariae de qua natus est Jesus qui vocatur Chri-
stus; et. Cum esset desponsata Mater Jesu, Maria
Joseph.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Omnes angeli coelestes clamabant*Justus est Dominus Sanctus Joseph, et plena est omnis terra gloria ejus. ¶ Tres sunt qui testimonium dant in terra Jesus, Maria et Joseph, et hi tres unum sunt. Justus.

LECTIO III.

JESU, MARIA ET JOSEPH SUNT AUGUSTA

TRINITAS TERRÆ.

Et eo modo quo in Sanctissima Trinitate coeli, tres sunt Personæ distinctæ in unitate divinæ naturæ; sic et in hac admirabili Trinitate terræ, tres sunt Personæ distinctæ in eadem infinita charitatis flamma junctæ, et in uno corde quod in amore purissimo æstuat, et in una anima omnino deificata; ita ut optime tribus personis aliquo modo convenire possit ea Jesu Christi deprecatio quæ in Joanne legitur. *Ut omnes unum sint sicut tu pater in me et ego in te, ut ipsi in nobis unum sint.* Non minus competit illis alia sententia quæ ait: *Tres sunt qui testimonium dant in coelo et hi tres unum sunt.* Et Dominus Joseph, qui de caeteris mortalibus mirabiliter selectus es, atque excellentissima ratione cum Jesu et Maria junctus, num sicut unus ex nobis in peccato conceptus remansisset? Nunquam hoc admittere poterimus, dum Sancta Romana Ecclesia aliquid circa hoc non declarat in quo sacro deposito revera asservatur quid est Dominus Joseph, et si de facto sine originali labe fuit conceptus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Benedicite, Dominum Josephum, omnes filii sui, et coram omnibus viventibus confitemini illi.*

Quia fecit nobiscum misericordiam suam. ¶ Dominum Josephum, benedicite et cantate, et enarrate illi omnia mirabilia ejus. Quia.

DIA 29 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Sicut illa caste Mater, sic ille caste Pater.—*Aug*—Quoniam Joseph velut Pater curam pueri gerebat et simul conversando ministrabat, illum merito nominavit Patrem, tanquam illum honorans Spiritus Sanctus Patris vocabulo.—*Theoph.*—Honorabit Josephum Spiritus Sanctus Patris vocabulo, quia nutrierat Salvatorem.—*Orig.*—Quod Spiritus Sanctus operatus est, utrique operatus est, ambo filium dedit; sed in eo sexu quem parere decebat operatus est hoc, quod merito etiam nasceretur.—*Aug.*—Non attendit Maria sui uteri dignitatem, sed attendit ordinem conjugalem.—*Aug.*—Fidelis servus et prudens fuit Sanctus Joseph quem constituit Jesus. Suae Matris solatium, suae carnis nutritium.—*Ber.*—Ambo, Joseph et Maria, dixit Angelus, ut puero nomen imponant, ubi parentum declaratur auctoritas.—*Aug.*—Ostendit hoc loco obedientiam Joseph, quæ quocumque dixerat ei Angelus fecit.—*Theoph.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Cum Æternus Pater summa sapientia et providentia nomen Patris sibi proprium,*Cum Josepho communicaverit, circa Unigenitum Filium suum Jesum. ¶ Satis significavit illum divinum Josephum appellari meruisse. Cum....

LECTIO II.

JESUS EST PRIMA PERSONA AUGUSTÆ
TRINITATIS TERRÆ.

Prima persona istius Trinitatis terrestris est Jesus Christus Dominus Noster, ita, similis suo Æterno Patri, ut idem sit cum illo: *Ego et Pater unum sumus*; et simul tali modo est verus Homo ut suis Apostolorum dicebat: *Palpate et videte quia spiritus carnis et ossa non habet, sicut me videtis habere*. Dignus etiam est totius honoris gloria, laudis ac benedictionis ut Apostolus Paulus diceret: *Si quis non amat Dominum Nostrum Jesum Christum anathema sit*. Nunc vero hæc ipsa Sacra Humanitas Jesu Christi ad Divinam dignitatem sublimata per unionem hypostaticam cum Verbo et concepta in utero purissimo Mariæ opere et gratia Spiritus Sancti peccatum habere non potuit sed esse debuit essentialiter impeccabilis, sicut Maria et Joseph per gratiam et privilegium.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tribulationes filiorum tuorum audivimus, divine Joseph, quas passi sunt et defecimus *Timor et hebetudo mortis cecidit super nos, et ipsi montes nolunt recipere fugam nostram. ¶ Peccavimus cum patribus et filiis nostris, injuste opera egimus, iniquitatem operavimus, Divine Joseph, miserere nobis: Timor.

LECTIO III.

MARIA EST SECUNDA PERSONA AUGUSTÆ
TRINITATIS TERRÆ.

Secunda Persona hujus terrestris Trinitatis est

Sanctissima Virgo Maria sine peccato originali concepta a primævo instante conceptionis suæ, toto genere gratiarum privilegiorum, donorumque prædita, quorum capax est pura creatura ad altissimam dignitatem Deiparæ sublimata, et quæ in tempore dicere poterat Verbo Incarnato, quod dixit illi Pater ab Æterno: *Ego hodie genui te*; sicut caro Mariæ futura erat Jesu caro, idcirco habere non potuit Maria immundam carnem peccati. Igitur Dogma fidei est, Mariam sine labe originis conceptam fuisse; igitur, inquam, Sanctissima Virgo impeccabilis fuit per gratiam ac privilegium, secum habens præterea totam infinitudinem gratiæ quæ reservata non erat Sacratissimæ Humanitati Verbi caro facti.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divine Joseph, Virginalis Pater Dei, qui dedisti filiis tuis salutem in manu virginalis Sponsæ Mariæ, *exaudi preces omnium clientum tuorum. ¶ Benedictus divine Joseph, qui non derelinquis præsumentes de te, et de sua virtute gloriantes humilias. Exaudi.

DIA 30 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Vocabis, o Joseph, nomen ejus Jesum; tu vocabis utpote Pater. —*Theoph* —Paterna et non auferitur auctoritas, cum jubetur puero nomen imponere. —*Aug*. —Ad Josephum Jesus, tanquam ad Patrem loquitur. —*Chrys* —Christus parentum paupertate contentus est. —*Hier*. —Pater appellatus est Joseph quia nutritus fuit. —*Orig*. —Joseph revera fuit

director Christi.—*Cyrillus*.—Non solua debuit esse Pater Joseph; sed maxime debuit, quia major puritas confirmat paternitatem.—*Aug*.—Tam Pater ut Sanctus Joseph, nemo.—*Tert*.—Non est in coelestibus agminibus, qui Dominum Jesum suam audeat Filium nominare, nisi solus Joseph.—*Cyprianus*.—Christo mundus subditus, Christi parentibus subditus est.—*Aug*.—Non utique infirmitatis, sed pietatis ista subjectio Jesus juxta haec verba: Et erat subditus illis.—*Amb*.—Joseph conceptum suscepit filium quem non genuit.—*Amb*.—Pariet filium et vocabit nomen ejus Jesum.—*Hieronimus*.—Matthaeus praenuntiat obsequium quod exhibet Joseph puero jam nato. Licet non sit necessarius, ad parvum tamen ad nutrimum et in multitudinem eris necessarius.—*Ansel*.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quanto praestantius Deus conferens beato Josepho paternum nomen filii sui.*Cum illo omnem Patris dignitatem, auctoritatem et curam communi cavit. ¶ Constituens eum Dominum domus suae.—Cum.

LECTIO II.

JOSEPH EST TERTIA PERSONA AUGUSTAE
TRINITATIS TERRÆ.

Tertia Persona hujusce Trinitatis terrestris est Sanctus Dominus Joseph, qui et debite per Evangelistam Lucam glorificatus est dicentem: *Joseph virum Mariae de qua natus est Jesus qui vocatur Christus*. Hac de causa Joseph est dignissimus Sponsus Mariae et Pater Dei Humaniti, qui se ip-

sum expressis verbis definiuit imponens nomen Jesu Verbo Incarnato. Praeterea unicus est Joseph et beatitudine plenus, qui testimonium dedit de Virgine Matre Sponsa sua de qua Isaias propheta loquutus est; sicut etiam dedit de Filio suo Homine Deificato aut potius Homine Deus qui appellatus est Christus aut Messias promissus; uno verbo est Joseph qui testimonium dedit Jesu et Mariae ab aeterno ad hunc finem electus, juxta Regis prophetae sententiam, agentis: *Testimonium Joseph, posuit illud*. Hic Homo privilegiatus unicus in analibus omnium temporum Virgine Matre desponsatus, Jesu Pater et magnorum mysteriorum testis; hic homo Aeterni Patris Vices geret per suam auctoritatem erga suum Divinum Filium, qui ita illa dignitate indutus fuit, ut ipse qui essentialiter Deus est, vult vocari filius suus. Ergo hic homo ita honoratus a Deo, debuit concipi absque peccato.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Vidi Dominum Josephum sedentem super solum excelsum et elevatum, et plena erat omnis terra majestate ejus,*Et omnes filii sui replebunt templum gloria sua. ¶ Aspice, Domine Joseph, quia facti sunt desolati omnes clientes tui; non est qui consoletur eos nisi tu bone Joseph. Et omnes.

LECTIO III.

DOMINUS SANCTUS JOSEPH EST SINE LABE
ORIGINALI CONCEPTUS.

Ille Homo de coeteris mortalibus selectus ut Sacram Familiam efformet, imo etiam ut ejus sit Dux Supremus et in omnibus agat tanquam specialiter
Piissimæ

pæordinatus ab ipso Spiritu Sancto; hic homo iterum dicimus habere debuit majorem puritatem, majorem virtutem, majora privilegia, et dona excellentissima, et omne habere debuit potiori modo perfectiore et adæquatiore, et sicut ad hæc omnia assequenda opus erat ut nunquam pessima et horribili peccati macula fuisset contaminatus; igitur et nos admittere debemus in omni veritate, quod ille sine peccato originis conceptus est, quia tantum initium assumens de hac suppositione inclytus Patriarcha assequi potuit, quod habere debebat tanquam Dux Familiae omnium Sanctissimæ, Divinissimæ, ac Sacratissimæ.

Nos hæc sublimia &c.

R Deo gratias.

R Aspice Domine Joseph, de sede sancta tua et cogita de nobis filiis tuis. *Inclina aurem tuam, aperi oculos tuos et vide tribulationem nostram. ¶ Tota die et nocte non tacebunt laudandi omnes filii tui nomen sanctum tuum.

DIA 31 DE ENERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Cum remansisset in Jerusalem et dixisset; in his quæ Patris sui erant, oportere se esse; non acquiescentibus parentibus, sequi illos non despexit, Magister discipulos, Deus homines. — *Ber.* — Labores corporis omnes, æquo una cum illis animo illis (Joseph et Mariæ) obediens tolerabat. — *Bas.* — Colebat Jesus nutritium quem nutrierat. — *Hier.* — Nemo ambigat Dominum Jesum eum adhuc in puerili esset ætate obsequia præstitisse Mariæ, ipsique Jo-

seph? — *Justinian.* — Sicut dormienti Adam creavit mulierem; sic Josepho dormienti consignavit uxorem. — *Chrys.* — Ex nomine Josephi vocat Angelus, quasi notum et familiarem. — *Aucel.* — Decebat illam Josephi profecto animam, ab omni esse immunem cogitatione maculata, quæ tanti est electa ministra mysterii. — *Chrys.* — Quid enim aliud Joseph facere posset, quam mente cœleste meditari. — *S. Atan.* — Jesus Patri manum tenebat, ut pedibus ambularet; Joseph consilium filio dabat, ut viam justitiæ teneret. — *Aug.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nemo dubitat virum et uxorem per matrimonii vinculum effici quodammodo unum. *Efficiuntur revera unum cor et una voluntas. ¶ Ergo si Maria est vera Mater Jesu, Joseph autem est verus Pater Jesu. Efficiuntur.

LECTIO II.

NOSTRA CONSECRATIO

IMMACULATÆ CONCEPTIONI DOMINI SANCTI JOSEPHI.

Utique, Sancte gloriosissime, per altissimam dignitatem tuam, qua membrum fuisti verum Augustissimæ Trinitatis terræ, dignissimus Mariæ Sponsus et Jesu Pater; per tuas sacras operationes, sicut electus et missus ab Æterno Patre ut locum occupares Omnipotentæ suæ prope Personam Verbi Incarnati; per tua divina officia qua Spiritus Sanctus tibi comisit erga suam unicam conjugem Mariam; per sacra munera tua erga Jesum qui Patrem suum vocabat te, eo quod tu fuisti revera virginalis

Sponsus tuæ virginalis Mariæ, etiamque fuisti semper sanctus, semper justus, semper a Deo modo speciali electus, semper cum Deo conjunctus, velut major amicus ejus, et efformans semper tanquam divinum nucleum qui Augustam terræ Trinitatem jungebat, per illa merita unica, et sine secundo certissime, fac ut omnes filiae tuæ Sponsæ Mariæ, tuo sancto servitio specialiter consecratae, et tanquam veræ sorores nostræ eundem Institutum mirabiliter efformantes; et omnes Josephini missionarii, per suos apostolicos labores tibi omnino consecratos, ut omnis populus te honoret, te laudet, te glorificet; ut cum omnibus creaturis te honoremus, te laudemus et te glorificemus, absque noxa originali conceptum; sicut hoc modo perfectissime fecerunt Jesus et Maria, ideoque iterum atque iterum nostræ sorores a te invariabiliter dicatæ, et omnes nos filii tui confitebimur tibi immaculato a Purissima Conceptione tua.

Iterum ut plenam submissionem Catholicæ Ecclesiæ profiteamur, cum Sancto Bernardino de Busto unice repetemus: "Utrum autem Joseph ab originali macula præservatus fuerit, ipse Deus novit, qui talem sibi Patrem putativum et gubernatorem humanitatis suæ et dilectissimæ Sponsæ ac Matris suæ Purissimæ conjugem super omnes mundi homines elegit."

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Sustinuimus pacem et non venit, quæ vivimus bona et ecce turbatio; et cognovimus Domine Joseph peccata nostra,* Non in perpetuum obliviscaris tuorum filiorum. ¶ Peccavimus Divine Joseph,

impie egimus, iniquitatem operavimus contra omnem justitiam, sed tu miserere nobis et salva nos. — Non.

LECTIO III.

AUCTORIS PROTESTATIO.

Cum Sancti Josephi nostri dilectissimi patris officium, imperfecte quamvis absolverimus jam, quod omnes filii, filiæque Mariæ ac Josephi recitari tenentur, hæ per totum suæ vitæ curriculum, illi vero quoadusque sacrum subdiaconatum susceperint nisi gravis necessitas illos ab hoc onore liberet; et cum in elucubrandis pertractandisque rebus officium componentibus, nempe, in hymnis, antiphonis, psalmis, responsoriis, nec non in commentario Cantici Canticorum, maculas erroresve omnes fortasse inviti licet non effugerimus, et timentes ne propositiones aliquæ aut nimis obscuræ aut forsitan rectæ doctrinæ adversantes exciderint, etsi labori atque industria non pepercimus; profitemur tamen mentem nostram fuisse, hoc opus scribere et intelligere juxta sententiam veræ Theologiæ, sanctæque Romanæ Ecclesiæ; ita ut si quidpiam minus caute, aut minus consonum, veritati videatur, id velut indictum haberi cupiamus. Nolumus ergo huic operi in lucem edito causa Divi Josephi honorandi finem imponere, qui multoties omnia ad minima usque iterum in hoc officio contenta, Ecclesiæ sapientissimæ, quæ est immutabili judicii magistra atque totius veritatis firmamentum et columna, correctioni subjecta esse libenter decernamus.

Hæc ultima pars terminata fuit sexto kalendas

Decembris anni milésimi octingentesimi octogésimi séptimi: dies memoranda certe in ea quippe sacrosanta Mater Ecclesia gaudio superabundans Domini Sancti Josephi cum Beatissima Virgine Maria Sacram Desponsationem commemorat. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Credo unam, Sanctam, Catholicam et Apostolicam Ecclesiam.*Portæ inferi non praevalent adversus eam, quia omnes heretici impugnare possunt, expugnare tamen non possunt. ¶ Si quis Ecclesiam quæ est Una, Sancta, Catholica, Apostolica atque Romana, non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen. amen, amen. Portæ.

MES DE FEBRERO.

—DIA 1°—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Latuit Principem hujus mundi Virginitas Mariæ, et partus ipsius, et similiter mors Domini.—*Ign.*—Jesus, Josephi fabri lignari: et cum Jesus in hominibus esset faciebat opera, scilicet, aratra et juga.—*Just.*—Joseph cum cogitaret absconse dimittere Mariam, angelus in somnis dixit ad eum: ne timeas Mariam assumere conjugem tuam.—*Iren.*—Josepho parentis honore coluit Christus... et quærens Jesum cum Josepho, illum reperias.—*Orig.*—Obsignatus est liber omnino Immaculata Virgo... et datur fabro Josepho.—*Greg. Neo.*—Novit Jo-

seph Beatam Virginem, quoque ejus virtus et potestas, et quid Deus ei facere dignatus est: et quia de ipsa scripsisse Isaias: Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium et vocabitur nomen ejus Emmanuel.—*Atan.*—Verum typica ratio servata est. Joseph enim apostolorum habet speciem, quibus Christus circumferendus est creditus.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis: esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum speret anima mea:

R Deo gratias.

R Cordis munditia Jesu, Mariæ et Joseph est admirabili et summa.*Et nunquam peccati fomes fuerit. ¶ In Christo Domino, in Virgine Maria et Sanctissimo Josepho. Et...

LECTIO II.

Qua de causa denuo scribimus de possibilitate immaculatae conceptionis D. Joseph.

Adversari minime voluimus S. Matris Ecclesiae dogmatibus, quum tamen antiquorum sequamur theologorum opiniones de possibilitate immaculatae D. Josephi conceptionis disserentes: quæ quidem haud dubie Conceptioni Immaculatae B. V. Mariæ aliquo modo comparari potest. Quapropter divino quodam numine suffulsi, nobisque cœlitus, ne decipimur, affulgenti, nobis non alias videre licet, nisi complacentiam eius divini Filii tam bonum patrem coli volentis et desiderium divinæ ejus Spensae; quæ suum Sanctissimum Virginemque Sponsum Josephum honorare vult, denique,

Decembris anni milésimi octingentesimi octogésimi séptimi: dies memoranda certe in ea quippe sacrosanta Mater Ecclesia gaudio superabundans Domini Sancti Josephi cum Beatissima Virgine Maria Sacram Desponsationem commemorat. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Credo unam, Sanctam, Catholicam et Apostolicam Ecclesiam.*Portæ inferi non praevalerunt adversus eam, quia omnes heretici impugnare possunt, expugnare tamen non possunt. ¶ Si quis Ecclesiam quæ est Una, Sancta, Catholica, Apostolica atque Romana, non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen. amen, amen. Portæ.

MES DE FEBRERO.

—DIA 1°—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Latuit Principem hujus mundi Virginitas Mariæ, et partus ipsius, et similiter mors Domini.—*Ign.*—Jesus, Josephi fabri lignari: et cum Jesus in hominibus esset faciebat opera, scilicet, aratra et juga.—*Just.*—Joseph cum cogitaret absconse dimittere Mariam, angelus in somnis dixit ad eum: ne timeas Mariam assumere conjugem tuam.—*Iren.*—Josepho parentis honore coluit Christus... et quærens Jesum cum Josepho, illum reperias.—*Orig.*—Obsignatus est liber omnino Immaculata Virgo... et datur fabro Josepho.—*Greg. Neo.*—Novit Jo-

seph Beatam Virginem, quoque ejus virtus et potestas, et quid Deus ei facere dignatus est: et quia de ipsa scripsisse Isaias: Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium et vocabitur nomen ejus Emmanuel.—*Atan.*—Verum typica ratio servata est. Joseph enim apostolorum habet speciem, quibus Christus circumferendus est creditus.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis: esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum speret anima mea:

R Deo gratias.

R Cordis munditia Jesu, Mariæ et Joseph est admirabili et summa.*Et nunquam peccati fomes fuerit. ¶ In Christo Domino, in Virgine Maria et Sanctissimo Josepho. Et...

LECTIO II.

Qua de causa denuo scribimus de possibilitate immaculatae conceptionis D. Joseph.

Adversari minime voluimus S. Matris Ecclesiae dogmatibus, quum tamen antiquorum sequamur theologorum opiniones de possibilitate immaculatae D. Josephi conceptionis disserentes: quæ quidem haud dubie Conceptioni Immaculatae B. V. Mariæ aliquo modo comparari potest. Quapropter divino quodam numine suffulsi, nobisque cœlitus, ne decipimur, affalgenti, nobis non alias videre licet, nisi complacentiam eius divini Filii tam bonum patrem coli volentis et desiderium divinæ ejus Spensae; quæ suum Sanctissimum Virginemque Sponsum Josephum honorare vult, denique,

ad arcenda ab Instituto nostro tam immania, terribilia et angustiora rerum adiuncta; propter ea, inquam, scribere super re tanti momenti iterum instituimus. Commentarium in Cantica Canticorum et priores quatuor articulos Officii D. Josephi mensi Januario respondere, quosque vero nunc calano percurramus ad coronidem ipsius Officii, quod uniuersique dici respondeat, in lucem edere censuimus, mouendum prius est. Huic domum operae non incumbimus moti tantum quodam inexplicabili affectu erga, B. Josephum, sed ad innumeras gratias, quas ipsum nobis impertiturum speramus, obtinendas in favorem suorum utriusque sexus famulorum; ut, quo mundi, daemones et carnis nequitia crescunt in dies, eo cuncta nostri Instituti membra si miora et Dei Ecclesiae sanctiora possint evadere. Sic enim ad maiorem Dei gloriam operari credimus.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ad te, Domine Joseph, levavi animam meam, in tuo patrocinio confido, ut non erubescam.*fac protector mi, ne irrideant me inimici mei, et universi filii tui, qui in te sperant, non confundantur. † Vias meae vocationis demonstra mihi, ut revera sim unus ex dilectis filiis tuis. Fac protector....

LECTIO III.

Ex summa sacrarum personarum similitudine concluditur immaculata conceptio nostri Josephi.

Immaculata D. Josephi conceptio ita, ut originali labe numquam fuerit coinquinatus, quum perpetuo et animæ et corporis claritate eniteret,

et Jesu ac Mariae tam esset similis, ut illius virginalis pater atque istius dignissimus Sponsus esse meruerit, erui mihi fuisse videtur ex supereminenti etiam similitudine quae inter tres augustissimas terrae Trinitatis personas Jesum, scilicet, Mariam et Josephum interest. Nam, sicuti in coelestis Trinitatis personis, Pater, Filio et Spiritu Sancto summa adest aequalitas; pari etiam modo Jesus, Maria et Joseph debent esse coequales; et quemadmodum Pater est Deus et Filius est Deus et Spiritus Sanctus est Deus; ita et Jesus est Deus et rex regum; Maria vera Dei genitrix, regina et potens coeli et terrae; Joseph vero qui Pater Dei aestimatur; et cui Jesus et Maria, illius servi secundum carnem, tamquam regi supremo obediebant. Potuit igitur S. Joseph plenus gratia concipi; ita tamen, ut quamvis inferiorem dono divinae Sponsae acciperet etiam ad immaculatam suam conceptionem gratiam omnino requisitam.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis: esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R. Deo gratias.

R. Universi filii tui, qui sperant in te, non confundentur, Domine Joseph; et vias nostrae sanctae vocationis notas fac nobis.*Ostende, Domine, misericordiam Jesu et salutare tuum da nobis. † Dominus Joseph dabit nobis filiis suis benignitatem suae benedictionis et terra nostri sancti Instituti dabit fructum suum omnibus hominibus. Ostende....

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Integram atque inviolatam legem obedientiae Sanctissimus Joseph ad senectutem usque servaverat.—*Joan Dam.*—Vidisti mentem Josephi, nulla prorsus corruptione violatam?—*Crist.*—Animam Josephi erat in omnibus irreprehensibilem.—*P. Gree.*—In reliqua universa educatione Christi; gaudens obsequium praestitit.—*Iren.*—Tu Joseph, vivens superis par, mira sorte beator.—*Hym. Ecclesiae.*—Quando Virgo Maria habuit in utero suo Solem Justitiae, tantus fulgor exhibebat à facie ejus, quod Joseph eam cognoscere non valebat, nec ejus faciem intendere poterat, donec ejus uterus evacuatus fuit.—*Orig.*—Arbitror et Joseph virum Mariae super genua frequenter Jesum habuisse.—*Ber.*—Joseph autem vir ejus cum esse justus (Justum hic, in omni virtute dicit esse perfectum.)—*Criso.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ex corpore et carne Joseph natus est Christus Jesus. *Quia Joseph operando virginialiter. ¶ Habebat tanquam proprium corpus Mariae; et fuit revera ipsius jure matrimoniali, et hac de causa fuit Pater Jesu. Habebat....

LECTIO II.

Aequalitas eadem ideoque immaculata conceptio nostri Josephi ex evangeliiis desumitur.

Mira illa et mystica aequalitas Jesu, Mariae et

Josephi ab evangelistis Mathaeo et Luca praeclare est instituta cum dicerent; Joseph, virum Mariae de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus, Josepho praehabito; tum etiam quum, praeposita Maria, ait Lucas. Et invenerunt Mariam et Joseph et Infantem positum in praeseptio; modo, Josephum Mariae anteposendo; Et erat Pater eius et Mater mirantes; modo, describens primo loco Josephum, secundo Jesum et postremo Mariam; Joseph, surge et accipe puerum et Matrem eius. De his demum sermonem instituens S. Lucas ait; quum inducerent puerum Jesum, et alia huiusmodi pene innumera, quae in sacris literis passim inveniuntur. Potest igitur de ipsius Spiritus Sancti auctoritate hanc veram et summam aequalitatem inter Jesum, Mariam et Josephum non temere sustineri; quae in eo sita praecipue videtur, quod ab ipsa eius teneritate gratiam quae aliarum est et fons et origo, quam maximam haberet. Ast, ubi esset summa haec aequalitas, immo et similitudo, si vir Joseph in peccato fuisset conceptus? Certe non esset; nam Jesus et Maria quum ab originali labe mundi, ipsa essent albedo; Joseph ob eandem maculam, nigrior, quod absit, esset carbone. Confiteamur ergo, Jesum, Mariam et Josephum, augustam terrae Trinitatem efformare. Quemadmodum enim in Maria et Jesu peccati laeva unquam fuit, ita et dici posse videtur in infinitum abesse Sanctissimo viro, qui quemdam verumque dominatum regium in Mariam et Jesum quoque induere debebat; talem ergo inter illos se a foeditate peccati liberatum gerere oportebat qualis nitor, nivi gratiae desuper decurrentis.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ecce Dominus S. Joseph veniat filiis suis subsidio ad salvandas gentes et auditam faciet gloriam vocis suæ in lætitia cordis.* Qui regis alumnos tuos, intende et deduc eos ad gloriam sempiternam. ¶ Congregate patri nostro Josepho sancti eius, qui ordinaverunt testamentum eius super sacrificia. Qui regis....

LECTIO III.

Quatuor momenta ex quibus Conceptionem immaculatam D. Josephi esse possibilem concludere posse videtur.

Nunc venimus ad momenta quatuor in mentem cadentia, quæque aliae tot iterum sunt natae rationes ad nobis innuendum relationes divinas, quæ Jesum inter et Mariam et Josephum extitere; quæ nihilominus Sanctissimo Patriarchæ multum decoris attulere, quominus vere conceptum immaculatum fuisse possimus concludere. Primum igitur, quod si Jesum, secundum Deum consideremus, Christus est et Dominus; verus Deus et verus homo; Rex regum et Dominus dominantium; Salvator mundi, omnis principatus et potestatis supremum caput, cui data est omnis potestas et in coelo et in terra; ideoque ex his omnibus superior Mariæ et Josepho. Alterum, quod intendimus acie mentis perpendere, nihil est aliud, nisi quod Jesus carnem mortalem assumens, filius factus est integerrimæ Deiparæ; neque hoc solum, verum et eidem subditus inferiorque factus est; nec enim divinitate remittente hoc ipsum denegavit et officium et ius, sed perfectissime adimplevit, et tam ad unguem illud præstitit, ut de eo vere Lucas Evangelista testatus est; Descen-

ditque Nazareth, et erat subditus illis. Tertium est, Jesum, quantum pertinet ad humanam naturam enutriti voluisse, Filiumque Virginis Josephi aestimari sub lege, quamobrem, ne inficiandum quidem est, dici posse et debere, excepta tantum generatione naturali, Josephum ita Patrem esse, ut alii mirime Patres aestimari videantur. Antecelluit D. V. Mariam integerrimam castitate Sponsam; antecelluit etiam Filium Jesum, qui talem ipsi præbebat obedientiam, ut hoc loqui modo Lucam cœgisset; Et erat subditus illis. Demum Joseph aliunde vir omni laude et prædicatione decorandus, vir, inquam, Joseph rector fuit Sacrae Familiae; ipse potens domus divinæ; ipse ad eam apte scienterque regendam missus a Deo; ipsi Dei monita coelicolæ deferebant; ipsemet et Filius et Mater parere ad nutum semper parati erant. Tantus vero vir dono pergrandi donatus qui tantum apud Deum favoris et gratiæ obtinuerat, supremum in Jesum et Mariam officium, munus et auctoritatem agens; numquid ipse potuit Belial et peccato paterno subjectus esse? Quid? Per aegre valde sustinemus, horrendum ne quidem dictu sed et cogitatu ferimus; et malumus, quodque quantum poterimus, viribus voceque contendimus illum semper abhorruisse a culpa; ideoque ab omni labe per sanguinem a protoparente traducta longe semper abfuisse, tenendum censemus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Gaudete omnes in charitate non ficta, iterum dico gaudete, modestia vestra nota sit omnibus hominibus, quia Dominus vester Joseph prope est.* Nihil solliciti estis sed in omni oratione petitiones

vestrae inotescant apud Patrem vestrum Josephum.
 ¶ Tu, bone Joseph, qui sedes super cherubim, qui
 regis tuum Sanctum Institutum, intendi et veni ut
 salvos facias nos filios tuos dilectos. Nihil....

DIA 3 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

In hunc locum, Joseph autem vir ejus cum esset
 Justus, Joseph vocari Justum attendite, propter
 omnium virtutum perfectam possessionem.—*Hier.*
 —Est altera justitia generalis quæ ex cunctis omni-
 no perficitur.—*Christ.*—Quia magnum valde acci-
 piebat, tum Maria, tum Joseph, revelationem ab an-
 gelo, egebat ante tantæ rei qui eventum revelatione
 solemnî.—*Crist.*—Reverentius dicere Angelus Jo-
 sepho: Vade in Ægyptum.—*Pet. Crisol.*—Angelus
 Josepho mandatur fuga, non profectio, imponitur
 necessitas non voluntas.—*Pet. Crisol.*—Nec un-
 quam Joseph passus est scandalum, nec dixit: con-
 traria omnino sunt facta promissis.—*Chrys.*—Fuge
 Joseph in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam
 tibi, et Joseph nihil opponit.—*Chrys.*—Ut videatur
 Joseph cælum timorem ante tenuisse quam terram.
 Ideoque mandatur fuga non profectio. Eorum refu-
 giûm fuget. Formidat fortitudo cunctorum.—*Pet.*
Crisol.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Et fuit revera noster divinus Joseph Pater vir-
 ginalis Jesu.*Et Pater Jesu reputatione et Pater
 curatione. ¶ Et Pater generatione non quidem sua,

sed Mariæ uxoris suæ, cooperante Spiritu Sancto; et
 non virile semine, sed mystico spiramine. Et.

LECTIO II.

D. Joseph, caput Sacrae Familiae.

Jesus etiam quoad hominem erat auctor et confe-
 rens gratiam; quocirca eo suæ Matri communicavit,
 quo fas erat communicare, ut solummodo inferior ea
 esset, in eo quod, Humanitati sacræ concessa fuerat ad
 uniendum hypostatice Verbo Divino. Eam quoque
 fuisse D. Josepho largiendam, nemo non videt, tam
 copiose et superabundanter, ut selectum inter alios
 homines, virum Matris suæ, suumque virginem et
 verum Patrem condecebat. Num vero caput Sacrae
 Familiae qui regebat et gubernabat eam à conceptu
 sui potuit gratia carere? Sed, si iuxta Paulum Apo-
 stolum vir est caput foeminae suæ, Joseph proinde
 erat caput Virginis Mariæ et qua talis erat ipse et
 non alius, qui de cœlestibus jussis certior fiebat
 ab angelis. Ast oportuisse Honorificentiam populi
 nostri, decus humanæ naturæ, et quod cœlos inferos
 que terret, ipsummet tenerrimum Emmanuelem
 homini nequam et originali labe foedato subjici?
 Num ne? Quæ quum ita omnia se habeat et D. Jo-
 seph (quod centies prædicare maxime iuvat) prin-
 ceptus istius almæ Trinitatis terræ, esset, admodum ve-
 ritati conformis dicendum est, quod quamvis Jesus
 esset, auctor gratiæ, cuius plenitudine Maria fuit
 donata, Josepho concessum est fontem Jesseam irri-
 gare. Quum vero in multitudine donorum Dei, in
 eo situm sit, quod optimum locum habet, ut esset
 immaculatus ab alvo materna; sane hoc illi tribuen-
 dum est. Hoc ipsum enim exposcebat non solum
 vocatio ad tam alta et divina officia, quæ omnia ex-

ctissime exigit; sed bonitas quodammodo, veritas, studium et modus, quo alios homines superavit. Et divinus iste Joseph tam unus, tam, unicus tamque sublimatus et ita omni gratiarum genere plenus, ut principatum obtineret istius sacrae domus; iste, in quam, potuit conceptionis immaculatae carere domo? Ita nequisse facere Deum, apud quem non est impossibile omne verbum, sempiternae credemus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Rorate coeli desuper, et nubes pluant potentissimam protectionem Sancti Patris nostri Josephi; ut aperiatur terra et germinet salvationem nostram * Coeli enarrant gloriam Patris Jesu et opera manuum eius annuntiat universa terra. ¶ Quis ascendet in montem nostri sancti Instituti? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus et mundo corde. Coeli enarrant....

LECTIO III.

Magna fiducia in Josepho.

Quum Sanctissimus Patriarcha sit Sponsus dignissimus B. V. Mariæ, est meritissimus Pater Jesu. Ad eum igitur accurramus iustissimum virum, simillimumque Dei Genitrici Mariæ; ad eum, qui successus semper zelo animarum salutis, salvos fecit et ethnicos, eos in fidem Jesu Christi adseiscendo; ad præclarissimum Magistrum concionatorum omnium evangelicorum; exemplar animarum contemplationi deditarum; typum omnibus imitandum, qui vitam mundi vicissitudinibus degunt obnoxiam, et cuiusque status modique viventibus. Confugiamus ad Josephum qui, corde ardentissimis flammis consumptus, intelligentia clarus et simplicitate decorus, adeo fru-

ebatur deliciis visionis beatificæ, ut de eo dicere possimus, quod Mathæus habet; Semper vidit faciem Patris, qui in coelis est. Deveniamus denique ad Virum extra modum privilegio donatum, cuius erat tum esse cum Jesu, tum Jesu deservire. Quis ergo ut Joseph? Joseph suam domum Jesu parat; illi præbet adytum et non modo hospitium sed et manens habitaculum, vestes Jesu modo procurat, ipsi esurienti ministrat ad victum necessaria: Joseph de uno in alium locum transferet Jesum super humeros impositum; Joseph illi somnos inire suadet; Joseph gestat Jesum in Ægyptum confugientem, ac in melius recipientem; cum illo redit Nazareth; illum singulis annis fert Jerusalem, et amissum invenit in templo. Quibus omnibus mente perpensis Josephum eo tandem cognoscamus suæ Sponsæ persimilem fuisse, quo sine labe originali fuisset conceptus. Eum igitur quoad fieri poterit comitem, socium et consortem illarum personarum ita faciamus ut cum catholica Ecclesia una voce canamus; Jesu, Maria et Joseph, vobis ad ultimum agonem commendo cor et animam meam; estote mi in protectores, et fiat per vos ut magno cum gaudio vobis reddam spiraculum ultimum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Prope est Dominus Joseph omnibus filiis et filiabus suis invocantibus eum; quia omnes invocant eum in veritate: *ita, ut laudem Domini Josephi loquatur os eorum. ¶ Confortamini et iam nolite timere; ecce enim S. Joseph retribuit iudicium quia ipse veniet, et salvos nos faciet. Ita ut....

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Illi, exulum more fugiunt. — *Chry.* — Completis septem annis quibus Joseph cum Jesus peregrinatus est in Ægypto. — *Bon.* — O quod et quantae fiunt injuriae advenis quas Dominus vitare non venit, sed accipere! — *Bon.* — Ingredietur Joseph cum Jesu in Ægyptum, et commovebuntur simulacra Ægypti à facie ejus. — *Hier.* — Joseph cum Jesu fugit in Ægyptum, ut fugiant de Ægypto qui ibi sunt dæmones. — *Orig.* — Descendens in Ægyptum omnem illam regionem suo sanctificavit ingressu. — *Chry.* — Perfectam fecit obedientiam Joseph non tantum quod præcepit Angelus, sed etiam sicut præcepit — *Ans.* — Adhuc in lege vivens, supra legem philosophatur; ostendens se superiorem lege etiam supra legalia mandata viventem. — *Theof.* — Vidisti virum sublimiter philosophantem, et tyranicæ illius affectionis immunem. — *Chrys.* — Occulte eam dimittit, ut eam dimissam non videatur dimisisse. — *Ansel.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Natus est igitur Jesus in terra seu fundo ipsius Joseph, *De qua clamat Isaias ⁊ Rorate cœli desuper, et nubes pluant Justum, aperiatur terra et germinet Salvatorem. De....

LECTIO II.

Hortatur devotio ad S. Josephum.

Magno cum gaudio et iubilatione recordamur efficacissimæ commendationis quorundam summorum

Pontificum ad ubique gloriosissimi Patriarchæ devotionem evulgandam; ut quemadmodum custos Filii Dei fuit in terris, ita desuper in cœlis protector catholicæ Ecclesiæ tam dire afflictæ esse dignetur. Societas S. Josephi obsequens interea vocibus et desideriis Vicariorum Christi non aliud cupit nisi assiduus vacare orationibus ipsius patrociniū invocando. Quid nobis S. Joseph non impetrabit? Quam illi Jesus obediret in terris, quid verendum ne quod in cœlis petat illi denegetur? Ascendamus ergo ad Jesum per Josephum, qui ita benignus in nos se gesserit, ut bonitate sua patrocinari meruerit hanc universalem Ecclesiam, quæ proprium officium iam ab istius incunabulis in spelunca Bethlehem adimplebat. Veniamus ergo magna freti confidentia et toto corde dicamus; ad te, Joseph, universalis Ecclesiæ protector; ad te spes dulcissima Romanorum Pontificum; ad te supplices cuncti Christi fideles oramus, gemitibus moti Pastorum, qui ab opprobioso carcere Vaticani piis instantibusque Encyclicis tui invocant Patrociniū; et quemadmodum Ecclesiæ conditorem salvasti; ita hanc terræ militiam defende, et te duce mereatur ferre victoriam, lætantibus coelo et terra, tremore et rabie commotis abyssis. Ah! tanta hujus Ecclesiæ fiducia in D. Josephum ut ipse nos omnes salvos faciat, eo nos de illius validitate certiores facit, quo docet ad conceptionem eius immaculatam quodammodo coniiciendam.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ab initio cognovi per testimonia tua, bone Joseph, meam sanctam vocationem quia tu bonus es; *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Do-

mini Josephi. ¶ Domine Joseph, tu convertens vivificabis nos filios tuos; et plebs filiorum tuorum laetabitur in tua sancta protectione, et erit in die illa lux magna ad conversionem peccatorum, Beati immaculati....

LECTIO III.

Ex factis Leonis Papae XIII.

Hic sumus Pontifex ita decimo octavo kalendas Septembris millesimi octingentesimi octogesimi noni anni dixerat; Sed Nos aliud consilium habemus, quod, ut suos vester est secundi accipietis ad id quod Deus se exhibeat propitiorem nostris supplicationibus et multis intercessoribus citius et abundantius super eam Sanctam Ecclesiam eius auxilium superveniat. Optimum existimamus quod consuescant fideles magna pietate et fide non solum Deiparam Virginem, sed beatissimum eius Sponsum D. Josephum, auxilium impetrare quod ipsa Virgine spectatum et desideratum fore, existimamus. Et quum de hac devotione palam nunc primum sermonem habemus, non solum certo certius ad eam scimus pronum esse populum fidelem, sed eam et in uso habentem magnum profectum obtinuisse. Vidimus equidem cultum S. Josephi, quem sæculis præteritis augere et propagare Romani Pontifices conati fuerunt, in hoc ævi nostri extendi et crescere in dies, postquam præcipue Sanctissimum hunc Patriarcham, innumeris Episcopis petentibus catholicae Ecclesiae Pius Papa Nonus, Praedecesor noster (felicitis memoriae.) Patronum declaravit. Et, quum tantum intersit ut cultum S. Josephi in moribus, catholicisque institutionibus firmetur, volumus populum christianum prae ceteris ad eam verbis et auctoritate nostra induci videri.

His verbis addimus, quod tanti Pontificis sententiae circa S. Josephum ita permultae sunt et clariores, ut plane demonstrent ut Patriarcham optimum adeo locum occupare, ut ad nostrum modum concipiendi de eo dici possit sine macula originali fuisse conceptum.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Veni, Domine Joseph, et ostende filiis tuis faciem tuam et salvi erimus.* A summo coelo sit egressio tua et terra nostri sancti Instituti enarrabit gloriam tuam, et opera manuum tuarum annuntiabit existentia nostra. ¶ Benedicant te omnes filii tui in sæcula sæculorum. A summo coelo....

DIA 5 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Dicimus non properasse facere, quod erat legitimum; sed patientia supra legis modum perfecta sustinuisse, quod dubitatio salvaretur.—*Patr. Grec.*—Hæc voluntas Josephi etiam justitiæ deputatur.—*Aug.*—Merito mox occurrit Angelus, merito responsum subvenit mox divinum, cum humano deficiente consilio, justitia non deficit.—*P. Crisost.*—Joseph filii David, non tantum secundum carnem, sed etiam secundum spiritum.—*Orig.*—Blandientis affectu ei per somnium Angelus loquitur ut justitiam silentii comprobaret.—*Hier.*—Non jam solum unde timere desinat Angelus Josepho suggerit, sed etiam unde gaudeat et exaltet perpetuo.—*Chrys.*—Secundum intellectum in agonia fuit Joseph.—*Orig.*—Manife-

sta signa conceptus gravissimum suspitionis dolorem ingesserunt.—*Orig.*—Dixit Deo totum, quia quod homini diceret non habebat.—*P. Crisol.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Fuit ergo hæc procreatio pueri Jesu in te Maria, *De consensu vero viri tui Joseph. ¶ Fuit itaque Dominus Joseph in sensu dicto, virginalis ejus Pater. De....

LECTIO II.

Ex factis Leonis Papæ XIII.

Præcipuæ rationes et causæ, quibus S. Joseph Ecclesiæ Patronus nuncupatur, atque hæc ipsa maxime in eius patrociniū confidit, in eo certo sitæ sunt, quod fuerit Sponsus Mariæ et Pater æstimativus Christi. Tanta quidem erat dignitas Mariæ, ut ea nihil possit creari superius. Attamen, quum junctam sibi connubio B. V. Mariam haberet, Joseph minime dubitandum est præ aliis hanc dignitatem habuisse, qua Deigenitrix omnibus creaturis supereminet. Aliunde, quum Deus Virginem daret Josepho in Sponsam, ipse vel etiam non solum in totius vitæ consortem, virginitatis custodem, decoris testem ei datus est, sed et vi conventionis conjugalis sublimis Mariæ dignitatis particeps est factus. Præterea addamur participationem illam non ad aliud ante omnia referre videri, nisi ad gratiam quam præcipue invenire in Josepho Sponso suo Virgo desideraverit. O, si in hoc ita studiose incumbere, ut per se res exigit, omnes devotissimi S. Josephi! Sic de dogmate in dogma illud resurgeret intemeratæ conceptionis.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Laudem Domini Josephi loquetur os meum, et benedicet omnis caro nomen sanctum eius, *Potentissime Joseph, veni in occursum nostri sancti Instituti; veni, et noli tardare; veni, et relaxa facinora plebi tuæ. ¶ Ecce Maria Sponsa tua cum privilegio virginatis concipiet de Spiritu Sancto, et pariet Filium et vocabitur nomen eius Emmanuel. Potentissime Joseph....

LECTIO III.

Ex factis Leonis Papæ XIII.

D. Joseph splendet splendore dignitatis supremæ, fuit namque voluntate divina protector Filii Dei, cuius patrem omnes omnino noverunt. Inde fit, quod Verbum humiliter Josepho subiectum fuisset, obedientiam præstiterit, omniaque illa officia adimpleverit quæ Filii habent erga parentes. Ex hac duplici dignitate defluunt officia omnia, quæ parentibus a natura sunt imposita, ita, ut Patriarcha iste Sanctissimus fuerit et custos et minister, et ubi Paterfamilias incidebat, ibi et legitimus defensor. Quibus muneribus per totum mortalis vitæ curriculum, magno studio et continuo sese amor ac sollicitudini dedit Matrem puerumque tuendi, eis quæque ad victum et vestitum necessarium erat acquirendi; à morte Infantem liberavit, insidiis minitatum invidiæ regiae, eum singulatim subripiens in tutum locum reposuit; et in aerumnis itineris et moeroribus exilii comes semper, sustentatio et auxilium fuit Mariæ et Jesu. Hic numquam homo splendens altioris meriti dignitate per dispensationem divinam, atque ipsamet dispensatio nobis proponeret hominem nequam foeditissimumque erimine Adæ? Quodcirca, manentibus ceteris

omnibus maculatis, Josephum exclusum fuisse forteque propter reverentiam et pietatem sine peccati labe conceptum, existimamus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ave, Joseph, gratia plene, et fortitudine, Dominus Jesus Filius tuus est tecum; *Benedictus tu es in omnibus hominibus, et benedictus fructus Sponsæ tuæ Mariæ. ¶ Ecce Maria Sponsa tua concipiet de Spiritu Sancto et pariet Filium et vocabitur nomen eius Emmanuel. Benedictus....

DIA 6 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Secum ipse Joseph cogitationum suorum fluctibus æstuando, ab ipsa etiam Virgine studuit abscondere tanti causam doloris—*Chrys.*—Dominicum pignus sic suo servavit in pectore, ut illud tota corporis externa nescirent.—*Pet. Crisol.*—Virum Mariæ, Vir ejus humanus erat, expersque Passionis.—*Pat. Grec.*—Per humilitatem Joseph dicitur fugisse Jesum Filium suum.—*Crist.*—Accipe in hoc non meam sed Patrum sententiam. Propter hoc Joseph voluit dimittere Virginem, propter quod Petrus Dominum a se repellebat dicens: exi a me Domine.—*Bern.*—Ubique in Joseph Justi gratia et persona servatur.—*Amb.*—Beatissimus Joseph fuit solus in terris magni concilii coadjutorem fidelissimum.—*Ber.*—Beatissimus Joseph fuit revera homo virtutis.—*Ber.*—Joseph autem vir ejus cum esset justus in Verbo, justus in facto, justus in lege, justus in judicio gratiæ.—*Orig.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In originali nativitate et filiatione Jesu, dum in animo nascitur *Verissimum est etiam dicere, ¶ Quod tam ex Maria, quam ex Josepho natus est Jesus in suo corde.—Verissimum.

LECTIO II.

Ex factis Leonis Papæ XIII.

Quæ domus Nazareth a Josepho scite dirigebatur cœlestis Patris auctoritate exordia ferebat nascentis Ecclesiæ. Nam quemadmodum Maria est Mater Domini Nostri Jesuchristi, eodem modo est omnium Christi fidelium, quos juxta crucem in Golgotha inter cruciatus acerbissimos peperit; ita, ut Redemptor sit quasi primogenitus inter Christianos, qui eius sunt fratres per adoptionem et redemptionem. Quo fit, ut vi harum omnium rationum sibi maxime creditas videat turbas, ex quibus tota Ecclesia coalescit; hanc, nempe, familiam per totum orbem terrarum multiplicatam, super quam ipse sponsus Mariæ, parens legalis Christi paternam exercet auctoritatem. Unde sequitur consentaneum propriumque est, quod quum olim domus Nazareth sancta pervigilique protectione necessitatibus subveniebat; nunc etiam cœlitus Christi, protegat Ecclesiam. Si autem talis est Joseph apud Deum et, apud homines, cur illum Ecclesia non venerat sine labe conceptum?

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Respiciens de longe, ecce video potentiam domini nostri! Josephi venientem, en nebula totam terram tegentem; *Quia datum est ei regnum et honor,

omnibus maculatis, Josephum exclusum fuisse forteque propter reverentiam et pietatem sine peccati labe conceptum, existimamus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ave, Joseph, gratia plene, et fortitudine, Dominus Jesus Filius tuus est tecum; *Benedictus tu es in omnibus hominibus, et benedictus fructus Sponsæ tuæ Mariæ. ¶ Ecce Maria Sponsa tua concipiet de Spiritu Sancto et pariet Filium et vocabitur nomen eius Emmanuel. Benedictus....

DIA 6 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Secum ipse Joseph cogitationum suorum fluctibus æstuando, ab ipsa etiam Virgine studuit abscondere tanti causam doloris.—*Chrys.*—Dominicum pignus sic suo servavit in pectore, ut illud tota corporis externa nescirent.—*Pet. Crisol.*—Virum Mariæ, Vir ejus humanus erat, expersque Passionis.—*Pat. Grec.*—Per humilitatem Joseph dicitur fugisse Jesum Filium suum.—*Crist.*—Accipe in hoc non meam sed Patrum sententiam. Propter hoc Joseph voluit dimittere Virginem, propter quod Petrus Dominum a se repellebat dicens: exi a me Domine.—*Bern.*—Ubique in Joseph Justa gratia et persona servatur.—*Amb.*—Beatissimus Joseph fuit solus in terris magni concilii coadjutorem fidelissimum.—*Ber.*—Beatissimus Joseph fuit revera homo virtutis.—*Ber.*—Joseph autem vir ejus cum esset justus in Verbo, justus in facto, justus in lege, justus in judicio gratiæ.—*Orig.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In originali nativitate et filiatione Jesu, dum in animo nascitur *Verissimum est etiam dicere, ¶ Quod tam ex Maria, quam ex Josepho natus est Jesus in suo corde.—Verissimum.

LECTIO II.

Ex factis Leonis Papæ XIII.

Quæ domus Nazareth a Josepho scite dirigebatur cœlestis Patris auctoritate exordia ferebat nascentis Ecclesiæ. Nam quemadmodum Maria est Mater Domini Nostri Jesuchristi, eodem modo est omnium Christi fidelium, quos juxta crucem in Golgotha inter cruciatus acerbissimos peperit; ita, ut Redemptor sit quasi primogenitus inter Christianos, qui eius sunt fratres per adoptionem et redemptionem. Quo fit, ut vi harum omnium rationum sibi maxime creditas videat turbas, ex quibus tota Ecclesia coalescit; hanc, nempe, familiam per totum orbem terrarum multiplicatam, super quam ipse sponsus Mariæ, parens legalis Christi paternam exercet auctoritatem. Unde sequitur consentaneum propriumque est, quod quum olim domus Nazareth sancta pervigilique protectione necessitatibus subveniebat; nunc etiam cœlitus Christi, protegat Ecclesiam. Si autem talis est Joseph apud Deum et, apud homines, cur illum Ecclesia non venerat sine labe conceptum?

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Respiciens de longe, ecce video potentiam domini nostri! Josephi venientem, en nebula totam terram tegentem; *Quia datum est ei regnum et honor,

et omnis populus, tribus et linguae servient ei.
 ¶ Potestas Domini Josephi, potestas aeterna, et non auferetur; ideoque regnum eius non erit finis. Quia datum....

LECTIO III.

Ex factis Leonis Papae XIII.

Sane intelligetis, Venerabiles Fratres, quod iuxta Patres Ecclesiae sacramque liturgiam ille Joseph praeteriti temporis, filius Jacob praefiguravit hunc nostrum qui, in sua gloria alitudinem custodis futuri sacrae Familiae manifestavit. Revera, praeterquamquod eodem nomine vocaretur, quod quidem non per se nullam refert significationem, aliae praeclarae vobis notissimae inter illos similitudines existunt. Quam primum observandum hesteraum Josephum talem obtinuisse favorem, ut secundus esse mereretur a rege; et accepta rei domesticae procuratione, bene prospere et abunde in ea se gesserit. Altera et praecipua interest similitudo, quod permissa regis regni navem amplissimis facultatibus gubernavit, et in eo calamitatis publicae propter angustias annonae egestatesque consilii, tanta sapientia ac prudentia necessitatibus ivit subsidio Aegyptiorum accolarumque circumvicinorum, ut rex eum, Jesum, idest, mundi salvatorem, vocare sanciret: tantum illo antiquo iste novissimus conferet. Nam, eodem modo, quo bene beateque se res familiares haberent ille curavit, ac quam celeriter magni regnum fecit; nonaliter hodiernus reputari debet defensor et protector universalis Ecclesiae, domus vere Domini strenuissime aedificatae et regni Dei super terram. Quamobrem cuncti Christi fideles cuiusvis conditionis, sexus, statusque vivendi multas habent ra-

tiones, cur sese paterno tutamini committantur. magni decoris addamus esse nobis, quod tantus protector et propugnator noster spolia gratiae originalis Satanae tradidisset. Quod certo fuisset, nisi per modum similitudinis Mariae absque peccato Joseph conciperetur.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Obsecro, Domine Joseph, et mitte protectionem tuam, quam missurus es, et vide afflictionem filiorum tuorum. *Sicut locutus es, veni et libera nos. ¶ Veni, et libera nos filios tuos ut sobrie et iuste et pie vivamus in nostro sancto Instituto, expectantes beatam spem et adventum gloriae magui Dei sicut locutus es.

DIA 7 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Sancta Maria, quasi luna, et beatus Joseph velut sol cum undecim stellis, id est, beatis apostolis incurvati et prostrati sunt ante eum; et impleta est prophetia quae dixerat; laudate eum omnes stellae. —*Aug.*—Quis est ille quem parentes et fratres adoraverunt super terram, nisi Christus Jesus quando eum Maria et Joseph, eum discipulis adoraverunt. —*Amb.*—Desponsata est Josepho deipara, ut is ei tutor, curator, atque adiutor praesto esset in omni vanitate temporum. —*Chrys.*—Beatus Joseph in beata Virgine tuenda patris curam exhibuit. —*Teof.*—Crediderim de Matris continentia facilius Sponse ejus custodienti, et experienti, quam ipsi quoque virgin

de sola conscientia se defendenti.—*Bern.*—Ille Joseph erogavit triticum, noster erogare dignatus est Verbum: in illo Joseph ampliacionem non habet nisi sola *Aegyptus*, in nostro Josepho augmentum habere meruit universus mundus.—*Aug.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias

R O felix divinus Joseph, cui datum est quod nulli umquam hominum aut angelorum,*Concessum fuit. V Ego ait Jesus conversatus sum cum Josepho Patre meo in omnibus. Concessum....

LECTIO II.

Ex factis Leonis Papae XIII.

Omnes patresfamilias habent in Josepho vigilantiae sollicitudinisque paternae nobilissima exempla; coniuges vero exempliar perfectum amoris, conformitatis et fidei coniugalis, simul qui innupti manent virginitatemque colunt in eo exemplum et protectorem reperient. Discite, igitur ab eo et vos, qui genere estis nobiles, quomodo in rebus adversis vestram servetis dignitatem; et vos, divitiarum pleni, quae praemia laborum cupere et quaerere debeatis. Et vos, fabri et inopes, quique neque divitiis abundantis, neque summa egestate afficimini, vestrum omnino est Josephum adire eumque vobis imitandum constituere. Quamvis autem Joseph stirpe regia esset oriundus, atque unitus iugali matrimonio optimaes sanctiorique mulierum et Dei Filii Pater putaretur, hoc minime impedivit quominus fabri lignarii officio vacaret per totum vitae curriculum, posceretque ex eo necessarium familiae suae victum. Non est ergo quod existimetur nihil esse paupertate et humilitati abiectus; nam, non solum manuum

opus nullius est dedecoris, sed etiam committante virtute et nobilitari et grande evadere potest, Joseph enim sua sorte contentus magno tulit animo mediocritatem fortunae, non secus ac eius Filius, qui cum esset dominator totius orbis, et formam servi accipere voluit et indigentia omnium rerum subiici sponte sua permisit. Qui vero tam perfecte omnia est operatus tamque digne cum Jesu et Maria se gessit, nobis certe videtur ab omni peccati labe immunem fuisse conceptus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Hodie scietis, quia veniet Dominus S. Joseph et salvabit nos; et mane videbitis gloriam eius.*Domini Josephi est una sancta, catholica et apostolica Ecclesia; orbis terrarum et nos filii sui qui habitamus in nostro sancto Instituto. V Revelabitur gloria Domini Josephi et videbit omnis caro salutare suum. Domini....

LECTIO III.

Ex factis Leonis Papae XIII.

Praxis est adeo salutaris et laude admodum digna, nonnullis nationibus pervulgata ut per totum mensem Martii quotidianis publicisque precibus operam detur in honorem Sanctissimi Patriarchae. Ubi autem non adeo facile haec praxis invaluerit, ibi in parochia illius loci celebrare per triduum honores S. Josephi vellemus. Singulos enim fideles earum, in quibus decima nona dies mensis Martii, festum huius Sancti Patriarchae de praecepto celebrari non est adhuc iniunctum, hoc, quantum fieri poterit, piis operibus agere exhortamus; et quibus cumque devote sequentem hanc orationem recita-

rent, concedimus toties quoties indulgentiam septem annorum et septem quadragenariorum. Ad te, Be-
atissime Joseph, recurrimus in tribulatione nostra,
et auxilio precato purissimae Sponsae tuae, in tuum
patrocinium confidimus. Per charitatem illam, qua
tecum Dei gentricem coniunxisti et paternam tuam
dilectionem erga puerum Jesum, te supplices exora-
mus, ut haereditatem nobis Christi praetioso san-
guine donatum prospicere digneris, et subvenire
nostris necessitatibus. In vigila ergo, prudentissi-
me custos Sacrae Familiae, gregem dilectum Chri-
sti; arceas a nobis, clementissime Pater, pestife-
ram omnem corruptionem, assiste de coelis contra
diabolum; et, sicut olim puerum Jesum capi-
tis periculo liberasti, ita nunc ab insidiis inimico-
rum Ecclesiam defendas, et nos omnes tuo poten-
tissimo patrocinio tuearis; ut exemplo tuo et te
auxiliante, sancte vivamus, securius moriamur et
aeternam mercedem consequi mereamur.—Amen.
Postquam hanc adeo piam et perfectam orationem
attente consideravimus, iterum atque iterum sequi
videmur, Josephum sine peccati concipi potuisse;
nam ita vocatio, suprema officia habitusque eius et
continua cum Jesu conversatio praerequisitebat.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ave, Joseph, gratia plenus, Dominus tecum,
Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altis-
simi obumbravit tibi.*Ave Joseph, quod nascetur
ex Sponsa tua erit de Spiritu Sancto; vocabitur Fi-
lius Dei; dabit ei Dominus Deus sedem David patris
eius. ¶ Ideoque salvatorem expectamus Dominus S.
Josephum, qui per suam potentissimam protectio-

nem formabit corpus nostri sancti Instituti. Ave
Joseph....

DIA 8 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Senex ille Joseph beatissimae Virginis Mariae
Sponsus veneratione omni est dignissimus.—*Epif.*
Josephum consortem et mysterii hujus mediatorem.
—*Chrysost.*—Joseph apostolorum habet speciem, qui-
bus Christus circumprendus est creditus.—*Hil.*—Jo-
seph figurat prædicatores, qui augmentant gentem
Domini.—*Ans.*—Tu (peccator) quærens cum Joseph
et Maria Jesum certissime illum reperies.—*Orig.*—
Alius anulus quem beatus Joseph dedit beatissimæ
Mariæ in Sponsalia, est in regione Sabandiæ in op-
pido vulgariter nuncupator (la Gabela) prope Alpes,
in quo in hujus sancti anuli memoriam solum an-
ulum portant mulieres uxoratæ non tamen aliæ.—
Nicet.—Beata Virgo et Joseph fuerunt ejusdem non
solum tribus sed etiam familiæ—*Hilar.*—Omnes
simul enarrant ex Dei revelatione beatam Virginem
Josepho fuisse in Sponsam traditam.—*Nicet.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. O Joseph, uxor tua pariet Verbum incarnatum,
*Et tu habebis tale privilegium in honorem. ¶ Ut si
tuipsemet revera eum genuisses quia impones eum
nomen. Et....

LECTIO II.

Praedestinatio Jesu, Mariæ et Josephi.

Sanctissima et individua Trinitas ab æterno decre-
vit: Verbum divinum humanam carnem assumptu-

rum, ut genus humanum a morte liberaret; unde, ut ait D. Thomas, factum est Deum hominem factum, ut homo fieret Deus; qui homo Deus primum ad Patris dexteram occupare locum, debuit quia ipse est prædestinatus tamquam Filius Dei ab origine mundi. Simul etiam prædestinata est beata illa creatura, quæ Mater Christi esse deberet; quapropter Cardinalis de Cusa dicebat; Primum prædestinatorum omnium caput, est Christus, et post Christum locum nobilissimum Sanctissima Virgo inter prædestinatos habet. Quod iam antea per Mariæ labia ipse Spiritus Sanctus dixerat; Ab initio et ante sæcula creatus sum. Quum autem per electionem divinam Mater Unigeniti Patris, virginitate manente, esset desponsata, hinc est, ut statim ac Maria fuit, prædestinata, prædestinatus est etiam Joseph dicens; Ab æterno ordinatus sum et ex antiquis antequam quidquam faceret a principio. Iste homo admodum privilegio munitus, exemptus cum Maria præceteris Adami filiis; atque ita exemptus, ut ille et alius nemo Sponsus meruerit esse Mariæ, comitari et custodire eam, et tum illi, tum eius Filio quod opus erat auxilium præstare, qui Sponsus Mariæ et Pater Jesu dictus et habitus erat, proprias habere gratias, virtutes, privilegia, benedictionesque debebat, et ante omnia et præ omnibus concipi sine munditia peccati. Ita Regius propheta spiritu raptus ad citharam cecinit; Praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis, id est, absque amaritudine peccati; posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso, id est, absque labe originali conceptus.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Dominus Joseph dixit ad Jesum; Filius meus es tu, quia ego per Spiritum Sanctum genui te.* Laetentur coeli et exultet terra ante faciem Domini Josephi. ¶ Christus Jesus qui vocatur Admirabilis, Deus, Princeps pacis, Pater futuri saeculi, natus est nobis in splendoribus sanctorum. Laetentur coelis....

LECTIO III.

Maria et Joseph in mente Altissimi.

Immaculata et divina Maria et Joseph eius Sponsus immediate sunt à Jesu secundi quia iste unicus eorum fuit Filius; quocirca possumus affirmare, quod post Jesum Maria optimum obtinuit locum etiamque Joseph adeo statim post Mariam fuit praescitus, ut per Isaiam, loquente Sapientia, utramque ita coniunxerit prædestinationem, ut diceret, futurum tempus fore, quum puer cum inupta virgine una habitaret, Sponsus de Sponsa laetaretur, sic enim ait; Habitabit juvenis cum Virgine et gaudebit Sponsus super Sponsam. Quod est exactius impletum in personis Mariæ ac Josephi, nam secundum Evangelistam Lucam, Maria fuit desponsata Joseph; quorum verborum interpretes nonnulli Patres Concilii Vaticani in suum desiderium venire dixerunt, ut suos in fidei firmaretur populo eos fidentissime invocandi huiusmodi verbis; Sancta Maria, ora pro nobis; Sancte Joseph, ora pro nobis; Almi parentes Christi, orate pro nobis. Apud quos perspicuum est admirabilem Christi parentum prædestinationem sustineri posse. Hi certe nostram sententiam inferri docuere, neque solum de immaculata Virginis conceptione, sed de Josepho etiam, quum pro utroque eadem militet paternitatis ratio. Neque mirum si per conceptionem ab omni culpa immunem à ceteris seligantur

Piissimæ

nam Deus longe ante idem omnino fecerat, eos purrissimos Christi parentes constituendo.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Audite verbum Romanorum Pontificum gentes, anuntiate illud in finibus terrae, quia Salvator noster Joseph adveniet. *Anuntiate et auditum facite, loquimini et clamate. ¶ In diebus illis stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lac et mel, et salvabitur populus christianus per suam potentissimam Protectionem. Anuntiate....

DIA 9 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Dicitur Josephum et Mariam veros ad matrimonium habuisse consensus.—*Amb.*—Joseph et Maria,ambo simul virginitatem promittunt.—*Aug.*—Ut deciperet dæmonem, qui semper in sapientia gloriatur in desponsationem Maria Josepho a sacerdotibus traditur.—*S. Ign.*—Fabrilia namque cum in hominibus esset faciebat opera aratra et juga conjiciens.—*Justin.*—Ipsam vero Josephum in omnibus artibus mechanicis fuisse expertum.—*Amb.*—Si mihi non credis Mariam semper esse Virginem, crede igitur vel Marito.—*Chrys.*—Joseph autem vir ejus; vir dicitur Joseph, quia nullius fæminæ commistionem agnovit.—*Orig.*—Ex conjugio virginali virgo Filius nasceretur.—*Hier.*—Joseph in cunctis prospere se gessit quia in omnibus divinæ voluntati se subiecit, nec ipsi resistere voluit.—*Greg.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R De nostro divino Josepho superior ac gubernator Domus Domini,*Quadrat dicere de illo. ¶ Sol et luna steterunt in tabernaculo suo; id est, Jesus sol Justitiæ et Maria luna speciosissima. Quadrat....

LECTIO II.

De arcissima. unione inter Jesum, Mariam et Josephum.

Talis est unio quæ inter Jesum, Mariam et Josephum intercedit, ut in ordine rerum, alia persona ab alia separata minime concipi potest; nam de Virgine ad divinam maternitatem destinata, cogitare nequit, quin Josepho desponsata cogitetur; unde sic dici potest; Priusquam oriremur, iam apud Deum eramus, antequam essemus facti nos in mente conceperat; quoniam Dominus possedit nos ab initio viarum suarum; quapropter a principio et ante sæcula super omnia nos elegit ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius. Quæ quum ita sint, bene dicere possumus primum prædestinatum fuisse Dominum Nostrum Jesum Christum; secundum, eius divinam Matrem Mariam; tertium vero fuisse S. Josephum; qui omnes prædestinati fuerunt, quo vulgo dici solet, per modum unius; quoniam, Deo ita jubente, Jesus minime cogitatur sine Maria et Josepho; neque Maria sine Josepho facile Deipara et desponsata concipitur; nec quidem Joseph cadit in mentem sine Maria Sponsa et Filio Jesu; et nequaquam existimari possumus, quod non fuerint electi ut sancti essent simul et immaculati. In eorum ergo labiis reponamus verba Apostoli dicentis; Elegi nos ut essemus sancti et immaculati ante

mundi constitutionem. Tanti refert Josephum a conceptione immaculatum considerare.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Venite, ascendamus ad montem Domini S. Josephi et docebit nos filios suos vias nostrarum regularum,* et ambulabimus in semitis eius; quia de eius protectione exhibit consolatio nostra. V Visita nos in pace quia nos filii tui te diligimus ex toto corde et omnibus viribus nostris. Et ambulabimus....

LECTIO III.

*Propter praedestinationem potuit esse Joseph
—immaculatus.—*

Jesus vi electionis et primae praedestinationis fuit essentialiter immaculatus in sua conceptione tanquam de Spiritu Sancto conceptus, ac praeterea essentialiter impeccabilis: Maria vi propriae praedestinationis fuit per gratiam et privilegium concepta sine peccato; et sibi ab illo primo instante omnis sanctitatis plenitudo concessa fuit, quae sacrae Verbi humanitati concessa non fuerat. Eodemque modo Joseph conceptus fuit, eique illam gratiarum abundantiam Deus est dilargitus, quam vel ipsi eius Matri denegaverat. Minime igitur sacras personas, Jesum, scilicet, Mariam et Josephum confundentes, idque honoris, gloriae, laudis et benedictionis Jesu tribuentes, veluti Deo et vero homini ferenti in femore sculptum; Ego sum rex regum et Dominus Dominantium; illud omne etiam Mariae elargientes, quod gratia plenae, quod inter mulieres benedictae, quod inveniendi gratiam apud Dominum, quodque demum verae Dei genitrici dari poterat; tribuamus

ergo S. Josepho omne quod ei convenit, cuius praecipuum est illum e conventu communi hominum seligere, ne ullo modo afficiatur solemnium Concilii Tridentini decreto sic se habenti; omnes omnino homines in foeditate peccati fuerunt concepti. Nos autem, quod penes nos est magno quidem gaudio et una cum Ecclesia dicemus Josephum de numero perditorum unquam fuisse, quoniam absque omni culpa conceptum fuisse putamus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Lux fulgebit hodie super nos quia tanquam immaculatus natus est nobis Dominus Joseph et vocabitur noster potentissimus protector. V Dominus Joseph regnavit, decorem et fortitudinem indutus est. V A Domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris et firmabit nostrum sanctum Institutum; quia cor nostrum paratum est. A Domino....

DIA 10 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Josephum appellant tutorem Mariae — *Aug.* — Josephum cognovisse Incarnationis mysterium docent. — *Bas., Ber., Chrys., Teof. et Ambros.* — Et voluit occulte dimittere eam, ut Petrus dicens: exi a me quia peccator sum; ut Centurio affirmans: Non sum dignus ut sub tectum meum intres. — *Teof. et Orig.* — Noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est de Spiritu Sancto est: nec timeas, hoc est, tu times adjungi illi, quia ex Spiritu Sancto concepit, sed ne timeas accipere

eam.—*Teof.*—Accipe Mariam conjugem tuam: hic praecipit Angelus Josepho ut in animo suo quo eam deposuerat Virginem accipiat.—*Chry.*—Constituit eum Dominus domus suae, et principem omnis possessionis suae, dicendo: Accipe Mariam conjugem tuam.—*Ber.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph Virgo Sponsæ Virginis ante et post partum sæcunditate gavissus est. *Ac ejus fructus cujus odor lætificat cœlum et terram. ¶ Et universae opprobrium abstulit hæreditatis. Ac....

LECTIO II.

Quis sit Joseph apud theologos non paucos.

Theologi multi illustres et graviore communitè sentiunt S. Josephum in secundo suae conceptionis instante sanctificatum fuisse; ita illi rationis usum praemature luxisse, ut a primo principio Deo maximas gratias propter divinam suam vocationem agere potuerit; ut Baptista cognovisse in ipso utero matris se vocatum ut Messiae promissi pater esset; illi dona scientiae infusae altissime fuisse communicata; delicias sublimioris contemplationis possedisse; semper virtutes omnes exercuisse, idque tam mire atque proficue ab initio praestitisse, ut eas sic augeret, ut condecebat illum, qui vir perfectus iustus esse debebat et revera fuit, quia ille unus ex omnibus Mariae Sponsus fuit praedestinatus ac Pater nominatus Jesu. Et quum talis fuerit Joseph, cur non dicemus illum fuisse unicum iustum similime ac Maria conceptum, proindeque sine labe peccati? Amemus, honoremus, glorificemus, laudemus et ut par est, superexaltemus Jesum, Mariam

et Josephum et cum Ecclesia centies millies devote canamus; Jesus, Joseph et Maria vobis ad ultimum agonem commendo cor et animam meam; estote mihi in protectores, et per vos fiat ut magno cum gaudio vobis reddam spiritum ultimum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Montes universi, ramos vestros expandite, florete et fructus facite; quia prope est ut veniat dies protectionis nostri Josephi. *Erumpant montes iucunditatem et colles iustitiam, quia de nostro sancto Instituto exhibit lex et Verbum Domini Josephi de filiis suis. ¶ Aspiciam vos filios meos et crescere faciam; multiplicamini et feriam pactum meum vobiscum. Erumpant....

LECTIO III.

Dominus Joseph cum Jesu et Maria conversans.

Commulatissimas gratiae divitias, donorum, privilegiorum, praecellentisque sanctitatis et perfectionis quas S. Joseph ante nuptiarum celebrationem habebat, mortalium quis poterit numerare? Nec minus quidem divinas illas divitias temporis decursu conglomeratas, vitam degens apud singularem illam mulierem, Sponsam veram suam divinam Mariam, quae iam Mater meruerat esse Dei. Thesauri divini virtutis, gratiae atque perfectionis quos magis ac magis cumulabat Joseph propter Verbi humanati coniunctionem, familiaritatem et consuetudinem, tot semper ac tales erant, ut beato illi homini expediebat, qui ex eius vocatione ac fidelitate non solum adfuit mysteriis Dei hominis, sed etiam in magno opere redemptionis humani generis eius meruit esse corredemptor. Quapropter, qu-

um solus sit Joseph qui gereret personam a Deo constitutam ut esset caput super familiam suam, eamque vigilaret, gubernaret, aleret, vestiret, transferretque ab uno in alium locum, illum forte posset dici immediate post Sanctissimam Virginem, solum inter homines meruisse sine originali labe concipi.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Pater Jesu adveniet Joseph, quem plures doctores Sanctae Ecclesiae prædicarunt protectorem populi christiani esse venturum. *Super ipsum continebunt sacerdotes os suum et ipsum omnes alumni sui fideliter præcipientur. ¶ Ante multum tempus prophetavit Ezequiel; Vidi Josephum tamquam portam clausam, ex qua Virginitate Deus procedebat pro salute mundi et post partum eius Sponsae Mariae, ille permansit Virgo, Super ipsum....

DIA 11 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Et vocabis nomen ejus Jesum: his verbis fuisse dignitatem Patris Christi traditam a Deo fertur.—*Chrys.*
—Dolebant Maria et Joseph pueri absentiam, non quia ipsum perditum putarent, sed dolebant ne forte relinquens eos, reversus esset ad coelos, et cum illi placuisset iterum descensurus.—*Orig.*—Nomen Joseph lingua hæbraica salvatorem significare, et Joseph habuisse nomen Jesus.—*Hier.*—Virum Mariæ, hoc est prorsus ineffabile et nihil præterea dici potest.—*Damas.*—Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te:

hic Pater Domini veri totius mundi salvatoris est Joseph appellatus.—*Ber.*—Nec enim propterea non erat appellandus Joseph Pater Christi quia illum non generat.—*Aug.*—Etsi Joseph nihil habeas in hac generatione commune, tamen quod est proprium Patris, quodque nihil Virginis laedit dignitatem hoc tibi facile concedo.—*Chrys.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quam fuerit fidelis et prudens Joseph, ex eo cogita, *Quod Dominus super charissimam familiam quam dignatus est constituere in mundo eum constituit. ¶ Quia est Joseph de quo Pater dixit: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quod....

LECTIO II.

Communis vivendi ratio Josephi cum Jesu et Maria.

Soli Josepho favor et singulare privilegium concessum fuit divinum Infantem in suis brachiis sapissime habendi, illumque in cor premendi; illi uni datum, non ut praesens tantum, sed ut fidelissimus fortunatissimusque cooperatores adesse ineffabili mysterio Incarnationis Filii Dei in virgineis visceribus castissimae Sponsae suae; illi videre nascentem puerum in praesepio Bethlehem; adstare Circumcisioni, Epiphaniae, et eius oblationi in templo, iam tum illum Deo consecrando ad salutem generis humani. Soli Josepho datum per diu cum Maria Sponsa Virgine habitare; cum ea fideliores sui ipsorum consecrationem Aeterno Patri facere; cum ea una eademque manducare mensa; eius centinusta uti conversatione, eiusque necessitudine, ac divinis

etiam exemplis. Sibi scli concessam per ineffabilem dignationem curam ad Dei Infantis vitam ab Herodis ira tuendam, recedendo in Ægyptum. Ei etiam datum suis manibus cibum ministrare puero in edendo; illi et ipsum alere Deum et eius divinam Matrem ex sudore vultus sui. Hinc fortasse affirmare possumus illi etiam omnia privilegia, omnia gratiarum genera, omnes favores, cunctasque benedictiones fuisse concessas; cui quomodo de nostris denegandum, quod sine originali labe conceptus fuerit. Forte dici posset; ita factum quia ita a Deo fieri potuit.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Puer datus est Josepho et Mariæ, cuius imperium non erit finis; cantata Domino canticum novum, quia mirabilia fecit. *Venite, omnes filii Josephi et adorare Dominum, quia descendit super nos admirabilis protectio. ¶ Tui sunt coeli, Domine Joseph, et tua est terra, orbis terrarum et plenitudo eius. Venite....

LECTIO III.

Joseph sanctorum omnium excellentissimus.

Joseph donum maius accepit scientiæ infusæ, contemplationem altiore, firmioremque confirmationem; ille etiam summopere habuit visionem beatificam; illi redemptionis mysteria revalata sunt; ille per extasim ipsam sine velamento vidit divinam Essentiam, ille Christi præcursor ad limbi patres, eius nuntiare venisse mortis et peccati victorem et ipsos ab illis vinculis liberatis nuperime ad coelestem civitatem migraturos. Sequendum ergo nobis est Josephum unum unicumque

sanctorum ita a Deo fuisse decoratum, ut nemo alius unquam aut inventus aut inveniendus esse queat; quia ipse solus est in ordine hypostatico divinam simul terræ Trinitatem informans cum Jesu et Maria. Hunc ergo virum ita sanctissimum deificumque pene gratis infinitis adoremus; tam potentem sanctum et miremur et laudemus et glorificemus, vocique nostri Leonis Decimi Tertii Pontificis Maximi obsequentes eius auxilium ad regendam salvandamque Ecclesiam ploremus, ut papatum incolumem servare dignetur, universam Ecclesiam cum filiis omnibus et singulis defensam dirigat; et nos Missionarios Iosephinos et Filias Mariæ et Josephi salvet semper et muniat; ut duas familias suorum dilectorum purissimi sui cordis filiarum largiatur petitam gratiam fidelissimæ vocationis. Ut etiam in earum cordibus puritas et innocentia infundatur, in animabus candor divinæ gratiæ, quodque omne petimus et impetrare lætamur, eoque securius quo illum ex toto corde beatissimum prædicamus, de quo haud dubitamus dici deberi; Nec similis visus est, nec habere sequentem; de quo forte dicendum simili modo quo eius Sponsa fuit sine labe originali concepta, ita et ipsum fuisse.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Sederunt principes, et adversum me loquebantur et iniqui persecuti sunt me. *Adiuvam me, Domine Joseph, quia filius tuus ego sum. ¶ Video coelos apertos, et Dominum Josephum stantem a dextris virtutis Jesu. Adiuvam me....

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Solus denique in terris fuit beatus Joseph magni concilli coadjutor fidelissimus.—*Ber.*—Joseph Sponsus Virginis circumferens Christum nunc in Ægyptum nunc in Judæam designat apostolos Christum prædicantes.—*Hil.*—Habe Joseph cum Maria conjugæ tuæ commune virginitatem membrorum, quia de Virginis membris virtus nascitur angelorum. Sit Maria Mater Christi in carne sua, virginitate servata. Sis autem et tu Pater Christi cura castitatis et honorificentia virginitatis, ut de virgineis membris Genitricis. Gaude itaque Joseph nimiumque congaude virginitate Mariæ qui solus meruisti virginalem affectum possideri conjugii; quia per meritum virginitatis, ita separatus est à concubitu uxoris, ut Pater dicaris Salvatoris.—*Aug.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. A Joseph nostri mandatus, Dei Filius Creator cœli et terræ *Subditus obediensque per multos annos fuit. V. Sæpius enim Christus à Joseph ut bonus Filius à Patre, veniam petebat aliquid faciendi. Subditus....

LECTIO II.

Joseph et Mariæ corredeemptores generis humani.

Sanctissima et augustissima Trinitas, quæ lapsurum hominem paulo post creationem præviderat, iam tum decrevit illum ab ima culpa levare per Verbum divinum, qui naturam induens, non angelicam quidem, sed hanc ipsam infirmam et humanam, ut

hac ratione carnem omnem redimeret et salvaret. Quapropter eo ipso modo, quo in protoparentibus stirps humana omnino perierat, ita in Maria ac Josepho per Jesum omnis homo nasceretur. Sed quoniam Adamus et Heva creati fuerunt in statu gratiæ; ita Maria et Joseph in eodem debuerunt generari. Accedit quod Maria et Joseph possint humani generis corredeemptores nuncupari; quia Christus Dominus etiamsi conceptus virtute Spiritus Sancti, nasci voluit de Maria Virgine, Josepho desponsata; unde Jesus non solum fructus est ventris virginis Mariæ, sed etiam virginitatis Josephi, et eo magis, quo iste semper virgo permansit. Illi ergo primum more legis matrimonium inierunt, haud dissimili quam Adamus et Heva progenitores fuerant omnium prevaricatorum. Illi non solum propter castissimam, sed etiam virginalem desponsationem Filium Dei hominem factum sui coningii fructum meruerunt; istorum vero fructus tot scelerati homines, turba peccatorum, multitudo criminum. Fructus numquam præter modum miratus Josephi ac Mariæ semper Jesus extitit, sanctitas ipsa, et unde virtutes omnes et actus heroici profluere. Demum si Adamus et Heva tenebrarum locum reprobis ditaverunt; Joseph et Maria æternas cœli sedes beatissimis continuo occupant. O magni, o optimi, o Sponsi mirabiles ita considerati! Et hunc quis a splendentissimo numero unionis hypostaticæ audebit separare, deiiciens in miserum filiorum Hevæ cœtum? Nobis videtur et rationi conformius et dignitati convenientius, dignius, sanctius et verius referre simili modo ac Maria illum absque lethali labe conceptum fuisse.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In medio Ecclesiae apparuit os plurimorum doctorum; et implevit eam Deus spiritu sapientiae et intellectus. *Exit sermo inter fratres quod Dominus Joseph non mortuus est per maculam originalem in sua conceptione contractam. ¶ Utinam Sancta Romana Ecclesia suo tempore testimonium de hac quaestione perhibeat, et tunc sciemus quia verum est testimonium eius. Exit sermo....

LECTIO III.

Quod Deus coniunxit, homo non separet.

Sicut decuit, ut Maria ad hoc ut Mater Dei dignissima evaderet, summa puritate apud coelos terrasque niteret, ita etiam decuit ut Joseph purus admodum esset ut verus Dei Pater et vocaretur et haberetur. Si Maria fuit Virgo immaculata, ita et Joseph immaculatus esse debuit, tamquam omnium Virginum rex. Quapropter uterque debuit ante ortum sanctificari, et ambo debebant, uti videtur, concipi sine peccato originali. Sed si Mariam fuisse immaculate conceptam iam nunc per dogma tenetur; ita in Josepho haec ipsamet immaculata conceptio est doctrina ex eius divina vocatione exoriente, quam tenuerunt doctores non minoris notae, quam certe de traditionis fontibus hauserunt et Iosephinos omnes magno afficit gaudio et laetitia, quia illis non alio modo cum divina Sponsa Joseph uniri videtur. Quomodo aliunde a Maria poterit Joseph coniungi? quomodo illos separare, quum Dominus de ipsis praecipue dixerit; Quod Deus coniunxit, homo non separet? Et requidem vera possunt separari, quum uterque parentes Christi sint? quum eorum cogitationes, verba et opera una eademque sint? Quomodo

si Paraclytus ipse eos perfectissime unierit, dicens; Noli timere accipere Mariam coniugem tuam quod enim in ea natum est de Spiritu Sancto est? Ergo subiungendum est divinum ipsum Spiritum ab initio illos coepisse coniungi, utrisque concedens esse puros, sanctos et immaculatos.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Per te, potentissime Joseph, anima nostra sicut passer erepta est de laqueo inimicorum nostrorum *Laquens contritus est et nos liberati sumus. ¶ Adjutorium nostrum in nomine Domini Josephi, qui salvabit nostrum sanctum Institutum. Domine Dominus Joseph, quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Adjutorium....

DIA 13 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Quis et qualis homo fuerit Beatus Joseph confice ex appellatione, quae licet dispensatoria, meruit honorari a Deo ut Pater Dei et dictus, et creditus est, confice ex proprio vocabulo. Non est dubium quin bonus et fidelis homo fuerit iste Joseph, quo Mater desponsata est Salvatoris.—Ber.—Necessario desponsata est Maria Joseph.—Ber.—Simul ut et Joseph domesticus puritatis Mariae testis esset.—Bus.—Cur a desponsata conceptus sit? Ut partus ejus celaretur diabolo, dum eum putat non de Virgine, sed de uxore generatum.—S. Ign.—Quid interpretationis habet nomen Joseph, nisi quod divinam gratiam significat et expressionem Dei summi?—Amb.—Ad hoc munus desponsationis cum Maria, aptissimus inventus est

Joseph.—*Greg. Nis.*—Gaude itaque Joseph, nimumque congaude virginitate Mariæ qui solus meruisti virginalem affectum possidere conjugii.—*Aug.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster divinus Joseph est princeps regum terræ,*Et habet in vestimento et femore suo scriptum, rex regum et Dominus dominantium. ¶ Qui Dominus Christo Domino erat superior, et subditus illi erat. Et...

LECTIO II.

Quod Deus coniunxit, homo non separet.

Semper et ubique coniuncti erant Joseph et Maria Sponsa eius, non secus ac unguis digito, digitus manui, manus brachiis et brachium corpori iunguntur. Maria post resurrectionem et glorificationem tamquam regina et imperatrix coeli et terræ sedet in excelsis; et Joseph, ut eius Sponsus castissimus sedet itidem cum anima simul et corpore: Maria surgit tertio die scandens coelos choru missa mille angelorum, et Joseph post triennium a morte ad gloriam una cum Filio Jesu ascendit. Maria languens amore vitam rediit felicissimam in ulnis sui dilecti Filii, novissimis a sanctis, piis mulieribus primævisque christianis laudibus acceptis, et Josepho, amore liquescenti, Maria et Jesus prospiciunt, tam perfectum, iustumque angeli mirantur; et amoris extasis solvit artus. Maria per tres et triginta annos degit vitam cum Filio, cui ipse ad nutum parebat; et per triginta tantum annos Joseph vixit cum Jesu, et Jesus imitatur Josephum, comes eius ivit eique obedivit; Joseph angeli iussa sibi per somnum revelata Ægyptum fugiendi cum Jesu et Maria exsequi-

tur; et Maria submittitur illi, quem sequitur, cui fidem addicit, a quo, ceu mystica luna cursum post divinum solem faciens, dirigi et permittit et sinit; ambo quoque ita Patrem Æternum glorificant, dum vitam agunt in hoc sæculo, ut possit singillatim unusquisque vere repetere; Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et Joseph sic cum Maria unitus, eam in hoc præcipue momento deseruis et, quod principum et origo aliorum nominatur? Absit; visu non possibile est; velle-mus e contra sanctissimam hanc coniunctionem iam tum incepisse, quum immaculate conciperentur; immo et, si Maria quod firmiter tenemus et credimus, fuit concepta immunis a peccato originali, simili modo fuit generatus Joseph.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Gaudeamus in Domino omnes filii Josephi, de cuius immaculata conceptione gaudent angeli et colaudant Filium Dei.*Ecce Sanctus Joseph, qui in diebus suis semper et in omnibus placuit Deo et non inventus est similis illi, qui conservaret legem Excelsi. ¶ Posuiste, Domine, in capite eius coronam sanctorum omnium. Ecce Sanctus Joseph, ...

LECTIO III.

Quod Deus coniunxit, homo non separet.

Sanctum Evangelium sequentes enarrare possumus miros modos perfectissimæ unionis inter Mariam et Josephum existentes, ex quibus posse concludere immaculatam S. Josephi conceptionem videmur. Et sane, Maria conservabat in corde suo omnia, quæ de puero a pastoribus, magis, Simeone et Anna aliisque fuerant dicta, secum conferens, non propter

Piissimæ

eorum ignorantiam sed ob quemdam affectum reverentiæ erga divina mysteria; et Joseph non secus erat miratus, nam huiusmodi eventus, ita erant obiectum deliciarum suarum et cogitationum omnium, verborum et operum, ut per sæpe non esset apud seipsum præ ipsorum contemplatione. Quapropter S. Lucas sermonem de Josepho et Maria habens, dicebat; Erant Pater Jesu et Mater mirantes super his, quæ dicebantur de puero. Maria, puerum modo natum toto corde et anima amabat, eum summo gaudio ineffabilique lætitia adorans; at nulum intercedebat instans, quo Joseph illi non præstaret signa ferventis amoris et perfectioris adorationis; Maria paret Edicto Cæsaris iubentis ut ad Bethlehem adirent ad inscribendum; et Joseph assumpsit Mariam partu divino pregnantem, eamque ducit in civitatem avorum eius; Maria prompte obedit angelo dicenti; Visita Elisabeth suum canit coeleste magnificat, et Joanni, illiusque parentibus maxime gratulatur; Joseph autem comitatur illam, per montana conducit loca, in Zacharæ domum introducit; beatos ipse parentes salutatur, quibuscum lætatur propter Joannem cito nasciturum, et cum Zacharia grandia stupet mysteria promissi Messiae eiusque Precursoris. Quam magnus est Joseph! quam consona vita eius vitæ Mariæ! Ideo verius nobis dicendum est; quod Deus coniunxit homo non separet. Ast mentis ita capti erimus, ut a primo, quod est eius conceptio, instanti separaremus? Iterum ergo dicamus, quod si Maria fuit a labe originali liberata, Josephum similiter fuisse conceptum videtur.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quam medium silentium tenerent omnia et nox temporum in suo cursu medium iter haberet, omnipotens Pater noster Joseph, tamquam protector omnium Ecclesiarum de coelis a regalibus sedibus venit.*Speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis suis tamquam immaculatus in sua conceptione. ¶ Eructavit cor meum verbum bonum, lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Speciosus forma...

DIA 14 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Erant Joseph et Maria justi, quia ambobus una justitia.—*Pet. C.*—Joseph et Maria erant unus spiritus.—*Amb.*—Sic existimo, si quis ab ultimis terrarum finibus, atque ex universo hominum genere, præstantissimum conjugum inter Josephum et Mariam studiusset, nullum unquam hoc præstantius, abtiusque reperiri potuisset.—*Greg. Na.*—Virum Mariæ hoc est prorsus ineffabile et nihil præterea dici potest.—*Damas.*—Maria et Joseph, ambo nobilissimi, de domo et familia David.—*Ber.*—Non quia ex Spiritu Sancto est, idcirco te Josephum a ministerio tantæ aestimæ dispensationis extraxerunt.—*Chrys.*—Et erat subditus illis. Quis? quibus? Deus hominibus; nec tantum Mariæ, sed et Joseph. Utrique stupor! utrinque miraculum!—*Ber.*—Christus in prima aetate subditus Joseph, omnem laborem corporalem et obedienter sustinuit. Jesus autem Josepho subdito, omnium etiam simul perferendo labores obedientiam declaravit.—*Bas.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Dicunt aliquando reges, praeclarus est mihi minister,*Et divinus Joseph possit dicere. ¶ Ministros ego habui quibus meliores nec Deus habet, sed nec habere potest. Et....

LECTIO II.

Quod Deus coniunxit, homo non separet.

Inter divinas relationes, quas inter Josephum et Mariam numeravimus, adhuc aliae videntur adstruendae et obtutu valde dignae quibus iuvat etiam posse conceptionem immaculatam S. Josephi concludere. Maria totam vitam agit in templo Jerusalem in sanctificatione intenta, ut aperte constaret omnibus eius virginitatis professio; Joseph sanctificationem propriam in artificina perficit, oraculi species habens ob virginitatem servatam coram iudeis omnibus. Maria seligitur ad nuptias cum Josepho, Spiritu Sancto communicante atque inspirante sacerdotibus templi; Joseph autem sortitur illam in Sponsam postquam singulare signum factum est. Maria stupet absque turbatione cordis tamen ad verba Gabrielis archangelis, modo namque perfectissimo nunciatum sibi mysterium sciebat; similiter obstupescit Joseph videns ingravescentem Sponsam propter Dei Filii incarnationem; fidens tamen animi, quin cogitationis nequam esset conscius, quum magno potius stupore sibi videret iamdudum convenire divinum cognomen Patris Aeterni Filii, et terque quaterque humilior Petro aiebat, Exi a me, Domina, quia servus Dei ego sum. Hac propter angelum, qui Mariae solatium praeiuit, dicens; Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum, ad consolandum

Josephum, ait; Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Si autem Maria nittuit per omne tempus ea sanctitate, qua potioem sub coelo cogitari nemo potest, Joseph maiori post Mariam puritate semper eluxit. Unde iura videmur concludere posse, quod si Maria sine corde culpae originalis concepta fuit, absque culpa Joseph debuit etiam concipi.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Notum fecit Dominus Joseph salutare suum in Universa Ecclesia,*et ante conspectum omnium filiorum tuorum revelasti tuam potentissimam protectionem. ¶ Haec dies illuxit nobis, et descendit lux magna super nos. Et ante conspectum

LECTIO III.

Quid esset Joseph immaculatus in sua conceptione.

Quum de conceptione immaculata D. Josephi agimus, maximo ex modo nobis expedit nostram statuere ideam eamque oculis clare praebere; ne forte credatur nos velle aliquid illi tribuere, supra ea quae ipsius propria videntur. Itaque, quum illum exhibeamur immaculatum in conceptione, minime nobis ea insidet mens ut asseramus eum esse idem ac Maria, quemadmodum aequaquam affirmamus Mariam idem esse ac Jesum, quum de ipsorum gloriis praeconium apud populum faciamus. Voluimus tantum dicere in omnibus nostris articulis de possibilitate immaculatae Josephi conceptionis illum non fuisse conceptum in foeditate culpae, quia indecorum esse videtur unicum illum inter mortales et inter omnes homines benedictum, quem Deus ipse

seiunxerat ab omni humana specie ut efformaret quinimo etiam praecesset Augustæ Trinitate terræ originale peccato esse coinquinatum.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Sacerdotes tui, Domine Joseph, induant iustitiam et tamquam sancti tui ita exultent ut non avertas ab illis faciem Christi tui. *Utinam de unoquoque dicere possimus. ¶ Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo et inventus est iustus et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Utinam....

DIA 15 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Quid est porta in domo Domini clausa, nisi quod Maria semper erit intacta? Et quid est homo non transibit per eam, nisi quod Joseph non cognoscat eam? Et quid est Dominus solus intrat, et egreditur per eam nisi quod Spiritus Sanctus impregnabit eam, et angelorum Dominus nascetur per eam? Et quid est clausa erit in æternum nisi quod Maria Virgo est ante partum et Virgo in partu, et Virgo post partum?—*Aug.*—Et erat subditus illis: id est, subjectus, obediens, scilicet, quoad humanam naturam, quam à Matre hauserat, non quoad divinam, quam à solo Patre Æterno acceperat, ita plane et perfecta, ut per omnia ei esset æqualis et in nullo subditus.—*Aug.*—Joseph multis de causis in Sacra Scriptura vocatur Pater Christi.—*Hier.*—*Amb.*—*Chris.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Suprema dignitas est in nostro divino Josepho, *Ut verus virginis Mariæ Sponsus, ut verus virginalis Pater Jesu. ¶ Ergo ab omnibus Josephinis ex toto corde noster divinus Joseph venerari debet. —Ut....

LECTIO II.

Ex desponsatione S. Josephi cum B. V. Maria.

Conceptionem purissimam et immaculatam D. Josephi eruendam etiam videtur ex divino sacroque connubio quod, Deo imperante, cum B. Virgine Maria celebravit; sicut enim ab æterno illa fuit electa immaculata ut dignissima Dei genitrix esset, sic etiam D. Joseph fuit conceptus sine macula, nostro saltem intuitu, ut dignissimus Dei Pater esset. Desponsatio D. Josephi et B. Virginis quum ab æterno a Deo ordinata sese haberetur, temporis decursu fuit effecta ad exactissime adimplenda prophetarum verba, postquam ideo angelus certior fecit Josephum de eius divina Sponsa accipienda, adidit omnia hæc ita fuisse patrata ut fieret quod Isaias antea prædixerat, quoniam id quod de virgine Josepho desponsata natum fuerat, de Spiritu Sancto erat. Angelus autem Josepho salutans, loquitur a Deo, magna evolvit Incarnationis mysteria, manifestam facit Mariæ castimoniam, ipsumque etiam declarat Mariæ ita similem ut ei desponsari meruerit et asserit demum illum esse unicum inter mortales qui invenit eam concepisse ex opere Spiritus Sancti. Hic autem Joseph ita unicus et immunis maculatione esset horribili foeditate originalis peccati? Minime credibile esse videtur; si namque ita se res haberet, magna admodum Josephum inter et Mariam dissi-

militudo oriretur; qua de causa a sacro connubio incipientes, immaculatam Josephi conceptionem ex mundissima Mariæ inferendam posse confitemur.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Multifarie olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio,*qui natus per Spiritum Sanctum ex Maria, datus est Josepho quia ambobus datus est. ¶ Sui sunt coeli, Domine Joseph, et tua est terra per tuam potentissimam protectionem super Ecclesiam catholicam. Sui sunt....

LECTIO III.

Ex desponsatione S. Josephi cum B. V. Maria.

Non fortuito D. Josephi et B. Mariæ Virginis factum fuit connubium, quam ab æterno a Deo ordinatum fuerat, sed quodam stupendo miraculo Deus ipse intervenit; collectis enim in tabernaculo amygdaliciis virgis siccis, solummodo Josephi virga floruit apparuitque etiam Spiritus Sanctus supra eius verticem. Ex hoc quidem ipso Ecclesia Doctores Hieronymus, Gregorius Nicenus, Germanus et Damascenus mirati sunt admodum magnam, unicam, totam coelestem divinamque Josephi dignitatem. Quibus argumentis nitibantur? a quo principio proficebantur? quamnam lucem a traditione acceperant? Sic aiebant; Josepho tradita fuit Maria, vera eius coniux, ipse eam accepit, sicuti Dei genitricem, cœlicolarum reginam, mundi, omniumque mortalium dominam veramque parentem ipse in domum attulit. Ideoque nos etiam conjicimus, postquam id Ecclesia iam declaraverit, nihil esse sublimis dignitate Josephi cum Maria desponsati, tunc enim

exactissime expleta fuit prophetia Isaïæ dicentis; Egredietur virga de radice Jesse et flos de radice eius ascendet, et requiescet super eum Spiritus Domini. Num enim hic Joseph originali maculatus fuisset peccato? Speramus quidem suo tempore esse quoque Sanctissimi Patriarchæ conceptionem immaculatam immunemque ab omni culpa declarandam.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Sederunt principes tenebrarum et adversum nostrum Institutum loquebantur et iniqui persecuti sunt illud.*Adima, Domine Joseph, omnes filios tuos, quia servi tui sumus exercentes in tuis iustificationibus. ¶ Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini, quia videbunt coelos apertos et Jesum stantem a dextris virtutis Dei. Adima, Domine....

DIA 16 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Interpretatur enim Joseph, augmentum sive appositio. Confice ergo ex hac appellatione, qua licet dispensatoria meruit honorari a Deo, ut Pater Dei dictus et creditus sit. Confice ex proprio vocabulo, quod augmentum non dubiter interpretari, quis et qualis fuerit homo iste Joseph: Simul et memento magni illius quodam patriarchæ venditi in Ægypto. Illi data est intelligentia in mysteriis seniorum; iste datum est consciium fieri atque participem coelestium sacramentorum: ille frumenta servavit non sibi, sed omni populo; iste panem vivum de coelo

servandum accepit. tam sibi quam toti mundo. Non est dubium, quin fidelis et bonus homo fuerit. iste Joseph, cui Mater desponsata est Salvatoris. Fidelis servus et prudens quem constituit Dominus suae Matris solatium, suae carnis nutritium solum denique in terris magni consilii coadjutorem fidelissimum — *Bev.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster divinus Joseph non solum est Pater Christi singularis,* Sed etiam Pater fidelissimus omnium filiorum et filiarum. ¶ Suo sancto Instituto Josephino revera componentium. Sed....

LECTIO II.

Ex desponsatione S. Josephi cum B. V. Maria
Matrimonium B. Virginis Mariae cum Sanctissimo Patriarchae Josepho ab ipso Deo fuit institutum, ut et omne salvaret genus humanus et nos miseros Adami filios per ipsius divinum fructum, scilicet, Jesum, redimeret, juxta verbo Matthei sic se habentis; Quum esse desponsata Mater Jesu Maria Joseph. Ei igitur connubium Adami et Heva nos perdidit; e contra Maria desponsatio cum Josepho nos omnes salvos fecit; omnis quidem calamitas, omniaque mala in Heva, quum serpenti se fideret, initium certissime ducunt, sed ex adversi omnium bonorum fons invenitur in Maria, quae non dubitavit de Archangelis dictu; Heva delapsa in peccatum in illud etiam proiecit virum suum omnemque eius posteritatem, et e converso Maria Josepho matrimonio coniuncta per Jesum omnes salvat peccatores. Adamus Heva accepit, Deo dicenti; faciamus ei adiutorium simile sibi, et Maria

Josepho fuit tradita, cum in eius gratiam diceret etiam Altissimus; faciamus ei adiutorium simile sibi. Quam magnus, quam egregius est Joseph in sancta eius vocatione! quam unicus in suis omnibus actibus! Idem est ac si aeternus dixisset; non oportet mei Unigeniti genitricem esse solam, faciamus ei Josephum in adiutorium. Quum hoc ita sese habeat, quis unquam mortalium cogitare poterit Josephum non esse omnino similem Mariae? Joseph, iuxta Sanctam Ecclesiam, fuit purissimus in Virginitate, profundissimus in humilitate, ardentissimus in charitate, altissimus in contemplatione, valdeque etiam sollicitus de Maria et Jesu. Fuit ergo Joseph fidelissimus homo, cui in purissimo connubio B. V. Maria fuit tradita, fuit fidelis et prudens servus, quem constituit Dominus in eius Matris adiutorium, divini pueri nutritium, fidelissimumque coadjutorem magni consilii, fuit etiam electus ut per eum immensus cumlaretur nostrae redemptionis fructus, frangens in cruce nostrae condemnationis instrumentum, juxta Apostolum dicentem; Affixus cruci chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, spolians principatus et potestates. Si enim Adamus, qui nos omnes perdidit, in peccato non fuit conceptus, cur non Joseph qui nos salvos fecit, conceptus fuerit in gratia? Videtur non credibile.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Bonum est confiteri Domino Josepho est psallere nomini protectoris Sanctae Ecclesiae.* Domine Dominus Joseph, quam admirabile his temporibus nomen tuum in universa terra. ¶ Laudate, pueri,

Josephum, laudate nomen Domini Josephi. Domine Dominus....

LECTIO III.

Ex desponsatione S. Josephi cum B. V. Maria.

Sanctissimum omnium fuit D. Josephi cum B. Virgine Maria matrimonium, omnino coeleste et divinum, quod carens omni carnis corruptione utrumque coniugem ita univit in ardentissima fide, coeleste spiritu, munditiaque adeo singulari ut quum duo virginitates coniunctæ ex illis oriendus erat gratissimus flos Christus Jesus, Joseph autem propter singularem eius desponsationem cum Virgine constitutus est vir sanctissimus, quoniam uxorem duxerat egregiam propter ipsius sanctitatem, constitutus etiam Dominus illius magni muneris, per antonomasiam nuncupatum divinum donum, eius siquidem coniux Maria virgo fuit prudentissima supra quam cuique est credibile, ac declaratus tandem unus hominum beatus, quia semel ac ipse in domum introibat semper cum Maria loquebatur, somno placide indulgebat in ipsa domo qua Maria laboribus vacabat, semperque eo feliciter cum Maria confabulabatur quo nunquam in ea moestitiam, poenam afflictionemve invenerit sed potius ex eo magnum afferebat cumulum gaudiorum ac spiritualis lætitiæ. Hic ergo Joseph conceptus ne fuisset, sicuti quisque mortalium in originali labe? Non credibile apparet, et suo tempore credimus hac coniecturam nobis adeo iucundam fidei dogmaticæ documentum esse declarandam.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Angelus Domini apparuit in somnis Joseph,

dicens; accipe puerum et Matrem eius et vade in terram Israel.*Qui consurgens accepit puerum et Matrem eius et venit in terram Israel. ¶ Et veniens Joseph cum Jesu et Maria habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth. Qui consurgens....

DIA 17 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Verum civitas Joseph fuit Nazareth ortu et habitatione, licet parentum origine Bethlehem extiterit, utpote de domo et familia David. Nazareth idem est, quod flos, vel virgultum, sive sanctio, quæ interpretatio convenit Christo, juxta illud, egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Nam Christo apparente, proprietates floris totus mundus expertus est: legis namque veteris hiems transiit, tempus innovationis humanæ, humanæ naturæ per gratiæ divinæ exuberantiam advenit; fructus coelestium donorum appropinquavit, medicinam sacramentorum confecit, sensus vanitate rerum temporalium, virtute sua destitutas, bono odore refecit, coronandis demum pro peccatoribus venit.—*Hier.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R O Domine Joseph, filius tuus per te factus est frater noster.*Et tu per ipsum factus est Pater noster. ¶ Dic anima mea cum magna mentis fiducia. Exultabo in te semper et pro semper. Et....

LECTIO II.

Ex desponsatione S. Josephi cum B. V. Maria.

Matrimonium D. Josephi cum B. V. Maria fuit.

Josephum, laudate nomen Domini Josephi. Domine Dominus....

LECTIO III.

Ex desponsatione S. Josephi cum B. V. Maria.

Sanctissimum omnium fuit D. Josephi cum B. Virgine Maria matrimonium, omnino coeleste et divinum, quod carens omni carnis corruptione utrumque coniugem ita univit in ardentissima fide, coeleste spiritu, munditiaque adeo singulari ut quum duo virginitates coniunctæ ex illis oriendus erat gratissimus flos Christus Jesus, Joseph autem propter singularem eius desponsationem cum Virgine constitutus est vir sanctissimus, quoniam uxorem duxerat egregiam propter ipsius sanctitatem, constitutus etiam Dominus illius magni muneris, per antonomasiam nuncupatum divinum donum, eius siquidem coniux Maria virgo fuit prudentissima supra quam cuique est credibile, ac declaratus tandem unus hominum beatus, quia semel ac ipse in domum introibat semper cum Maria loquebatur, somno placide indulgebat in ipsa domo qua Maria laboribus vacabat, semperque eo feliciter cum Maria confabulabatur quo nunquam in ea moestitiam, poenam afflictionemve invenerit sed potius ex eo magnum afferebat cumulum gaudiorum ac spiritualis lætitiæ. Hic ergo Joseph conceptus ne fuisset, sicuti quisque mortalium in originali labe? Non credibile apparet, et suo tempore credimus hac coniecturam nobis adeo iucundam fidei dogmaticæ documentum esse declarandam.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Angelus Domini apparuit in somnis Joseph,

dicens; accipe puerum et Matrem eius et vade in terram Israel.*Qui consurgens accepit puerum et Matrem eius et venit in terram Israel. ⁊ Et veniens Joseph cum Jesu et Maria habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth. Qui consurgens....

DIA 17 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Verum civitas Joseph fuit Nazareth ortu et habitatione, licet parentum origine Bethlehem extiterit, utpote de domo et familia David. Nazareth idem est, quod flos, vel virgultum, sive sanctio, quæ interpretatio convenit Christo, juxta illud, egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Nam Christo apparente, proprietates floris totus mundus expertus est: legis namque veteris hiems transiit, tempus innovationis humanæ, humanæ naturæ per gratiæ divinæ exuberantiam advenit; fructus coelestium donorum appropinquavit, medicinam sacramentorum confecit, sensus vanitate rerum temporalium, virtute sua destitutas, bono odere refecit, coronandis demum pro peccatoribus venit.—*Hier.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R O Domine Joseph, filius tuus per te factus est frater noster.*Et tu per ipsum factus est Pater noster. ⁊ Dic anima mea cum magna mentis fiducia. Exultabo in te semper et pro semper. Et....

LECTIO II.

Ex desponsatione S. Josephi cum B. V. Maria.

Matrimonium D. Josephi cum B. V. Maria fuit.

adeo mirabile, ut abbas ille Rupertus sic exclamabat; O singulare unicumque connubium Josephi cum Maria Virgine! Tu quidem sine dubio verum, sanctum coeleste simul atque divinum fecisti! quod si matrimonium Adami cum Heva fuit terrenum, e contra matrimonium Christi parentu madeo fuit divinum ac mirandum, ut Apostolus sic aiebat, Primus homo de terra, terrenus, secundus homo de coelo, coelestis. Matrimonium tuum, Sanctissime Joseph, fuit supra modum magnum, cum autem esse nobilissimus nupsisti nobilissimam Mariam; magnum etiam, quia ambo coniuges non aurum, argentumve, gemmasque pretiosiores in dotem attulisti, sed melius immensas divitias originalis institia ceteris adiunctis gratis, privilegiis, virtutibusque maxime egregiis; iterum dicam, quia ambo fulsistis eximie virginitatis gloria ideoque in lucem protulistis iucundum florem camporum qui est Christus Jesus; magnum, quia numquam quae de mundo sunt cogitastis, sed purissima corda vestra continuo aestuabant ardentioribus flammis divini coelestisque amoris; magnum eo demum fuit, quo in ipso exactissimam habuere perfectionem illa Isaiae verba; Habitabit iuvenis cum Virgine et gaudebit sponsus super sponsam. Initium igitur ducentes ab hoc divino coelesti coniugium perspicuum quidem videtur D. Josephum non esse quendam mortalium, sed hominem ita unicum singularem, ut bene conuicere possimus eius conceptionem similemque fuisse omnino inviolatae eius divinae coniugis, ideoque immaculatam.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ecce advenit in diebus nostris Dominus Joseph, et regnum est in manu eius, et potestas, et imperium.* Vidimus stellam eius in nostro sancto Instituto et venimus eum observantia regularum adorare eum. ¶ Adorabunt eum perfectius suos omnes reges terrae, omnes gentes servient ei.

LECTIO III.

Ex virginitate et puritate nostri S. Josephi.

Maximo ex modo hanc doctrinam D. Josephum honorare videtur, quæ eius conceptionem à primo instanti fuisse immaculatam affirmat, quæ proculdubio ex eius munditia Virginitateque conuicci potest, quia talis esse debuit ut Mariæ simili omnino haberetur, sicuti Virginitas purissimæ Dei genitricis æquo modo convenire debebat infinitæ puritati Jesu; quæ omnia eo magis sic fieri debuerunt, quo Spiritus Sanctus et post eum Ecclesia Catholica in unum coniungunt Jesum, Mariam ac Josephum, quum omnes fideles sic dicere maxime cupiunt; Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis. Et quum Mariam semper fuerit virgo et perfectissima virgo, adeo ut D. Petrus Damianus diceret hanc doctrinam fidem Ecclesiæ Catholicæ, esse et quia etiam hæc Mariæ virginitas præ omnibus excellentior nonnisi in Maria reperiri, ex dogmate fidei, sine macula concepta, eodem fere modo concludi potest fuisse similiter conceptum, eius Joseph Spensum, namque munditia virginitasque ita fuerunt sicuti Dei parenti condecebat.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In excelso trono vidi sedere potentissimum nostrum protectorem S. Josephum, quem adorat

multitudo angelorum psallentium in unum.*Ecce cuius imperii nomen per suam sanctam protectionem est super nos filios suos in aeternum. ¶ Jubilate Domino Josepho omnis terra, qui facit mirabilia magna solus a saeculo. Ecce eius....

DIA 18 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Veri enim de domo David, vere de regia stirpe descendit vir iste Joseph, nobilis genere, mente nobilior, plane filius David non degenerans a Patre suo David. Prorsus inquam filius David, non tantum carne, sed fide, sed sanctitate, sed devotione Dominus invenit eum secundum cor suum, cui tuto committit et secretissimum atque sacratissimum sui cordis arcanum; cui inquam tanquam alterum David incerta et occulta sapientiae suae manifestavit, et dedit illi non ignavim esse mysterii quod nemo principum hujus saeculi cognovit; cui denique datum est, quod multi reges et prophetae videre veluerunt et non viderunt, audire et non audierunt: et non solum videre et audire, sed etiam portare, deducere, amplecti, deosculari, et nutrire, et custodire.—*Br.*

LECTIO II.

Ex virginitate et puritate nostri S. Josephi.

Quemadmodum Sancta Catholica Ecclesia praecipit eius sacerdotibus ut sint velut Angeli, puri et ex genere Virginum, aut saltem quod comiserint castitatis votum, quia ipsi sancte sancta tractare debent, quamnam puritatem castitatemque non effugavit coelum a D. Josepho qui ex officio, sta-

tu et vocatione erat dicendus Pater Jesu, et proinde Jesum debebat videre, adorare, audire inter brachia tenere, ducere, amplecti omniaque erga illum officia fungere, quae propria erant patris tenerissimi, impigerrimi et sanctissimi? Nobis igitur videtur hanc puritatem, quae ab hisce actibus exigitur, non concipi posse in hominibus quibusdam communibus, sed magis certum apparet initium ducere ab illo peccato, sed potius fuisse conceptum sine originali labe, nobis ideo, inquam, videtur D. Josephum fuisse conceptum eo modo quo Maria, scilicet, vacuum ab omni immunditia, et praeditum singulari gratia intemeratae conceptionis.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Urbis et orbis, cito veniet ad nos Dominus S. Joseph, tanquam vera salus tua, quare moerore consumeris? numquid consiliarius non est tibi, quia innovavit te dolor.*Salvabo vos filios meos, libera bo vos filias meas, nolite timere. ¶ Ego enim sum Dominus protector tuus et visita nos in pace, ut laetemur coram te corde perfecto. Salvabo....

LECTIO III.

Ex virginitate et puritate nostri S. Josephi.

Quemadmodum B. V. Maria ut ante conspectum Spiritus Sancti tam pura et sancta adesset ut Virgo Mater non immerito vocari meruerit, necesse prorsus fuit illam sine ullo fuisse conceptam, illa enim conceptura erat Filium Dei opere et gratia divini huius Spiritus, atque solummodo ex hoc impeccabilitatis principio ullum unquam potuit peccatum; culpam vel imperfectionem aliquam, sed ex adverso omnem semper coluit virtutem, tam-

Plissima

16

quam unica inter mulieres, cui semper a primo, nempe, suae conceptionis momento usque ad ultimum vitae finem erat in omnibus meliori perfectioraque operandum, ut istiusmodi divino adesset Spiritui veluti virgo prudentissima, que maiore debebat facere pretio pulcherrimum Virginitatis liliu, quam pretiosum diadema Dei genitriis; non absimili modo D. Joseph, qui propter statum et vocationem Dei genitricis Dominus esse debebat cui etiam amanda erat virginalis puritas supra omnia privilegia, cui colendae erant omnes et singulae virtutes perfectiori integerrimoque modo, qui gerere debebat in hoc mundo personam Omnipotentis Patris, qui tanquam frater Spiritus Sancti erat habendus in hoc sublimi opere et Pater Jesu erat certissime putandus, videtur hunc Sanctissimum Patriarcham non potuisse divina hæc fungere officia nisi eodem modo quo eius castissima Sponsa operari inciperet, scilicet, in conceptione immaculata Ex his hucusque dictis inferri licet puritatem virginalem divinaque officia S. Josephi ex eodem fonte promanare debent, quo cætera actionis immaculatæ ipsius Sponsæ, nimirum, ex intemerata eius conceptione.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. *Quid est quod me quærebatis? nesciebatis, quia in his quæ Patri mei sunt, oportet me esse. * Domine S. Joseph, filii tui de longe venient et filiæ tuæ de latere surgent et efformabunt tuum sanctum Institutum et tunc videbis et afflues et mirabitur et dilatabitur cor tuum. Quid est quod....

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Patrem Joseph, duplici nomine, prosequuntur Evangelistæ, Matthæus enim sic ait: Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ; Lucas vero inquit: Ut putabatur Filius Joseph qui fuit Hely. Jacob et Hely fuerunt uterini fratres. Quorum alter, id est, Jacob Hely fratris, sine liberis defuncti, uxorem ex mandato legis accipiens, genuit Joseph natura quidem Filium suum, propter quod et scribitur: Jacob autem genuit Joseph; secundum vero legis præceptum, Hely efficitur filius Jacob quia frater eam ad suscitandum semen fratris sui acceperat. Matthæus autem dicens: Abraham genuit Isaac et in hoc perseverans donec diceret, Jacob autem genuit Joseph, satis expressit, eum Patrem produxisse secundum ordinem generationem, a quo Joseph non adoptatus sed genitus erat.—*Eusebius.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Intimum geras affectum erga Josephum Patrem nostrum. * Tutissimum afflictorum refugium. * Et nulus dies abeat, quo illo Patre tuo specialiter te totum multoties non committas. Tutissimum....

LECTIO II.

Ex officiis S. Josephi.

Si Divinus noster Salvator, sapientia infinita noluit suam Virginem Matrem alia cuiquam homini fidere nisi purissimo inter mortales tunc cogito,

qui propter ipsius castitatem appellari meruit dilectus discipulus Domini, qualis ergo debuit esse puritas virginalis Divi Josephi, qui ab ipso Deo electus fuit ut Mariam haberet Sponsam, cum ambo coniuges maturis annis florescerent, ita ad invicem mutua officia sese praestaret, et non parvo quidem tempore, sed et omnibus eius vitae diebus, ut cum esset verus Dei genitricis Sponsus, perfectissima esset simul divini Spiritus imago? Ut nobis videtur, haec tam singularis puritas admirabilisque Virginitas non solummodo praerequirunt fomitis peccati subiectionem, verum etiam eius omnimodam extinctionem, adeo ut has egregias dotes nullo recipere potuisset, nisi a primo suae conceptionis instanti sine macula inventus fuerit. Sic nobis est credibile in favorem D. Josephi adimpleta fuisse omnino verba illa sapientis sic se habentia; Sapientia Dei infinita attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter; sic Deus sua forti manu et infinita sapientia et suavitate in ipso momento admirabilis conceptionis D. Josephi potuit cohibere magnum iniquitatis torrentem, quod quum foedaret omne humanum genus, tantummodo incolumes reliquit sacratissimas tres personas divinam Familiam efformantes, Jesum, puta, Mariam et Josephum.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Venite et audite, et narrabo vobis quanta fecit Dominus S. Joseph nostro sancto Instituto. *Misit verbum suum, eripuit nos de interitu inimicorum nostrorum. ¶ Confiteantur Domino Josepho misericordiae eius in saecula saeculorum. Misit verbum suum, . . .

LECTIO III.

Ex officiis S. Josephi.

Si Joannis Baptista futurus Messiae praecursor, qui illum gentibus debebat digito monstrare, et seipsum indignissimum declarare ut eius calcamenta solveret, quum semel in Jordane flumine Jesu Christi corpus tangere deberet, propter hoc solum tali effulsit virginitate ut purissimus inter Virgines fuerit, adeo ut ei similis non esset inter natos mulierum; quali ergo puritate decuit ut Joseph interet, qui electus fuit a Deo potissimum ut ante Domini nostri Jesu Christi per triginta annos ambularet, qui Pater Dei erat habendus et putandus, et qui ipso facto ita esse debebat omnibus possibilitis modis, praeter generationem? Nil dubium est, quin eius summa fuerit puritas, adeo ut superaret omnibus mortalibus, sicut Sol exurgit inter luminaria coeli; nobisque igitur videtur non alia via inveniri potest haec virginalis munditia D. Josephi, quam apud Deum ipsum pollere debebat, nisi exordium sumamus ab immaculata eius conceptione. Ergo dicendum putamus ipsum castissimum Joseph ipso modo fuisse conceptum, quo eius virginalis Sponsa, sine macula, scilicet, originalis peccati.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias

R Omnes alumni nostri sancti Instituti nolite flere, quoniam voluit Dominus S. Joseph esse super vos. *Ecce Dominus Joseph in fortitudine suae protectionis veniet et auferet a vobis omnem tribulationem. ¶ Ecce protector noster dominabitur a mare usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrae. Ecce Dominus Joseph. . . .

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Joseph debuisse virginem esse re, voto corde et ore. Joseph enim justus fuit et beata Virgo in ævum Virgo permansit; ergo etiam Joseph virgo fuit: et voto quidem, quia communi consensu castitas inter eos permansit.—*Hier.*—Beata autem Maria virginitatem Deo sacraverat. Virginitas enim laudatur non quia Virginitas est, sed quia Deo dicata.—*Aug.*—Votum Joseph debuit sapere novam legem quantum ad virginitatem, ergo simpliciter credendum est Joseph virginitatem vovisse: divus Joseph qui ordinatus fuit immediatus ad humanitatem Christi quam coeteri viri revera virgo censendus est.—*Hier.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Magna erga miseros fuit misericordia Josephi adhuc exhulantis in mundo.*Sed multo major erga miseros est misericordia ejus jam regnantis in celo. ¶ Quia magis nunc videt miserias nostras. Sed....

LECTIO II.

Ex divina paternitate.

Quemadmodum Virgo Maria, vi eius divinæ vocationis ad Christi maternitatem, a primo suisius momento debuit esse concepta sine originali macula, habere etiam perfectum rationis usum ad divina et coelestia optime noscendum, et preterea meruit perfectissimo modo Deum ipsum intueri ac divinam suam vocationem; pari etiam modo quo Virgo fuit superabundanter sublimata multisque gratiis privi-

legiisque ornata, concludi posse videmur contigisse D. Josepho, quum ipsa Virgo illum verum eius Sponsum declaret et Patrem Filii sui Jesu ex his verbis ex illius ore prolatis; Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Joseph igitur purissimus esse omnino debuit, similiter ac Maria omnibus fuit præditus honoribus, privilegiis gratiisque, optime novit Deum, sicut etiam sanctam ipsius vocationem ad divinam paternitatem, his infinitis gratiis excellentiori modo respondere, debuit ac demum habetur, tamquam adæquatior imago immaculatæ suæ coniugis. Incipientes vero ex divina paternitate D. Josephi eius conceptionem immaculatam fuisse, pariter ac eius divinæ coniugis, non immerito coniciemus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sicut Mater consolatur filios suos, ita consolabor vos filios meos et de meo sancto Instituto, quem elegi, veniet vobis auxilium.*Protector vester ego sum et videbitis gloriam meam. ¶ Plautabo vineam in cordibus filiorum meorum et per veram penitentiam convertuntur ad Dominum Deum suum. Protector....

LECTIO III.

Ex consentaneis divinæ paternitatis S. Josephi.

Postquam attente consideratur super purissimis Christi parentibus, haud difficile infertur illos fuisse purissimi semper et Virgines, adeoque virginitatem coluisse ut immediate post sacras nuptias castitatis votum ferventioribus affectibus renovasse, ab illis antea emissum a tenerrima ætate, vel potius eo ipso tempore quo primam lucem viderunt, et postquam Deum ipsum suamque divinam vocationem

agnovisse, propter virginitatem Creatori suo reddisse quidquid ab ipso acceperant. Ita autem semper operati sunt Maria et Joseph, dignissimi Christi parentes. Et quum divina et alma Mater sine originali labe fuerit concepta, simili modo dignissimus Pater fuisse credimus. Quod ad nos attinet, quum dicimus Josephum fuisse immaculatum in sua conceptione, coniecturam tantum inferre volumus ex divina paternitate, supremum iudicium Sanctæ Mariæ Ecclesiæ eo relinquimus, quo firmiter arbitramur solum Deum multa posse scire, quæ penitus ignaramus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Dextera Domini S Josephi fecit virtutem, dextera Domini S. Josephi suum sanctum Institutum.* Non morietur, sed vivet et per filios et filias eius narrabit opera Domini super peccatores. ¶ Adorate eum omnes angeli et archangeli, throni, dominationes et virtutes. Non morietur....

○ DIA 21 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Exercuit divinus Joseph inter mortales artem fabrilem lignariam; Christo enim Judei objiciebant: Nonne hic ex fabro filius? Cui grandiusculæ jam ætatis Salvator idem, pro paterna obedientia sæpe numero suffragatus est. Hinc faber à Judæis dictus est Dominus Jesus. Nonne hic est faber filius Mariæ?—*Anc.*—Ab ipsa autem primævæ ætate parentibus obediens illius quemlibet laborem corporeum humiliter ac reverenter sustinuit.—*Bas.*—Ideo Jose-

pho fabro lignario Maria desponsata erat; quoniam Christus Ecclesiæ Sponsus omnem salutem hominum operaturus erat per lignum crucis.—*Christ.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quæmadmodum sol oritur super bonos et malos.* Sic noster potentissimus Joseph invocatus, non discutit merita ex filiis suis petentibus. ¶ Sed omnibus se ego rabilem clementer præbet. Sic....

LECTIO II.

Ex similibus Mariæ et Josephi.

Hoc die quo in *Propagatore* D. Josephi decimum scribimus articulum de probabilitate immaculatæ conceptionis huius Sanctissimi Patriarchæ nostram doctrinam in similibus quæ Sacræ Paginæ pariter tribuunt tum Mariæ tum Josepho, quoniam utriusque est eadem electio, eadem prædestinatio ipsaque prophetarum verba tribuimus. De Maria dicitur fuisse vti similem propter infinitam eius fecunditatem, quum nobis obtulerit optimum suavissimumque fructum his verbis; Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris. Hic suavissimus fructus fuit Jesus, qui futurus erat omnium mortalium esca, juxta Joannem dicentem; Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus; sed quum Maria Dei genitrix esse nequisset nisi ejus conceptio sine peccato haberetur, ideo ex divina Maternitate Filii Dei eius intemerata concluditur conceptio. Simili quoque modo Josephum nobis præferet divinus Spiritus fecundum sicut Maria quum dicit; Qui deducis velut ovem Joseph. Et alio loco, loquens de Mariæ benedictionibus præ se ferentibus Jesum, vult etiam ita fieri in Josepho, has reponens supe-

caput eius, juxta Deuteronomii verba; Benedictio illius, qui apparuit in rubro veniat super caput Joseph. Quemadmodum rubus ille qui incendio flagrabat, et tamen ignis non exinguebatur praesignavit Mariam Virginem et Dei Matrem, sic etiam praesignavit Josephum verum virginalem Dei parentem; ergo si Mariae immaculata fuit omnino conceptio, immunis etiam fuit Josephi conceptio, quum e contra minime ei convenire esse Mariae similem; rubus incensus, quin tamen extingueretur; tanta quidem est similitudo inter Mariam et Josephum.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Circumdederunt nostrum sanctum Institutum gemitus mortis et dolores inferni circumdederunt eum, *in sua tribulatione invocavi Dominum Josephum, et exaudivit de templo sancto suo vocem meam. ¶ Mirabantur omnes alumni eius de his, quae procedebant de ore Patris nostri S. Josephi. In sua tribulatione....

LECTIO III.

Ex puritate Mariae, Domini S. Josephi puritas infertur.

Doctissimus Gerson nobis loquens de Maria ait ita oportuisse Deum creare Mariam adeo puram ut maior inveneri non posset; et de Josepho affirmat D. Anselmus talibus gratiis, donis ac privilegiis fuisse creatum ut satis agnosceretur illum esse Sponsum dignissimum Purissimae Virginis de qua natus est Jesu. Nos igitur inferre possumus similiter oportuisse Josephum esse tam purum et immaculatum ut utriusque puritas in unum coalesceret tam cogitationibus, tum verbis, tum operibus juxta

sententiam Prophetae Regis, qui de longe contemplanus Josephum et Mariam, maxime est miratus tantam excellentiam, tantam unionem ac similitudinem ita ut gratias Deo ageret, dicens; Deus, qui inhabitare facis unius mores in domo. Et Joseph ita similis puritate Mariae; Joseph electus ab ipso Deo ut esset dignissimus Sponsus Mariae, utrum ipse horribili macula peccati originalis esset contaminatus? Quod ad nos attinet procul dubio affirmamus, quod sicut Jesu Christus de caelis in terram descendens voluit Matrem suam esse perfectiorem inter mulieres, similiter Joseph qui Pater ius erat habendus et putandus, qui erga Jesum omnia Patris officia fungeret debebat sine dubio debuit esse perfectissimus inter homines, et profecto non fuisset si peccato originali contaminaretur. Hoc ipsum cogitans Gregorius Nizenus affirmabat Josephum fuisse inventum in eo quod maxime ei decebat juxta eius excellentissimam dignitatem; Ad hoc autem munus aptissimus inventus est Joseph; Ergo si Maria fuit immaculata, similiter immaculatus fuit Joseph tamquam electus inter homines ad hoc juxta hanc caelestem sententiam; Elegit eum ex hominis carne.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ecce Dominus Joseph venit cum splendore suae potentissimae protectionis et virtus Altissimi cum eo. *Festina, ne tardaveris, libera populum tuum et relaxa facinora filii et filiabus tuis tuum sanctum Institutum efformantibus. ¶ Et praeparabitur in misericordia solum eius et sedebit super illud in veritate. Festina....

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Religiosissima fuit conversatio Sancti Joseph qui Christo Deo vero dies ac noctes serviebat; credibile esse Joseph esse juxta et perfectum in omnibus operibus suis.—*Aug.*—Fuisse morem, dicunt, Sancti Joseph ut media nocte oraturus surgeret cum beata Virgine.—*Hier.*—Verum fuisse matrimonium inter Joseph et beatissimam Virginem Mariam, non obstante voto virginittatis per utrumque emisso. Angelus vocat Mariam conjugem Josephi dicens ad Joseph: Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.—*Aug.*—Non te moveat quod frequenter Mariam Scriptura vocat conjugem; non enim virginittatis ereptio, sed conjugii testificatio, et nuptiarum celebratio declaratur.—*Amb.*—Omne nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi: proles, fides, et sacramentum.—*Aug.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Diligere ex toto corde nostro immaculato Josepho. *Satis est tibi nostri Institutii membrorum signum æternæ salvationis. ¶ Hæc de causa per superiores tuis semper dicemus: Ite ad Joseph. Satis....

LECTIO II.

*Conceptio immaculata Josephi concluditur
ex fructibus eius.*

In sacris paginis duo divini coniuges Joseph et Maria nobis sese offerunt tamquam mysticæ palmæ, quæ præ ceteris longe eminent in horto Sancto

Ecclesie Dei; Virgo Maria, scilicet, præfiguratur palmam, de qua enasciturus erat verus ipsius fructus Christus Jesus; Joseph similiter florescit sicut mystica palma in eius divina Sponsa representata, juxta verba hæc, Justus ut palma florebit; verum etiam ex his verbis Cantici Canticorum; Ascendam in palmam et apprehendam fructus eius, inferri licet divinum ipsum collegisse fructum jam antea ab eius virginali uxore adunatum. Sic enim fuerunt Joseph et Maria ab æterno pariter prædestinati; sic ab omnibus habentur veluti simillimi inter omnes creaturas; merito quidem vocantur mysticæ palmæ ex quibus erat nascendus suavissimus fructus, Christus Jesus! Iterum ergo concludere possumus D. Virginem fuisse immaculatam, quæ ex utero erat exoriendus Christus Jesus; at Josephum pariter esse immaculatum oportebat, quoniam fructus cordis esse debebat Jesus Filius Dei, qui etiam dicere possumus illum fuisse sine macula conceptum propter eximiam charitatem, qua nos omnes dilexit, secundum hanc sententiam; sic Joseph noster dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum nobis daret.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Domine S. Joseph, adiutor meus in omni tribulatione, exurge, ut non prævaleat adversum nos inimicus homo. *Sperent in te, qui noverunt te, quoniam non derelinquis quaerentes te. ¶ Quoniam non in finem oblivio erit pauperis, neque patientia pauperum peribit in æterno. Sperent in te....

LECTIO III.

Quid dicam de Patre nostro S. Josepho.
Dominus S. Joseph fuit, ut notum est omnibus

homo valde aestimatus a Deo; unus ille fuit inter natos mulierum; sapientissimus inter sapientiores; peritissimus consiliarius, a quo regenda erat in omnibus Sacra Familia; ipse debebat praeesset augustae domui Nazaret; ipse, ad eius imperium populi omnes parera debebant; ille, cui obediebant semper Maria et etiam Jesus; ille demum fuit princeps, ut ita dicam Mariae et Jesu, cunctorumque suorum honorum. Iure igitur ait Ecclesia, illi tribuens personam Josephi Aegyptii; Numquid sapientiorem et consimilem sibi invenire potero? Tu eris super domum meam, et ad oris tui imperium cunctus populus tibi obediet, et constituit eum dominum domus suae et principem omnis possessionis suae? Quam haec perspicua actio sit quaedam ex multis, quae castissimum Mariae virum constitutum, pronum est inferre illum sine macula originali fuisse conceptum

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Montes et colles cantabunt coram Deo laudem et omnia ligna silvarum plaudent manibus,* quoniam venit Dominus S. Joseph et fecit virtutem, salvando homines et mulieres sui sancti Instituti. ¶ Hac de causa ponetur in eo murus et antemurale nostrarum regularum. Quoniam venit....

DIA 23 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Decuit beatissimam Virginem desponsare: et alto Dei consilio Joseph tradita est et non alio viro; propter ipsum Christum, ne ab infidelibus tanquam illegitime natus abjiceretur.—*Amb.*—Ad tutelam pueri

nati, ne diabolus contra eum vehementius nocentia procurasset, et partus ejus diabolo celaretur.—*Ign.*—Ut per matrimonium virgo reddatur iamunis à poena, et lapidaretur à Judiis tanquam adultera.—*Hier.*—Ne intemeratae virginitatis adduraretur infamia, cui gravis alvus, corruptellae videretur insigne praeferre.—*Amb.*—Ut Jesu à Joseph ministerium exhiberetur.—*Hier.*—Ut ipsa virginis Matris magis credibilia redduntur, id est, fides Mariae verbis magis asseritur et mendacii causa removetur.—*Amb.*—Sanctum Josephum vocari justum attendite propter omnium virtutum possessionem.—*Hier.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Post ite ad Joseph à Deo dictum, dicere nos revera possimus.* Nullus est qui salvus fiat, nisi per te bone Joseph. ¶ Nullus qui liberatur à morte aeterna, nisi per te potentis in te Joseph. Nullus....

LECTIO II.

Inter lilia Mariae et Josephi.

Sanctissima Virgo Maria tanquam vera Dei Mater, effulsit coram omnibus puritate adeo singulari, angelica et divina, ut fuerit nominata pulcherrimum liliū convallium; D. Joseph etiam ab omnibus fidelibus purissimus vocatur, ipse enim divinus Spiritus adeo similem puritate Mariae divinum Patri archam habet, ut ei quoque concessum fuerit quod vocaretur pulcherrimum liliū convallium, ideoque in Canticis Canticorum dicitur Jesus pasci inter lilia Mariae et Josephi. Et pari modo quo Maria in conceptione immaculata, candidior nive fuerit, eo quoque D. Joseph immaculatum fuisse perhibetur. Si autem ita non fuisse, quid triste ab eo sequeretur?

homo valde aestimatus a Deo; unus ille fuit inter natos mulierum; sapientissimus inter sapientiores; peritissimus consiliarius, a quo regenda erat in omnibus Sacra Familia; ipse debebat praeesset augustae domui Nazaret; ipse, ad eius imperium populi omnes parera debebant; ille, cui obediebant semper Maria et etiam Jesus; ille demum fuit princeps, ut ita dicam Mariae et Jesu, cunctorumque suorum honorum. Iure igitur ait Ecclesia, illi tribuens personam Josephi Aegyptii; Numquid sapientiorem et consimilem sibi invenire potero? Tu eris super domum meam, et ad oris tui imperium cunctus populus tibi obediet, et constituit eum dominum domus suae et principem omnis possessionis suae? Quam haec perspicua actio sit quaedam ex multis, quae castissimum Mariae virum constitutum, pronum est inferre illum sine macula originali fuisse conceptum

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Montes et colles cantabunt coram Deo laudem et omnia ligna silvarum plaudent manibus,* quoniam venit Dominus S. Joseph et fecit virtutem, salvando homines et mulieres sui sancti Instituti. Hac de causa ponetur in eo murus et antemurale nostrarum regularum. Quoniam venit....

DIA 23 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Decuit beatissimam Virginem desponsare: et alto Dei consilio Joseph tradita est et non alio viro; propter ipsum Christum, ne ab infidelibus tanquam illegitime natus abjiceretur.—*Amb.*—Ad tutelam pueri

nati, ne diabolus contra eum vehementius nocentia procurasset, et partus ejus diabolo celaretur.—*Ign.*—Ut per matrimonium virgo reddatur iamunis à poena, et lapidaretur à Judiis tanquam adultera.—*Hier.*—Ne intemeratae virginitatis adderetur infamia, cui gravis alvus, corruptellae videretur insigne praeferre.—*Amb.*—Ut Jesu à Joseph ministerium exhiberetur.—*Hier.*—Ut ipsa virginis Matris magis credibilia redduntur, id est, fides Mariae verbis magis asseritur et mendacii causa removetur.—*Amb.*—Sanctum Josephum vocari justum attendite propter omnium virtutum possessionem.—*Hier.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Post ite ad Joseph à Deo dictum, dicere nos revera possimus.* Nullus est qui salvus fiat, nisi per te bone Joseph. Nihil qui liberatur à morte aeterna, nisi per te potentis in te Joseph. Nullus....

LECTIO II.

Inter lilia Mariae et Josephi.

Sanctissima Virgo Maria tanquam vera Dei Mater, effulsit coram omnibus puritate adeo singulari, angelica et divina, ut fuerit nominata pulcherrimum liliam convallium; D. Joseph etiam ab omnibus fidelibus purissimus vocatur, ipse enim divinus Spiritus adeo similem puritate Mariae divinum Patri archam habet, ut ei quoque concessum fuerit quod vocaretur pulcherrimum liliam convallium, ideoque in Canticis Canticorum dicitur Jesus pasci inter lilia Mariae et Josephi. Et pari modo quo Maria in conceptione immaculata, candidior nive fuerit, eo quoque D. Joseph immaculatum fuisse perhibetur. Si autem ita non fuisse, quid triste ab eo sequeretur?

Satis sit dictu quod ille nullo modo esse potuisset album lilium, in cuius calce Jesus pasceret. At tamen, quamvis haec ratio omnino deceat dignitati Josephi, eam Sanctae Matris Ecclesiae iudicio submittimus quae ut pote magistra veritatis, omnia perfecte novit.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R De profundis clamavimus ad te, Domine S. Joseph et fiant aures tuae intendentes in nostras orationes. *Illumina faciem tuam super nos filios tuos. ✠ Bonum est confiteri Domino Josepho et psallere nomini suo in saecula saeculi. Illumina faciem tuam....

LECTIO III.

Dominus S. Joseph est purissimus tamquam flos.

D. Joseph immaculatum a primo instanti suae conceptionis fortasse sustineri posse videtur eo quod in Sacris Paginis Sacra Familia Nazarena flori assimilatur. De Jesu Christo dicitur; Ego sum flos campi, quod ipse sit mysticus flos ortus ex purissimo Mariae sinu, manente semper virginitate. Virgo Maria etiam similis efficitur flori juxta haec verba Cantici Canticorum; In plateis sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedit, quasi myrrha electa dedit suavitatem odoris. At D. Joseph similiter et absque dubio habetur veluti pretiosum lilium convallium in quo Jesus pascebatur, etiamque est purissimus flos ut loquitur Isaias dicens; Egredietur virga de radice Jesse et flos de radice eius ascendet. Et re quidem vera Sanctissimus Patriarcha est mundissimus flos Jesse de quo exurgit B. Virgo Maria genitrix Jesu. Sicut ergo Jesus fuit

in conceptione immaculatus, tamquam de Spiritu Sancto conceptus, et Maria conceptio intemerata, propter decorem dignitatemque Filii; eodem pariter modo D. Josephum, tam propter honorem dignitatemque Filii, quam ob decorem Matris immaculatam fuisse non dubitandum videtur.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Exurge, quare obdormio Domine Joseph? exurge, et ne repellas in finem; quare faciem tuam avertis et oblivisceris tribulationis nostrae? *Adhaesit in terra venter noster, adiuva nos et libera nos. ✠ Oblatum tibi, Domine Joseph, omnium filiorum tuorum sacrificium vivificet nos semper et muniat.— Adhaesit in terra....

DIA 24 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

In Josepho exordium accepit civitas Dei: Deus non modo accepta sibi munera Joseph ostendit, sed etiam domum, verba, actus, mores, simplicitatem, prudentiam, exercitiumque ejus manuale, domum ejus sibi habitationem diligens et se ejus filium putari non effugiens.—*Amb*—Sciens Joseph Christum de Virgine nasciturum, et Mariam de semine David magnae sanctitatis et innocentiae, credidit illam fore; ideoque indignum se putavit ejus cohabitatione; unde nolebat eam traducere, ne cogeretur secum habitare; quod ut vere humilis omnino fugiebat.—*Orig.*—De singulari amore beatæ Virginis erga Joseph, ait; tu dicis Mariam Virginem non

Purissimæ

permansisse; ego mihi plus vindico, etiam ipsum Joseph virginem fuisse per Mariam, ut ex virginali conjugio Virgo nasceretur. Josephum Virginem mansisse cum Maria qui Pater Domini meruit appellari.—*Hier.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quis quæso Joseph exarcesse non crederet.* Cum Jesum contingebat, gestabat et brachiis suis portabat. ¶ Qui venerat ignem mittere in terram volens ut ardeat. Cum....

LECTIO II.

Concluditur ex nobilitate corporis et animæ.

Quoniam Sanctissimus Patriarcha nobis sese offert in Sacris Libris omnino seiunctus a coetu coeterorum mortalium propter egregiam suam nobilitatem, adeo ut concludere cogamur illi præcipue infuisse nobilitas gratiæ sanctificantis sublimiori gradu suæ altissimæ dignitati convenienti, et quum ex alia parte cognoscamus illum non vixisse vitam peccati actualis, recte inde inferre possumus ipsum ne in peccato originali unquam vixisse, ideoque eius conceptionem fuisse omnino puram immaculatamque et simillimam purissimæ eius Sponsæ. Et revera Joseph fuit nobilissimus tamquam ex stirpe David, Abraham et Natham, nobilissimus, quia erat oriundus a regibus, sacerdotibus et prophetis; nobilissimus propter eius dignitatem Sponsi Virginis Mariæ et Patris Jesu, Dei Filii, nobilissimus, quoniam omnia officia ardentissimæ charitatis exercuit erga Mariam et Jesum; et nobilissimus demum propter eminentissimam sanctitatem, qua in omnibus suis desideriis, cogitationibus,

verbis et operibus effulsit. Proinde hæc altiora dona privilegiaque aperte docent ipsum fuisse nobilissimum inter mortales non solum corporis splendore, sed etiam frequentiori fidei, spei et charitatis ceterarumque virtutum professione, ex quo dici vere potest ipsum propter animæ et corporis nobilitatem non alio modo effulgers, quam sol inter nitidissimas stellas omnium sanctorum. Ex his dictis, num dicere fas sit hunc hominem ita sublimem, qui semper effulsit singularissima puritate, ardentissima charitate et ferventiori pietate potuisse a primo sui esse momento in foeditate peccati concipi?

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Montes et colles cantabunt coram Deo et omnia ligna silvarum plaudent manibus,* quoniam venit Dominus S. Joseph in hunc mundum sine labe originali conceptus. ¶ Ecce Dominus S. Joseph veniet cum magna virtute et illuminabit oculos filiorum suorum, ut sint puri in conspectu Dei. Quoniam....

LECTIO III.

Non est sicut unus ex ceteris.

Semper semperque miraculum habuimus veluti magnum argumentum ad probandam veritatem catholice religionis ceterarumque veritatum in hac prima et superiori veritate ab ipso Deo repositarum. Postquam magnas ærumnas, labores et calamitates passi simus, simulque videmus malum spiritum in cordibus filiarum et filiorum Sanctissimi Patriarchæ, nunc certe lætamur videntes omnia paulatim in bonum converti, omnesque protinus

in unitatis viam intrare, omnia hæc certe scimus esse opera Josephi cui vehementer promissimus nos omnino dedituros eius obsequio scribentes, quo meliori modo possimus, ea omnia, quæ ad immaculatam eius conceptionem demonstrandam inseruiant; propterea affirmamus unquam dicturos illum non fuisse conceptum in peccato, dummodo iudicium Sanctæ Matris Ecclesiæ de hac re proferatur. Melius videtur juxta ipsius Ecclesiæ testimonium illum a communi hominum coetu separare, quoniam nec est, nec esse poterit tamquam unus ex nobis. Reponamus ergo cum inter Mariam et Jesum, quia ipse, qui est Pater debet uniri actioni modo Filio et Matri. Et, ut melius in bonum eius laboremus, conferamus ei textum Sapientiæ quod sic se habetur; O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Immortalis est enim memoria illius quoniam et apud Deum nota est et apud homines. Hic autem modus procedendi in re hæc conformior nobis videtur, maxime vero quum Maria sit regina coeli et terræ, quæ sedet a dextris Jesu; Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate; simili modo Joseph est felicissimus ipsius dominus et rex, qui omnem suam gloriam agnoscens inductus est pulchritudine, et concupiscet Rex decorem tuum.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Fratres, quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et veram interpretationem scripturarum* doctrinam, suo tempore sciamus, Dominum S. Josephum esse immaculatum profitentem. ¶ Revera esse doctrinam do-

gmaticam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Amen, amen amen. Doctrinam....

DIA 25 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Fuit enim Joseph et beatissimæ virginis societas, horidus et prorsus immaculatus affectus. Virginem namque beatissimam sanctitatis angelicæ habere, illam videre, cum illa morari, et cum eadem operari, illi convivere, et illi convivari astante Filio Dei.—*Hier.*—Numquid non erat Maritus Mariæ Joseph? Non inquit quis hoc dicit? Scriptura enim dicit, angelica auctoritate, quod maritus erat. Noli timere inquit accipere Mariam conjugem tuam: Ergo Joseph matrimonium de præsentibus cum Maria celebraverat, sine quo maritus non esset.—*Hier.*—Joseph futuræ uxoris omnia noverat: Joseph non erat maritus virginis per usum matrimonii.—*Hier.*—Christus non erat extraneus respectus Josephi ad quem pertinebat jure matrimonii; quamvis à sola Virgine generatus; et fuit multo conjunctior Josepho, ex ejus conjugate natus.—*Aug.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Nobis filiis immaculati Josephi necessaria est ejus intercessio,* Ut quod nostris meritis non valeamus. ¶ Ejus patrocinio consequamur, quia vigilantissimus Pater noster est. Ut....

LECTIO II.

Ex nobilitate gratiæ a Deo accepta.

Dominus S. Joseph fuit adeo nobilis propter in-

numerabiles gratias sibi a Deo condonatas, ut benedici possit ab æterno prima accepisse gratiam, scilicet, conceptionem sine originali macula, quae est veluti principium et fons ceterorum eius virtutum. Jesu Christus est auctor gratiæ, principium et finis omnium operum bonum, sanctorum conversatio- num, omnisque bonæ cogitationis, quae veritas aperte docetur ab Apostolo, dicenti quod omnia accepimus a Jesu et de plenitudine eius omnes accepimus. Virgo Maria gratia quadam privilegioque est, ut ita dicam, alterum principium, de quo affluit gratia ad fideles: Spiritus autem divinus eam nobis praefert, tamquam mystica fons, de qua manant omnes gratiæ in favorem omnium Christifidelium; sic etiam B. Joseph propter alias gratias et privilegia est altera fons, post Mariam, et qua similiter ruunt aquae gratiarum in nostram causam. Ideoque Sancta Mater Ecclesia, illum habens tamquam suum universalem protectorem, quoddammodo nobis dicere sint; Nulla gratia venit de coelo ad terram, nisi transeat per manus Josephi; et in eo ipso cum comparari potest illi luci effulgenti et mysteriosæ, quae nobis elucet inter tenebras peccati, juxta Isaiam dicentem; De te in lucem gentium. Ergo, quum tanta sit eius nobilitas, ratione gratiæ, bene affirmare possumus illum umquam habuisse ignobilitatem culpæ originalis.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Per potentissimam protectionem Domini S. Josephi ad lumen redeunt coeci, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur. *Dominus S. Joseph repleat nos filios suos omni gaudio et pace et virtute; ut

abundemus in gloria sempiterna. *V.* Dicite pusillanimes, confortamini. Dominus S. Joseph....

LECTIO III.

Ex Patrocinio S. Josephi.

His nostris diebus tantam calamitatem redolentibus adversum Catholicam Ecclesiam, quibus etiam temporibus videmus Petri scapulam fluctibus luctantem, et quamvis non possit ab illis obrui, multi autem fideles opprimuntur et pene omnes in hoc procellarum mare demerguntur, his, inquam, diebus confugit ad Josephum, suo eius potentissimum patrocinium sese reponens, et tum aperte omnibus patet divinum Mariæ Sponsam quam maxime nititur ad nos omnes salvandos, et quotidie novimus suos illum amare tenerrima dilectione, eumque omnibus egentibus sua postulata concedere, redemptione, nimirum, captivo, infirmo salutem, tristibus solatium, peccatoribus veniam, fervorem negligenti- bus et justis perfectionem. Ex his possumus credere hunc virum tam plenum gratiarum in nostri causam, ipsum remanere ortatum gratia conceptionis intemeratae? Nobis siquidem videtur Deum omnipotentem, qui illum inter creaturas elegit ut illum unire Virgini, unione superiori omnibus, excepta tantum hypostatica, id ipsum fecisse a primo suæ conceptionis instanti, cum creans omnino immaculatum, quodque sic egit ut ipse in omnibus tribulationibus, hisce praesertim temporibus, nobis succurreret suis abundantissimis gratiis privilegiisque suoque potentissimo patrocinio.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ecce apparebit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Do-

minus S. Joseph et cum eo gloriosus affectus suae sanctae protectionis, *tamquam Pater illius, de quo scriptum est; habebit in vestimento et in femore suo, Rex regum et Dominus dominantium. ¶ Apparebit in finem et non mentietur, et si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet. Tamquam Pater....

DIA 26 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Maria illam Mater, virum etiam Joseph ille Pater ejus sicut conjux Matris ejus.—*Aug.*—Quare non per me, Josephum, generationes ascenderent, vel descenderent? An dicitur Josepho quia non tu genuisti operi carnis tuae? Sed respondebit: Numquid et illa Maria, opere carnis suae peperit? Quod Spiritus Sanctus operatus est, utrisque operatus est; sed in eo sexu quem parere decebat, operatus est hoc quod etiam marito nasceretur.—*Aug.*—Sed cum Josepho non seminante, illa, Maria, peperisset profecto, nec ipsius formae servi ambo parentes esset, nisi inter se etiam sine carnis commixtione conjuges essent: Unde et series generationum usque ad Joseph perducenda, ne in illo conjugio virili sexui, utique potiori feret injuria.—*Aug.*—Non itaque propterea non fuit Pater Joseph, quia cum Matre Domini non concubuit; quasi uxorem libido faciat, et non charitas conjugalis.—*Aug.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Beatissimus Joseph in nomine Jesu petit cum pro nobis orat.*Et per Jesum impetrat pro nobis

illis suis omnia et singula. ¶ Quia á Deo obtinuit per merita sui Filii Jesu. Et....

LECTIO II.

Ec desponsatione B. V. Mariae cum S. Josepho.

Virgo Maria fuit unita Jesu arctiori vinculo Matris et Filii, illa enim novem mensibus fuit substantia Verbi substantiae, vita eius vitae, existentia suae ipsius existentiae, ex quibus infertur maiorem perfectionem neminem habuisse, juxta sententiam divini Spiritus ore Joannis docentis gratiam nobis esse á Jesu Christo, his verbis; Gratia per Jesum Christum facta est; qui merito nominatur auctor gratiae; sicut etiam Virgo beatissima habuit eximiam gratiam ex infinita ipsius dignitate proveniente. Quid ergo dicemus de gratia Josephi? Ipse fuit verus Mariae Sponsus; arctioribus vinculis sese ligavit Mariae et Jesu; tam illius Jesus se profitebatur quam Mariae; et eo magis Jesum possedit, quo fuit de Spiritu Sancto conceptus et traditus tum Mariae, tum Josepho. Itaque, ab hoc principio incipientes, asserere possumus omnem gratiae affluentiam, Mariae non destinata, Deus Josepho concessit, qui vi divini hujus matrimonii fuit maxime proximus et Jesu et Mariae. Praeterea hisce nostris diebus, sub potentissimam eius tutelam sese reponens Ecclesia, omnem gratiam pro nobis illi fuisse concessam autumamus, cum dicitur; Nihil nos Deus habere voluit, quod per Josephi manus non transiret. Utrum ergo hunc hominem tam divinum, tamque gratia plenum in peccato fuisse conceptum amplius existimabimus?

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Fratres, gaudete in Domino Josepho semper, iterum dico, gaudete, quia protectio ab hac die nota erit omnibus filiis suis.*Exibit Dominus Joseph, tamquam dominator mundi et pax erit in nostro sancto Instituto, dum venerit. ¶ Hac de causa loquetur pacem in gentibus nostris et potestas eius a mare usque ad mare in saecula saeculorum.—Exibit....

LECTIO III.

Non est sicut unus ex ceteris hominibus.

Nulli dubium est quin Joseph a Spiritu Sancto fuit electus ut cum coniugeret Mariae divino sacroque connubio, quod eo magis perfectum invenitur, quo illo minima reperiri potuit carnis corruptio, sed e contrario infinitus puritatis cumulus. Fuit igitur inter Mariam et Josephum maxima unio magraque similitudo, et antequam eos divinus sacro matrimonii vinculo coniunxisset, debuit Joseph habere dignissimus Mariae Sponsus, ideoque in corde suo omnem continere gratiam quae ei virginali Dei parenti decebat; propterea praeditus fuit a Domino gratiis singularibus purissimi Virginum coetus, innumerabilis confessorum multitudinis, invicta martyrum exercitus, cum omnibus gratiis prophetarum, patriarcharum et apostolorum, adeo ut sancti omnes omnesque angelici spiritus dicere possit suam omnem gratiam in D. Josepho contineri sed mirabiliter auctam juxta Ecclesiastici verba: In me omnis gratia vitae et veritatis, et in me omnes spes vitae et virtutis. Sic tanta Dei veritate, tanta Ecclesiae omniumque fidelium utilitate et aedificatione D. Joseph fuit nuncupatus protector Ecclesiae universae. Nunc vero, hic Joseph tantis exornatus

privilegiis caruisset penitus gratia illa protoparentibus Adamus et Heva concessa? Ibi autem, nullo peccato ab origine contracto in matrimonio fuerunt coniuncti, Josephum vero et Mariam futuros parentes promissi Messiae probabile videtur fuisse ambos maculatos horribili originalis peccati immunditia? Dum Sancta suum de hac profert iudicium, libenter propugnavimus Josephum non absimiliter ac Maria fuisse conceptum sine originali labe, quamvis a Deo gratias inferiores acceperit.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Dominus S. Joseph, qui venturus es ad nostram salvationem, veniet et non tardabit, quoniam ipse est salvator noster.*Deponet omnes iniquitates nostras et proficiet in profundum maris omnia peccata nostra. ¶ Libera, o bone Joseph, populum tuum de manu potentiae omnium inimicorum nostrorum. Deponet....

DIA 27 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Deo vissum est ex conjuge Josephi filiorum dare eidem Joseph, naturaliter ex eo non genitum; nam id quod ex muliere quafiam absque stupro vel fornicatione progignitur, necessario viri et uxoris filius est; cujus modi ratione Deus dare vult filium citra copulationem.—*Iust.*—Cum Evangelista narret, non ex concubitu Joseph, sed ex Maria Virgine natum Christum; unde Joseph Patrem ejus appellat, nisi quia et virum Mariae, recte intelligimus sine commixtione carnis, ipsa copulatione conjugii; et ob hoc

etiam Christi Patrem multo conjunctus, quia ex ejus conjugē natus sit.—*Aug.*—Per Sanctum Josephum, latuit principem hujus mundi Virginitas Mariæ et similiter mors Domini.—*Ign.*—Joseph Mariæ Sponsus: Jesus Josephi fabri lignarii filius: Et ipse Pater Jesu: Joseph cum Jesu faciebat aratra et juga.—*Justin.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nos omnes filii Josephi omnia bona in ipso habemus.*Si indiges auxilio virtus est. ¶ Si mortem times, vita est, si tænebras fugis, lux est; et si cælum desideras via est. Si....

LECTIO II.

Ex decentia Mariæ et Jesu, aut paternitate virginali.

De Joseph vi eius divini conjugii perfectiorem habuit cum Jesu unionem, inferiorem tantummodo arctissimæ illi conjunctionem cum Virgine Matre, quia Joseph virginalis Jesu Pater perfectiori modo, excepta generatione carnali, quæ numquam esse potuit in Deo homine, qui erat nascendus e virginibus parentibus, et qui futurus erat divinus Virgo, a quo erat altissime efferenda humana virginitas. Præterea Adamus et Heva si felicissimo illo suæ innocentiae statu filios genuissent, hi certe, juxta D. Chrisostomum; sine parentum virginitates detrimento nati fuissent, quod sic fuisse opinamur, quia tum nec peccatum nec fomes peccati erant, nec etiam extitisset concupiscentia vel corruptio peccati, ideoque filiorum conceptio sine ullo parentum virginitatis detrimento. Si ita accidisset Adamo et Hevæ, qui fuere innocentes, quamvis postea in pecca-

tum fuerunt delapsi, cur id non fuisset concessum Mariæ et Josepho qui in gratia erat futuri parentes omnis humani generis, propter filium suum Jesum? Joseph ergo fuit virginalis Jesupater, proinde huius paternitas reposita ut sine originali labe fuerit conceptus pari modo quo fuit B. Virgo Maria.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Descendet Dominus Joseph sicut pluvia in vellus super nos filios suos, et ab illo die orietur justitia et abundantia facis.*Et adorabunt eum omnes alumni eius, omnes gentes servient ei. ¶ Veni, Domine Joseph, revoca dispersos in terram suam, ut salvos nos facias. Et adorabunt....

LECTIO III.

Ex paternitate virginali S. Josephi.

Virginalis D. Josephi paternitas erga Jesum Christum Dominum nostrum est tam vera quam eius divinum matrimonium, et quoniam hoc ipsum est absque dubio, quia in sacris Paginis et de eo mentio fit, sic etiam juxta ipsos hos libros realis apparet divina hæc paternitas. Ipse Chrisostomus animo raptus hac sublimiori doctrina miro modo Patri Dei decora, admiratione plenus dixit; O beate Joseph, tu es verus Pater Christi, excepta tantum carnali generatione; sic te proclamant Evangelistæ, sic te appellavit ipsa tua Sponsa dicens Jesu; Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Jure igitur pius Isolanus nobis considerandas tradit egregias Josephi prærogativas erga Jesum; Utique, ait, Joseph confabulatur Jesu, sicuti vero eius virginioque filio; et Jesus loquebatur cum Josepho virginali ipsius parenti. Inde concludemus Mariam ex opere divini

Spiritus concepissee Filium suum Jesum, sic similiter Josephum ex opere Spiritus Sancti ipsum genuisse in virginalibus visceribus suae immaculatae coniugis, Jesus quidem fuit verus divinusque huius coniugii fructus. Utrum ergo fieri potuerit Josephum in peccato originali fuisse conceptum? Dum Ecclesia Romana id melius non explicet iterum cum S. Bernardino de Bustos aiemus; Deus scit, Deus scit, Deus scit.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ecce Dominus S. Joseph, tamquam radix Jesse, descendet nostris temporibus in salutem populorum, quia ipsum omnes gentes deprecabuntur.* Juste et pie vivamus expectantes beatam spem et adventum protectoris omnis Ecclesiae universalis. ¶ Ostende nobis misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. Juste et pie....

DIA 28 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Josephum virginem fuisse per Mariam ut ex virginali conjugio Virgo Filus nasceretur.—*Hier.*—Joseph vero contra legem agere non poterat, quia justus erat et Deum in omnibus offendere timebat.—*Euseb.*—Quid enim præclarius, quid excellentius de Josepho ad illius de præcanda encomia de promi potest, quam eum esse Genitricis virum, Christi que Patrem? His enim prærogativis tanquam duabus basibus innititur tota magnitudinis et excellentiæ Josephi machina.—*Hier.*—Ut quemadmodum justo Joseph deputaretur Mariæ in virginitate conjugium

ita venerabilis ejus ostenderetur in Jesu Matris virginitas.—*Hilar.*—Ait, Pater, quia solum hoc nomen Josepho reservabatur, tanquam ei proprium et speciale.—*Christ.*—Erat Joseph sic similis Christo, ut qui Joseph videbant, ipsum Christum cernere videbantur.—*Hug.*—Ideo divina dispensatione factus est, dum Christus divina perageret, numquam voluerit Joseph esse præsentem; ne homines putarent illum vere supra hominem esse.—*Hug.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quanto fuit noster divinus Joseph tum in virtute, tum in excellentia.* Neque scribi, usque enarrare, neque fingere potest ¶ Quia Pater Jesu et Mariæ Sponsus revera est. Neque....

LECTIO II.

Ex admirabili similitudine cum eius Sponsa Maria.

Vera amicitia inter duas personas perfectam recipit cordium unionem, adeo ut iis iidem affectus eademque voluntas sit, maxime vero quum hæc amicitia habeatur inter coniuges, quæ quo magis est legitima, proximior eo esse debet. Nunc vero Joseph est dignissimus Mariæ maritus, perfectissimamque inter eos extitit cordium coniunctio, exinde infertur ipsos simillimos quoque fuisse in suis perfectionibus, quæ vero similitudo si aliquando deficiat nomine haberi potest hæc arctissima unio, ergo inferendum Mariæ perfectiones pares fuisse perfectionibus Josephi, et quum Maria fuerit in conceptione purissima et intemerata, conceptionem Josephi immaculatam esse similiter videtur quod si ita non sese haberet, maxima eis interfuisset dissimi-

litudo; et D. Joseph, nescio quid haberet horribile, monstruosum tamquam foetidum ut summam Virgini pœnam rederet mœstitiamque amarissimam Sanctissimo Patriarchæ. Ex dictis inferre licet Josephum pari modo ac Virgo Maria sine labe peccati fuisse conceptum, sed ita hoc fieret ut dum Joseph absque macula remaneret, B Virginem novis maximisque gratiis, privilegiis ac virtutibus ornata esse oportebat. . . .

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R O admirabilis protectio Domini S. Josephi, tu ex ore Altissimi prodiisti, attingens a fine usque ad finem, suaviterque disponens omnia.*Veni ad docendum nos viam prudentiæ; veni ad redimendum nos in brachio extento; veni ad liberandum nos, iam noli tardare. ¶ Ecce iam veniet plenitudo temporis, in quo mittet Jesu Christus admirabilem protectionem Patris sui Josephi. Veni ad docendum. . . .

LECTIO III.

Cor Mariæ, cor Josephi.

Deus ab æterno elegit D Josephum ut esset in tempore dignissimus Mariæ Virginis Sponsus; oportuit ergo ut etiam ditaret eius cor talibus gratiis, privilegiis, prærogativis et benedictionibus ut simile omnino evaderet purissimo cordi divinæ suæ consortis; quodque omne ita esse debuit ut inter utrumque coniugem perfectissima existeret cordium et affectuum unio; veritas enim est innegabilis quod Deus quos elegit ad aliquam dignitatem ea dignos facit juxta S Dionysium dicentem; Dominus quos elegit dignos facit. Conferentes ergo hanc veritatem D. Josepho, inferre cogimur Deum illum fecisse dig-

dum Mariæ Sponsum, quæ sane dignitas non ab alio exurgit quam a primo supremoque beneficio collato Sacræ Familiæ, scilicet, conceptione in gratia sanctificante. Sed, si minimo vel temporis spatio illum supponeremus in peccato existentem, inde vera resurgeret indignitas in Josepho, quia verum esset quod antequam esset Sponsus Mariæ, a malignanti spiritu possessus fuerat. Clarius luce videtur non esse supponendam in D. Josepho originis maculam, ergo illum declaremus immaculatum ut deceat illud cor Josephi et cor Mariæ.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Veni, potentissime Joseph, et educ de filiis tuis vinetum de domo carceris, sedentem in tenebris et umbra mortis.*Veni et illumina nos filios tuos sedentes in tenebris et in umbra mortis. ¶ Veni et salva filios tuos qui de limo terræ formati sunt; veni ad salvandum nos, Domine S. Joseph. Veni et illumina. . . .

DIA 29 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Vocabis, ait Josepho, nomen ejus Jesum; et nomen imponere Majestatis ac dominii est.—*Joan. Dam.*—Sancti Josephi imago est virtutum et sanctimoniae floribus cumulate locupletis.—*Picinelli.*—Movel unus utrumque nempe, Sanctus Patriarcha Joseph dum precum suarum efficacia Virginem Sponsam permovit, simul etiam iratum Deum ad misericordiae significandæ motum compulit.—*Picinelli.*

litudo; et D. Joseph, nescio quid haberet horribile, monstruosum tamquam foetidum ut summam Virgini pœnam rederet mœstitiamque amarissimam Sanctissimo Patriarchæ. Ex dictis inferre licet Josephum pari modo ac Virgo Maria sine labe peccati fuisse conceptum, sed ita hoc fieret ut dum Joseph absque macula remaneret, B Virginem novis maximisque gratiis, privilegiis ac virtutibus ornata esse oportebat. . . .

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R O admirabilis protectio Domini S. Josephi, tu ex ore Altissimi prodiisti, attingens a fine usque ad finem, suaviterque disponens omnia.*Veni ad docendum nos viam prudentiæ; veni ad redimendum nos in brachio extento; veni ad liberandum nos, iam noli tardare. ¶ Ecce iam veniet plenitudo temporis, in quo mittet Jesu Christus admirabilem protectionem Patris sui Josephi. Veni ad docendum. . . .

LECTIO III.

Cor Mariæ, cor Josephi.

Deus ab æterno elegit D Josephum ut esset in tempore dignissimus Mariæ Virginis Sponsus; oportuit ergo ut etiam ditaret eius cor talibus gratiis, privilegiis, prærogativis et benedictionibus ut simile omnino evaderet purissimo cordi divinæ suæ consortis; quodque omne ita esse debuit ut inter utrumque coniugem perfectissima existeret cordium et affectuum unio; veritas enim est innegabilis quod Deus quos elegit ad aliquam dignitatem ea dignos facit juxta S Dionysium dicentem; Dominus quos elegit dignos facit. Conferentes ergo hanc veritatem D. Josepho, inferre cogimur Deum illum fecisse dig-

dum Mariæ Sponsus, quæ sane dignitas non ab alio exurgit quam a primo supremoque beneficio collato Sacræ Familiæ, scilicet, conceptione in gratia sanctificante. Sed, si minimo vel temporis spatio illum supponeremus in peccato existentem, inde vera resurgeret indignitas in Josepho, quia verum esset quod antequam esset Sponsus Mariæ, a malignanti spiritu possessus fuerat. Clarius luce videtur non esse supponendam in D. Josepho originis maculam, ergo illum declaremus immaculatum ut deceat illud cor Josephi et cor Mariæ.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Veni, potentissime Joseph, et educ de filiis tuis vinetum de domo carceris, sedentem in tenebris et umbra mortis.*Veni et illumina nos filios tuos sedentes in tenebris et in umbra mortis. ¶ Veni et salva filios tuos qui de limo terræ formati sunt; veni ad salvandum nos, Domine S. Joseph. Veni et illumina. . . .

DIA 29 DE FEBRERO.

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Vocabis, ait Josepho, nomen ejus Jesum; et nomen imponere Majestatis ac dominii est.—*Joan. Dam.*—Sancti Josephi imago est virtutum et sanctimoniarum floribus cumulate locupletis.—*Picinelli.*—Movel unus utrumque nempe, Sanctus Patriarcha Joseph dum precum suarum efficacia Virginem Sponsam permovit, simul etiam iratum Deum ad misericordiarum significandæ motum compulit.—*Picinelli.*

—Certum est Jesum, Mariam et Josephum pios fuisse semper et placabiles: fuisse etiam in perfectissimo et summo gradu humiles.—*Petr. M.*—De vera et incomparabile humilitate Sancti Josephi satis sit dicere: Josephum fuisse justum et consequenter humillimum.—*Petr. M.*—Colligere possimus eximius et incomparabilis amor Christi Domini erga Josephum ejus consanguinem et nutritium cujus fines exopta sanam generatione naturali verus erat filius.—*Petr. M.*—Amore acquisito Christus Dominus diligebat Josephum, a quo per tot annos tam assidua obsequia et ministeria recepit.—*Petr. M.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R O peccator ne diffidas, sed in cunctis Josephum sequere et ipsum invoca. *Quem per ipsum Dominus Jesus voluit cunctis subvenire. ¶ Et ab eo tanquam a piissimo Patre humiliter pete. Quem....

LECTIO II.

Cor Joseph, cor Mariae.

Juxta Abbatem Rupertum Joseph et Virgo Maria cœlesti divinoque connubio fuerunt conjuncti quia eorum corda ita fuerunt similes in gratiis et privilegiis, ut efformabant unum cor, unum spiritum ipsumque esse. Ideoque cor Josephi fuit exactissima imago cordis Mariae, praeditum gratiis et privilegiis simillimis purissimo Mariae cordi. Hoc ipsum voluit nobis monstrare ipse castissimus Patriarcha, qui apparens Venerabili Joannae ab Angelis illi ostendit purissimum eius cor quod erat veluti signatum sanctissimo Mariae nomine ferens in coraera ardentem flammam purissimi amoris, ut ei diceret; *Cor Josephi, cor Mariae.* Quum enim figura, quae

signat sit exactissima imago ipsius signi; sic cor Josephi corde Mariae signatum esse debuit perfectissimi Mariae cordis et inflammatum ardentibus iquibus divini amoris; ergo infertur quemadmodum cor Mariae fuit adeo purum quia a conceptione sua immaculatum fuisse constat; similiter cor Josephi immaculatum etiam fuisse videtur. Si ita autem non fuisset maxima existeret inter eos dissimilitudo, tanquam differentia quae existit inter colorem album et nigrum, inter albedinem gratiae et peccati horribilitatem; ergo D. Joseph simili modo quo Virgo Maria ab eius conceptione fuit immaculatum. Adora anima mea, adora, inquam, purissimum Josephi cor, affectuosas admodum gratias age divinae bonitati quod tantis gratiis ditaverit illud adeo ut sit perfectissimam exemplar purissimi cordis divinae eius Sponsae et instanter Dominum exora ut parvulam illorum partem tuo pauperrimo cordi infundat meritis huius gloriosissimi Patriarchae, quod parvo, cum labore assequi non dubites quia magna auctoritate id petimus, scilicet, D. Josephi.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ecce venit, Dominus Joseph, tanquam princeps huius mundi; beati omnes filii sui, qui parati sunt occurrere illi. *Jam venit plenitudo temporis, in quo mittet Jesu Christus Patrem suum virginalem in terras. ¶ Haurietis aquas perfectionis in gaudio de fontibus Patris nostri Josephi. Jam venit plenitudo....

LECTIO III.

Cor Joseph, cor Mariae.

Purissimum Mariae cor ut dignum Dei Matre ex-

set, praeditum fuit tali puritate ut maior concipi nequeat; superatque cœlos, angelos, omnesque creaturas, ideoque liberum ab omni macula etiam originali, sicut ab omni defectu actuali vel leviori, manens impeccabilis quadam gratia et privilegio et ornata gratis pene infinitis, propter quod D. Anselmus ait eius infinitam esse sanctitatem. Similiter dicendum est de corde Sanctissimi Josephi propter altissimam eius dignitatem virginalis Jesu Patris, dignissimique Mariae Sponsi. Deus illi dedit cor simile suae purissimae coniugis, Deus illum donavit puritate et innocentia adeo eminente ut longe post se relinquat omnem creaturas, sicut eius dignitas omni alia est excellentior. Quae quum ita sint, bene conicere possumus nulla umquam labe ipsum fuisse maculatum, semper omnia fecisse optime et modo perfectiori, fuisse cum gratia et privilegio impeccabilem, omniaque eius cogitationes, verba et opera fuisse valde similia suae divinae coniugi Mariae; quumque haec perfectio videatur quod supponit conceptionem absque peccato, pie ideo credimus suo tempore ab Ecclesia erit dedaratum D. Josephum fuisse in sua conceptione immaculatum.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias

R Rorati coeli desuper per Josephum; et nubes pluant iustum per Josephum. *Aperatur terra per Josephum; et germinet Salvatorem per Josephum.
 ¶ Ut cognoscamus, Domine Joseph, in terra viam tuam, quia gratia et veritas per Jesum Christum facta est. Aperiatu terra....

MES DE MARZO.

—DIA 1º—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Joseph non cognoscebat eam donec peperit Filium suum primogenitum; quia quamdiu Virgo beata habuit in suo utero solem iustitiae, tantus fulgor exhibebat de ejus facie, quod Joseph eam cognoscere et discernere non valebat, nec in ejus faciem intendere non poterat donec ejus uterus fuit evacuatus. —*Orig.*— Porro non alius Josepho visus est magis idoneus ad sponsalorum conjunctionem contrahendam, quippe qui propinquitate generis, ejusdem tribus, et honestate morum, jam pridem bonae fidei existimationem consequutus esset. —*Niceph.*— Deliberantibus sacerdotibus super matrimonium Mariae, divinitus incidit consilium ut darent eam cuidam viro: igitur inventus est Joseph talis, qualem ratio consilii requirebat. —*Joan. Dam.*— Proditus est itaque Joseph, cum enim virgam suam attulisset, et cacumine ejus columba de caelo conveniens, concedisset, liquido omnibus patuit, ei Virginem desponsatam fore. —*Hier.*— Joseph Sponsus conscientia Mariae. —*Pet. Crisol.*— Ex evangelica historia apertissime colligatur matrimonium inter beatam Virginem et Josephum extitisse. —*Greg. M.*
 Nos haec sublimia mysteria mirantes et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto me-

set, praeditum fuit tali puritate ut maior concipi nequeat; superatque cœlos, angelos, omnesque creaturas, ideoque liberum ab omni macula etiam originali, sicut ab omni defectu actuali vel leviori, manens impeccabilis quadam gratia et privilegio et ornata gratis pene infinitis, propter quod D. Anselmus ait eius infinitam esse sanctitatem. Similiter dicendum est de corde Sanctissimi Josephi propter altissimam eius dignitatem virginalis Jesu Patris, dignissimique Mariae Sponsi. Deus illi dedit cor simile suae purissimae coniugis, Deus illum donavit puritate et innocentia adeo eminente ut longe post se relinquat omnem creaturas, sicut eius dignitas omni alia est excellentior. Quae quum ita sint, bene conicere possumus nulla umquam labe ipsum fuisse maculatum, semper omnia fecisse optime et modo perfectiori, fuisse cum gratia et privilegio impeccabilem, omniaque eius cogitationes, verba et opera fuisse valde similia suae divinae coniugi Mariae; quumque haec perfectio videatur quod supponit conceptionem absque peccato, pie ideo credimus suo tempore ab Ecclesia erit dedaratum D. Josephum fuisse in sua conceptione immaculatum.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias

R Rorati coeli desuper per Josephum; et nubes pluant iustum per Josephum. *Aperatur terra per Josephum; et germinet Salvatorem per Josephum.
 ¶ Ut cognoscamus, Domine Joseph, in terra viam tuam, quia gratia et veritas per Jesum Christum facta est. Aperiatu terra....

MES DE MARZO.

—DIA 1º—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Joseph non cognoscebat eam donec peperit Filium suum primogenitum; quia quamdiu Virgo beata habuit in suo utero solem justitiæ, tantus fulgor exhibebat de ejus facie, quod Joseph eam cognoscere et discernere non valebat, nec in ejus faciem intendere non poterat donec ejus uterus fuit evacuatus. —*Orig.*— Porro non alius Josepho visus est magis idoneus ad sponsalorum conjunctionem contrahendam, quippe qui propinquitate generis, ejusdem tribus, et honestate morum, jam pridem bonæ fidei existimationem consequutus esset. —*Niceph.*— Deliberantibus sacerdotibus super matrimonium Mariæ, divinitus incidit consilium ut darent eam cuidam viro: igitur inventus est Joseph talis, qualem ratio consilii requirebat. —*Joan. Dam.*— Proditus est itaque Joseph, cum enim virgam suam attulisset, et cacumine ejus columba de cœlo conveniens, concedisset, liquido omnibus patuit, ei Virginem desponsatam fore. —*Hier.*— Joseph Sponsus conscientia Mariæ. —*Pet. Crisol.*— Ex evangelica historia apertissime colligatur matrimonium inter beatam Virginem et Josephum extitisse. —*Greg. M.*
 Nos hæc sublimia mysteria mirantes et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto me-

cum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiraret anima mea.

R. Deo gratias.

R. Religiosam Josephi conversationem fuisse nemo dubitat. *Religiosissima fuit conversatio sancti Josephi. ¶ Qui Christo Deo dies ac noctes serviebat. Religiosissima....

LECTIO II.

Cor Josephi, cor Mariae.

Nos etiam sequentes illustrium auctorum singulariumque theologorum testimonia vere dicere possumus freti fidelisimo traditionis fonte purissimum Josephi cor fuisse veluti crystallus mundissima omni praedita gratia et sanctitate, quanta quidem erat necessaria ut esset fidelissimum Mariae cordis exemplar. Et requidem vera, aiunt devotissimi D. Josephi: quis poterit enarrare gratiae copiam, quae inest Sanctissimo Josephi cordi? Bene quidem affirmare possumus hanc esse immensam; illud autem semper tali tantaque gratia est operatum, ut ex se magnam haberet congruentiam. Utique; Josephi cor fuit purissimum; fuit aërium gratiae et incomprehensibles sanctitatis fuit abusus tot privilegiorum ut illius finem numquam invenire poterimus; fuit gloriosissima congeries infinitudinis gratiarum quae continuo effluebant a Maria et Jesu in amantissimum parentem dilectissimumque Sponsum. Sed quomodo cogitare possumus Mariam et Jesum vel minimo tempore illum potuisse relinquere culpae servum proindeque subiectum Satanæ? Nos quidem aperte profiteamur minime posse credere tantum fuisse Mariae et Jesu contemptum erga Sponsum primae, parentemque alterius, melius quidem videmus illum

sine peccato exstitisse, et suo tempore sic á Sancta Catholica Ecclesia declarandum speramus.

Nos haec sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis: esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiraret anima mea.

R. Deo gratias.

R. Constantes estote, fratres mei dilectissimi, quia prope videbitis auxilium Domini Josephi super vos. *Ad te, Domine Joseph, levavi animam meam, veni et eripe me, quia ad te confugi; veni, noli tardare et relaxa facinora filiorum tuorum. ¶ Ego autem ad Dominum Josephum aspiciam et ipsum spectabo tanquam salvatorem meum. Ad te, Domine Joseph....

LECTIO III.

Cor Mariae, cor Josephi.

Quum Immaculatum Mariae cor fuerit admirabilissima omnium virtutum copia et tantummodo inferior virtutibus ab homine Deo peractis, exinde de illa dicitur fuisse immensum mare, omnium donorum, gratiarum et privilegiorum quae Deus omnibus creaturis impertitur, Maria est infinitum flumen a divinitate affluens; sic dicendum videtur de Josepho dignissimo Mariae Sponso et virginali Jesu parenti. Et re quidem vera, is Joseph fuit similis Mariae, fuit cor eius omnino sanctum et inviolatum, praeditum virtutibus eximiis, caelestibus, divinisque donis et gratiis privilegiisque talibus ut fuerint conimiliores suae divinae coniugi. Divinum Verbum Josephum Patrem appellavit, num posset

talis Filius suo virginali parenti aliquam gratiam denegare? Ille magnis gemitibus ab eo reposeret gratiam immaculatae conceptionis. Quem vero nisi Josephum regina caeli Dominum appellavit? et pati posset hæc Sanctissima Domina videre ipsum suum dominum peccato originali subiectum? Hanc certe gratiam magno cum fervore a Deo impetraverit, si antea non habuisset? Inferamus inde Josephum fuisse immaculatum, quia solum ita dicere possumus; Cor Mariæ, cor Josephi.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R Deo gratias.

R Clama, in fortitudine, qui annuntia pacem in nostro sancto Instituto; dic alumnis eius, ecce Dominus noster Joseph, quem spectamus venit.* Adorabunt, Dominum Josephum, omnes reges terræ, omnes gentes servient ei. ¶ Modo venit Dominus Joseph et nomen eius per suum patrocinium salvator vocabitur. Adorabunt....

—DIA 2 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Beatam virginem per verum matrimonium fuisse Josepho conjunctam certum est; alioquin cum paritur, pudoris ejus fama jacturam pateretur; maxime quod in Evangelio vocetur Joseph Pater Christi.—*Amb.*—Josephi patriam fuisse civitatem Nazaret

certum est exsenta.—*Patr.*—Visum est Deo ex uxore Josephi dare Filium Josepho, non genitum secundum naturam ex ipso.—*Theophilact*—Josephum sepultum fuisse juxta Virginis Sponsæ suæ sepulchrum, quod constat fuisse in valle Josaphat.—*Hier.*—Joseph pariter cum Maria nocturno tempore, quasi monasticam vitam agerent, consurgere consueverunt ad preces Christo Domino effundendas, quem medium inter se, sacri illi conjuges constituebant.—*Pet. Chris*—Sanctissimus Joseph, ipsum Christum Dominum adorandum sibi proponebat: quanto putamus in Josephum adeo proximum justitiæ solem liberaliorem extitisse?—*Pet. Chris*—Inventa est Maria gravida de Spiritu Sancto: ambo inveniet Joseph, et conceptionem et causam, quod de Spiritu Sancto; quapropter timens ejusdem mulieris vir nominari, clanculum ipsam dimittere voluit; non ausus publicare quomodo res ipsius haberet.—*Basil.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quando sorores Josephinæ per obedientiam aliqua loca minus tuta vis tarint.* Secum deferant in custodem Dominum Josephum. ¶ Et postquam inofenso pede se percurrisse succederit, gratias ei agant. Secum....

LECTIO II.

Dominus S. Joseph non est sicut unus ex cæteris.

Postquam attente inspexerimus Sacros Libros, venerabilem traditionem, Patres Doctoresque Ecclesiæ, istius ordinem a Spiritu Sancto gubernatum, ex iis rursus inferimus Josephum esse unicum ex hominibus, cui Jesus Patrem vocaverit, cui Virgo Maria Sponsi cognomen tribueret, cui humiliter obe-

dienterque fuit subiecta Sacra Familia, cui inser-
viret Regina cœlorum, cui cibum triginta annos
pareverit Virgo Virginum, qui meruerit a Jesu com-
itari in magnis suis laboribus, qui demum post-
quam longo tempore fuerit caput Jesu et Mariæ,
inter ipsorum amplexus ultimum emisere spiritum.
Exinde concludatur Josephum non esse sicut unus
ex ceteris beatis; ipsum non fuisse naturalibus legi-
bus subiectum; et. Deo adiuvante, Jesum et Ma-
riam, pro certe habemus, in honorem patris et
coniugis dilectissimi, omnia ea esse facturos, quæ
inservire possit ad eius immaculatam conceptionem
a Sancta Romana Ecclesia declarandam.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Missus est Gabriel Angelus ad Josephum B.
Virgine Maria desponsatum et tamquam potentis-
simus protector universalis Ecclesie,*egredietur et
præliabit contra incredulos. ¶ Beatum me dicent
omnes generationes, quia servum humilem respexit
Deus. Egredietur....

LECTIO III.

Ex vita Domini Josephi cum Jesu et Maria.

Legitur in quibusdam sanctorum historiis, eo cer-
tis momentis fidelitatis gratiæ meruisse vel ipsum
puerum Deum vel Virginem Mariam, sed hoc tan-
tummodo aliquando accidit, nunquam autem con-
secuti sunt in brachiis ipsum habere puerum vel
ipsam perspicue intueri Mariam, sed, juxta Suare-
sium, videbant solum Angelum habentem faciem
eorum; qua ergo puritate effulgere debuit Joseph ut
habitare apud Mariam et Jesum, omniaque illa offi-
cia erga illos fungere quæ propria sunt tenerrimi

parentis et dignissimi coniugis? Horum sacrorum
munerum perfunctio non alio principio oriri debent
nisi ab eius immaculata conceptione; corpus siqui-
dem et anima horribili peccato originali semel foeda-
ta non apta videntur sacra hæc officia erga Mariam
et Jesum; quodque non fortuito fieri debebat, sed
semper, die ac nocte et per triginta annos. Ex ei
Matris rationibus videmur concludi posse S. Jose-
phum fuisse conceptum sine originali peccato.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Domine S. Joseph, tu eris corona gloriæ in ma-
nu omnium filiorum tuorum; tu sicut diadema regi-
um in manibus filiarum tuarum.*Et videbunt omnes
populi iustum tuum Jesum et Mariam Sponsam
tuam. ¶ Lætaminini cum filiis suis, et exultate in eis,
omnes qui diligitis Dominum Josephum in æter-
num. Et videbunt....

—DIA 3 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam; sed
timuit ipsam veluti Spiritu Sancto repletam.—*Basil.*
—Inventa est in utero habens de Spiritu Sancto, id
est, inventa est grævida de Spiritu Sancto: ambo
enim invenit Joseph, et conceptionem et causam
quod de Spiritu Sancto.—*Basil.*—A quo inventa
est? à viro, hoc est, innotuit quod ex Spiritu Sancto
concepit; unde clam voluit eam dimittire, et non
audebat habere uxorem, quæ tantam haberet gra-
tiam.—*Theoph.*—Tu quidem times adjungere illi,
quia Spiritu Sancto concepit; sed ne timeas accipere,

est enim uxor tua.—*Theoph.*—Desponsata est Maria Viro justo Josepho, non violenter virginitatem ablatur, sed potius contra violentos custoditura.—*Aug.* Datum denique fuit Josepho nomen novum scriptum, quod nemo novit, nisi qui accepit cum dictum est illi: vocabis nomen ejus Jesum.—*Amb.*—Joseph nunquam minus habens inventus. Vidisti Josephi obedientiam? Vidisti animum facile sacris sermonibus fidem accomodantem? Vidisti mentem omnino vigilem et nulla prorsus corruptione violatam?—*Chrys.*—Reliquos omnes sanctos comparat stellis, divus autem Joseph fulgenti soli.—*Aug.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Vocate omnes Josephini in periculo et necessitate constituti. *Patrem nostrum potentissimum Josephum. ⁊ Et ad illum tota devotione convertite, et citissime pium ejus auxilium invenietis.—Patrem....

LECTIO II.

*Quid facere volumus circa immaculatam
—conceptionem nostri Domini D. Josephi.—*

Enixe desiderantes nostrum hunc laborem quamvis exiguum de possibilitate immaculatæ conceptionis castissimi Patriarchæ Josephi in melius laborare, ad hunc finem curabimus præcipue uti iis notitiis allatis ab hominibus magnas cum Deo communicationes habentibus, selectis locis Patrum Doctorumque Ecclesiæ iusti enim pretiosiora Scripturæ traditionisque collegerunt in unum et evolverunt, decretis etiam Romanorum Pontificum, qui, ut Christi vicarii in terris sunt operata, ac demum uti statuimus quibusque, quæ ad hunc finem apta, in Breviario

reperiamus ac præterea exponemus pauca quæ D. Joseph nobis in hoc opere faciendo inspiraverit. Huic ergo labori super immaculata D. Josephi conceptione eo fine operam damus ut inter nos saltem filios suos mysticum huius devotionis opus; et dum eius officium quotidie recitandum efformamus, eo magis illos faciamus cognoscere Sanctissimum Patriarcham, et quoniam, quod ad nos spectat, eius officii ædificium, prompte efferemus, ipse id etiam faciat, utramque eius Josephinam Familiam perfecte stabilire dignetur; tribuat nobis ferventes utilioresque vocationes, ut tam Institutum Missionariorum, quam Filiarum Mariæ ac Josephi suum proprium locum in Ecclesia Deo et numero et virtute apostolicisque laboribus occupent; ita ut illi semper et omni loco et tempore millibus millium vocationum sancta, egregia et perfecta opera fungantur, omniaque hæc redeant ad maiorem Dei honorem, et laudem, et similiter Mariæ ac Josephi in augustissimis immaculatæ eorum conceptionis mysteriis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ostende nobis, Domine Joseph, misericordiam tuam et salutare tuum da nobis,*et germinabunt campi huius mundi germen filiorum tuorum ⁊ Quia protector noster cum virtute veniet et splendor eius cum eo. Et germinabunt....

LECTIO III.

Concluditur ex mysteriis Christi.

Inter magnas fortissimasque rationes ex quibus conicere possumus D. Josephum esse unicum inter mortales, adeoque unicum ut unam, ut ita dicam,

cum Virgine Maria personam efformaverit et proinde illum in conceptione sua fuisse immaculatum, aliam quidem habemus in consideratione magnorum Christi mysteriorum, scilicet, in ipsa Dei incarnatione, in nativitate in stabulo Bethlehem, in admirabile circumcissione faciens magnum sacerdotem, qui consecrabat suum Dei ministrum secundum ordinem Melchisedec, in adoratione qua reges divinum Infantem omnium nationum conspectui obtulere, in templi præsentatione illum æterno offerens Patri ad humanum genus salvandum. Quid amplius dicemus de magnis aliis mysteriis, scilicet, de fuga in Ægyptum, in qua Joseph incolumes servavit Matrem Filiumque? quid de intimis mysteriis, ipsa domo Joseph commorabat apud Jesum et Mariam, in ipsa edere mensa, divina frui conversatione, familiariter agere cum his divinis personis, et accipere undecumque deifica exempla? Ex quibus omnibus haud difficile infertur Josephum simillimum Mariæ fuisse ac Jesu, quæ similitudo nisi a primo egrediamur principio, ab immaculata nimirum, conceptione explicari minime potest.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ex quo facta est vox salutationis tuæ Domine Joseph, in auribus meis, exultavit in gaudio anima mea. *Et erit iustitia cingulum lumborum eius. † Et requiescet super nos filios tuos Spiritus Domini, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus concilii et fortitudinis, spiritus pietatis et sancti timoris Dei. Et erit iustitia....

—DIA 4 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Dignitas magna concessa fuit Josepho singulari Dei dono, ut per dispensationem omni sermone præstantiorem feret Virginis Sponsus.—*Joan. D.*—Consequens est, non solum Patris Christi nomen, sed etiam rem quæ huic nomini subest, Josephum participasse, quantum excepta generatione ab homine participari potuit.—*Christ.*—Quid agam? ait Joseph: Anxior, gemo, doleo, curro, consilium quaero, nec penitus invenio.—*Aug.*—Voluit Joseph dimittere Mariam, quia magnum sacramentum in ea esse cognoscebat, cui se approximare indignum existimavit.—*Orig.*—Major puritas Joseph confirmat paternitatem, nec ipsa Sancta Maria nos reprehendat; illa enim ne semen suum noluit præponere marito suo, sed dixit Pater tuum et ego.—*Aug.*—Sicut caste maritus, sic caste pater est.—*Aug.*—Quare Joseph Pater Jesu? Quia tanto firmitus Pater, quanto castius Pater.—*Aug.*—Joseph appellatur Dei legitimus Pater, et Christus Deus Josephi Filius legitimus.—*Aug.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Age bone Joseph misericordiæ tuæ sinus aperiri. *Et iste filius meus sit filius tuus. † Et ego dabo tibi mercedem tuam, tuarum virtutum imitando. Et....

LECTIO II.

Concluditur ex mysteriis Christi.

Quo magis quodidie cogitamus de vocatione D.

Joseph quae fuit immediate post Virginis vocationem, omniaque illius officia esse ita ut melius posset agere circa Christi mysteria, eo magis cogimur affirmare nullum sanctum, nec omnes quidem sanctos nei ipsos angelicos spiritus fuisse ad tantum opus vocatos, sed Josephum solummodo. Cui illorum commissa fuit Jesu cura? Josepho tantummodo ineffabili dignatione missa fuit cura ad Jesu vitam ab Herodis furia salvandam, ipsi solum cibum ei praebere, Divinum Puerum eiusque Matrem sudore vultus alere. Nunc vero, quid omne id supponit fuisse Deum D. Josepho? Supponit quidem ipsum fuisse a conceptu immaculatum, ex quibus gratiis, privilegiis virtutibusque adeo singularibus et sublimibus, tendunt enim ad Jesum et Mariam, inferemus profecto haec omnia antea relatâ beneficia non ab alio exordiri, nisi ab immaculata conceptione, quam ipse accipiens, habuit etiam perfectum rationis usum, donum scientiae infusae et altissimae contemplationis, adeo ut gratia et privilegio in gratia confirmaretur, sese totum ab illo instanti Domino Deo suo amantissime reddens. Ipse etiam Joseph ex Deo reddidit, quidquid ab eo acceperat, ex quo facile concludemus illius fuisse tantam liberalitatem, ut ex hoc ipso ab omni peccato immunis remansit a primo suae conceptionis momento.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In nostris temporibus erit nomen Domini Josephi benedictum in saecula, super ipsum continebunt reges os suum et ipsum omnes gentes deprecabuntur. ⁹ Veni, Domine Joseph, et noli tardare,

relaxa facinora filius tuus, et revoca dispersos in terram tuam. ⁷ Excita potentiam tuam et veni, ut salvos facias omnes filios tuos. Veni....

LECTIO III.

Ex privilegiis D. Josephi concluditur.

Dominus S. Joseph, secundum testimonium Venerabilis Mariae de Agreda, aliorumque auctorum meruit a Deo accipere plurimas apparitiones angelicas, innumerabilia colloquia cum his cœlestibus spiritibus, mirabiles visiones et extasis, in quibus cognovit sublime Dei Incarnationis mysterium, in iis etiam optime novit quomodo ille eiusque virgo Sponsa potuerunt esse virginales Christi parentes in altissima contemplatione ipsam vidit divinam essentiam, sicut etiam magna mysteria militantis Ecclesiae, seipsum vidit tamquam futurum Christi praecursorem, ut nuntiaret inibi patribus cito esse venturum mortis et inferni triumphatorem, qui eos liberaret a vinculis illius carceris et duceret ad cœlestia regna. Omnes istae et singulae gratiae nos inferre cogunt ut asseramus D. Josephum esse unicum inter homines, nec similem ei habere nec unquam ei aliquem consimilem inveniri posse, quia ipse est qui maiores a Deo gratias acceperit tum in corpore, tum in anima. Adoremus ergo Josephum culto summo dulciæ vel minori hiperdulciæ, miremur, laudemus et glorificemus hunc Sanctissimum Patriarcham eumque confiteamur habere infinitudinem gratiae, quae, juxta testimonium V. Mariae Agreda, maiorem supra non habet, et ideo illam non incipere posse ab alia, nisi ab eius immaculata conceptione.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Canite tuba in universa terra, vocate omnes gentes, annuntiate populis universis et dicitur; *Ecce Dominus S. Joseph cum sua potentissima protectione veniet nobis. V. Annuntiate et auditam facite, loquimini et clamate. Ecce Dominus....

—DIA 5 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Habe o Joseph cum Maria conjuge tua virginitatem membrorum, quia de virgineis membris virtus nascitur angelorum, ut tu Pater Christi, cura castitatis sis et Maria Mater Christi, servata virginitate.—*Aug.*—Si Jesus non erat caro, Joseph quem circumcidit?—*Ephen.*—Habe o Joseph cum Maria conjuge tua virginitatem membrorum, quia de virgineis membris virtus nascitur angelorum, ut tu Pater Christi cura castitatis, sis et Maria Mater Christi servata virginitate.—*Aug.*—Conjux ex prima fide desponsationis..... propter quod a fidei conjugio parentes Christi vocare ambo meruerunt; et non solum illa Mater, verum etiam ille Pater ejus sicut conjux Matris ejus: utrumque mente non carne, neque enim mentitur Evangelium ubi legitur: Et erat Pater ejus et Mater.—*Aug.*—Joseph vir justus, et Maria justa foemina, et Spiritus Sanctus in amborum justitiam requiescens, ambobus dedit Filium; sed in eo sexu quem parere decebat operatus est hoc quod etiam marito nasceretur: ita-

que ambobus dicit angelus, ut Puero nomen imponant, ubi parentum declaratur auctoritas.—*Aug.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Moneant unusquisque nostrorum Superiorum jam moribundos, *Filiis suos ad Josephum profusis lacrymis clamantes dicant. ¶ Recordare Domine acciderit nobis, sed superior omnium nostrorum tu quid es. Filios....

LECTIO II.

Ex purissimo corde Domini nostri S. Josephi.

Salve divinum Josephi cor, salve aerarium prorsus incomparabile sanctitatis, castitatis et ceterarum virtutum; adorate et salutate, amantissimum Josephi cor! laetor valde tue admirabilis magnitudinis, et affectuosas divinae bonitati gratias reddo quod te ita sublimaverit et immaculatum a conceptu fecerit, sic solum simillimas potuisti evadere Mariae, tam plenus gratis superuisque benedictionibus. Ego autem, amantissime mi Pater, confusione ac dolere captus animam meam video immundissimam ob tot peccata a me commissa! Hei, quis mihi daret lacrymas perfectae contritionis ad delenda tam innumera facinora! Hei mihi! maledicta sint terque quaterque omnia peccata mea, ea detestor et abominor, sicut magnas offensiones in Deum meum o beate Joseph! ad te confugio et per purissimam tuam conceptione oro ut abundantissimum mihi concedas gratiarum cumulum ut mori potius exoptem quam cor meum aliqua horribili culpa foedare, ut omne meae vitae tempus in assequendis virtutibus impendam; ita id rogo per eminentissimas gratias tuae immaculatae conceptionis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Non auferetur sceptrum de Ecclesia Romana, et Deus de femore eius, donec veniat qui mittendus est iudicare vivos et mortuos.*Cuius Pater virgo est et ipse erit spectatio filiorum suorum. ¶ Pulchriores sunt oculi eius vino et dentes eius lacte candidiores. Cuius Pater....

LECTIO III.

Quid faciam ad immaculatam Josephi conceptionem debite honorandam.

Quum rite venerari desiderem immaculatam Josephi conceptionem fidens in eius potentissimo patrocinio, sequendum statuo rationem.—I. Summo officium horrore quod libet mortale peccatum vel etiam veniale, exoptans potius morti succumbere quam culpam aliquam committere; et si ad hoc assequendum necesse fuerit pravas fugere societates, id certe faciam; si opportunum videtur pessimas vitare conversationes, id etiam faciam; et si effugiendae sunt occasiones peccati, cuiusmodi fugiam; utique, id faciam omne, Deus meus, toto corde et anima faciam; quoniam certissimum est quod ille qui periculum amat in ipso peribit.—II. Deinde, ut aliquando fidelissimus Josephi filius esse possim in eius immaculatae conceptionis mysterio, cupio in dies apud me firmiter statuere prius mori, quam sponte ullum committere peccatum.—III. Tertio loco volo mane et vespere, dies noctesque et omni loco tempore continuo a Deo impetrare ut me ab omni liberet peccato, ac defectionibus contra regulam et ab omnibus imperfectionibus, si autem nos Dominus servaverit sua bonitate, defenderet sua tutela et

sua non adjuvet protectione, frustra ad id laborabimus; sic nos omnes filii filiaque Josephi erimus devotissimi suæ immaculatae conceptionis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Me oportet minni, ait Maria; Joseph autem meus crescat, et tamquam Sponsus meus non sum digna ut corrigiam calceamentorum solvam.*Ego baptizavi omnes filios meos aqua gratiae Christi; et ille baptizabit vos gratia Sacrae Familiae. ¶ Tamquam caput illius. Ego baptizavi....

—DIA 6 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Sancta Maria sicut luna, beatus Joseph velut sol cum undecim stellis id est beatis apostolis; incurvati et postrati sunt ante eum.—*Aug.*—Necessario igitur desponsata est Maria Joseph.—*Ber.*—Ut ex virginali conjugio, virgo Filius nasceretur.—*Hier.*—Quis est ille quem parentes et fratres adoraverunt super terram, nisi solus Jesus quando cum Josephum et Maria et discipulis adoraverunt? De quo solum dictum est: laudate eum sol et luna; laudate eum omnes stellæ et lumen.—*Amb.*—Non dixit Christus omnibus major est Joannis; sed nemo propheta illo major est.—*Aug.*—Hoc responsum a Deo accepisse, qui munera obtulerant Domino, consequenter responsum accipiant, non per angelum; sed per ipsum Dominum ut meritum Joseph privilegium demonstraretur.—*Hier.*—O Joseph! per meritum tuæ virginitatis, Pater dicaris Salvatoris.—*Aug.*—Quamvis eo modo Pater illius

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Non auferetur sceptrum de Ecclesia Romana, et Deus de femore eius, donec veniat qui mittendus est iudicare vivos et mortuos.*Cuius Pater virgo est et ipse erit spectatio filiorum suorum. ¶ Pulchriores sunt oculi eius vino et dentes eius lacte candidiores. Cuius Pater....

LECTIO III.

Quid faciam ad immaculatam Josephi conceptionem debite honorandam.

Quum rite venerari desiderem immaculatam Josephi conceptionem fidens in eius potentissimo patrocinio, sequendum statuo rationem.—I. Summo officium horrore quod libet mortale peccatum vel etiam veniale, exoptans potius morti succumbere quam culpam aliquam committere; et si ad hoc assequendum necesse fuerit pravos fugere societates, id certe faciam; si opportunum videtur pessimas vitare conversationes, id etiam faciam; et si effugiendae sunt occasiones peccati, cuiusmodi fugiam; utique, id faciam omne, Deus meus, toto corde et anima faciam; quoniam certissimum est quod ille qui periculum amat in ipso peribit.—II. Deinde, ut aliquando fidelissimus Josephi filius esse possim in eius immaculatae conceptionis mysterio, cupio in dies apud me firmiter statuere prius mori, quam sponte ullum committere peccatum.—III. Tertio loco volo mane et vespere, dies noctesque et omni loco tempore continuo a Deo impetrare ut me ab omni liberet peccato, ac defectionibus contra regulam et ab omnibus imperfectionibus, si autem nos Dominus servaverit sua bonitate, defenderet sua tutela et

sua non adjuvet protectione, frustra ad id laborabimus; sic nos omnes filii filiaeque Josephi erimus devotissimi suae immaculatae conceptionis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Me oportet minni, ait Maria; Joseph autem meus crescat, et tamquam Sponsus meus non sum digna ut corrigiam calceamentorum solvam.*Ego baptizavi omnes filios meos aqua gratiae Christi; et ille baptizabit vos gratia Sacrae Familiae. ¶ Tamquam caput illius. Ego baptizavi....

—DIA 6 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Sancta Maria sicut luna, beatus Joseph velut sol cum undecim stellis id est beatis apostolis; incurvati et postrati sunt ante eum.—*Aug.*—Necessario igitur desponsata est Maria Joseph.—*Ber.*—Ut ex virginali conjugio, virgo Filius nasceretur.—*Hier.*—Quis est ille quem parentes et fratres adoraverunt super terram, nisi solus Jesus quando cum Josephum et Maria et discipulis adoraverunt? De quo solum dictum est: laudate eum sol et luna; laudate eum omnes stellae et lumen.—*Amb.*—Non dixit Christus omnibus major est Joannis; sed nemo propheta illo major est.—*Aug.*—Hoc responsum a Deo accepisse, qui munera obtulerant Domino, consequenter responsum accipiant, non per angelum; sed per ipsum Dominum ut meritorum Joseph privilegium demonstraretur.—*Hier.*—O Joseph! per meritum tuae virginitatis, Pater dicaris Salvatoris.—*Aug.*—Quamvis eo modo Pater illius

valeat dici, quo et vir est Mariæ?—*Aug.*—Nasci Josepho et Mariæ etiam filius potuit sine ullo complexu carnali.—*Aug.*—Non opinione sola sed quadam ex parte veritatis Joseph filius esse Jesus, quippe qui Mariæ verissimus filius.—*Aug.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Fuit Joseph particeps benedictionum Mariæ concessarum.*Et Christus conceptus ut ex corpore Joseph. ⁊ Quia conceptus est ex corpore Virginis, quod fuit Josephi. Et....

LECTIO II.

Quid faciam ad immaculatam Josephi conceptionem debite honorandam.

Ut debite fructum hauriamus ex torrenti gratiarum, quæ in D. Josephum irruerunt in ipso suæ immaculatæ conceptionis momento, efficacissimum nobis videtur omni vi conari ad D. Josephum perfecte imitandum, proficiendi iterum atque iterum in perfectione adipiscenda; et etiam frequentius accipiendi Sacram Eucharistiam; dicandi Deo omnia opera nostra et sublimia et valde infima, omnesque labores ferendi propter Dei amorem; habendi intentionem ut in omnibus illi placeamus; maxime studendi ne minimum quidem momentum dilabatur quo non augeamus coeli divitias in exercendis omnibus virtutibus et præcipue in colendo purissimum Dei amorem; si ita in omnibus egerimus profecto debite honorabimus immaculatam Josephi conceptionem. Et si his dictis addamus graviter meditari de hominum amanti in inquirendis per totum vitæ tempus vilissimis et immundis bonis terrenis, et minime in augendis coelestibus divi-

tiis, profecto apud nos statuerimus quotidie magis prodesse divinis gratiis quæ profluunt ex immaculata D. Josephi conceptione.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In Domino Josepho benedicentur omnes tribus terræ, quia nascetur nobis Jesus,*qui sedebit super thronum, eius potestas non habet finem. ⁊ Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Joseph, Filium suum Jesum misit in similitudinem carnis peccati. Qui sedebit....

LECTIO III.

Quid faciam ad immaculatam Josephi conceptionem debite honorandam.

Opportuna admodum existimamus ad debita immaculatam D. Josephi conceptionem honorandam studere præcipue in dies amoris divinæ gratiæ eamque toto corde et anima amare eoque magis quo verius est eius præctium esse supra omnia bona terrena, etiamque supra aurum et argentum totius universi, supra reges et imperatores, imperia omnia et regna, supra dulcedinem omnem terrestrem, supra coelos, solem, lunam et stellas, supra omnes angelos et archangelos et demum superior est gratia divina infinitis aliis, cum coeli aditus omnes patefaciat, et cetera omnia id facere nequeant. Quæ cum ita sint, quanto quidem amore prosequeretur Joseph gratiam suæ intemeratæ conceptionis. Oremus ergo potentissimum nostrum protectorem et fundatorem D. Josephum propter eximiam puritatem suæ immaculatæ conceptionis ut nos ardere faciat in divinis gratiæ ignibus, ut omnes filii huius Sanctissimi Patriarchæ quotidie magis con-

mur augere in nobis et in omnibus orbis populis divinae gratiae singularem amorem, amen amen, per saeculorum saecula, amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Domine S. Joseph ad tuum sanctum Institutum usquequo dolens averteris. Per tuam sanctam virginitatem cum tua Sponsa Maria generasti salvatorem mundi, ut omnes ambulemus in salvatione. V In charitate perpetua dilexisti nos, ideo attraxisti nos, et miseratus es nostri. Per tuam....

—DIA 7 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Ille ipse angelus, qui ad Mariam destinatus fuerit Gabriel; ipse et nunc per somnium ostendit se Joseph sanctus angelus Gabriel, ut fugiat in Ægyptum. — *Orig.*— Cum audisset Joseph: accipe Puerum et Matrem ejus et fuge in Ægyptum, nihil prorsus opponit, vir enim erat fidelis; nec curiose revertionis tempus inquireret, quod utique ab angelo non signate fuerat expressum; sed esto ibi usque dum dicam tibi. — *Chrys.*— In revelationibus per Gabrielem archangelum Josepho factis, Josephi excellentia et dignitas ostenditur et maxime ejus fides et obedientia declaratur: et promptissime et sine ulla hoestitatione credidit et obedivit. — *Crisolog.*— Prudenter enim Joseph fugit Herodem et Archelaum, qui necem Christi Jesu meditabantur. — *Ber.*— Communis et recepta sententia, quam nos libenter sequimur est quod B. Joseph ante passionis Dominicam, Paulo ante et post baptismum et ante nuptias

Cana Galileæ feliciter in Domino obdormierit. — *Hier.*— Sepultusque est noster gloriosissimus Joseph inter montem Sion et montem Oliveti ubi, postea repositum fuit corporis beatæ Virginis Matris Dei et ejus Sponsæ. — *Hier.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph videns et festinans ad Deum, * Videns in festinatione et bene festinans in actione. V Videt nostram miseriam et valde festinat ad impendendam nobis suam misericordiam. Videns....

LECTIO II.

Immaculata conceptio ex humilitate concluditur.

Postquam noster divinus magister docuerit humilem esse sublimatum, conicere possumus quo aliquam maiori fulserit humilitate, eo magis et illum esse honorandum et glorificandum; atqui humilitas Joseph profundissima fuit et omnino cunctis aliis superior, inferendum ergo credimus illum fuisse decorandum maioribus gratiis, quam alii sancti. Quam præterea Josephi humilitas sinillima fuerit humilitati Jesu et Mariæ proculdubio infertur illum fuisse similibus gratiis decoratum; Maria autem et Jesus sine peccato fuerunt concepti, ergo facile concluditur aliquo modo oportuisse Josephum esse similiter sine macula conceptum, eius autem humilitas profundissima fuit. Denique sacra Jesu humilitas sine macula ulla concepta multis præterea ac infinitis gratiis fuit ornata, quæ solius Dei propriæ erant; Maria etiam refertam se vidit infinitis gratiis, Matris Dei tantummodo propriis; sic etiam concludimus, corpus et animam purissimi Josephi propriis gratiis virginalis Dei parentis esse præli-

tos videri ac proinde humilitate profundissima de qua nascitur immaculata eius conceptio.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Jam ultra, Domine S. Joseph, non irascaris super terram nostri sancti Instituti, quia tuum est, *et montes sanctorum suorum et colles sapientium illius iam suscipient iustitiam tuam. V Non dicemus a te, Domine, et nomen tuum invocabimus, et tu misericorditer vivificabis nos. Et montes sanctorum....

LECTIO III.

Quid est humilitas inter homines.

Humilitas apud nos est veritas quæ mire, clare et continue nascitur, ita ut vere humilis aperte novit ex seipso nihil posse, quia est defectuosus, peccator et, plane dicam, nihil; sic enim noscit omnia eius bona vel naturæ vel gratiæ a Deo ipso realiter oriri, eique nullo suo merito esse benigne concessa; ita etiam seipsum viliorem inter creaturas agnoscit quod nullo modo responderit divinæ bonitati nisi ingratis actionibus, imperfectionibus, culpis realibus et multo sæpe horribili peccato mortali; eodem modo plane ingratiorem fuisse illum fortasse pluraque etiam commississe peccata nisi Deus summa benigntate ab imperfectis suis incolumem servaverit; ipsa tandem ratione cognoscit quamvis aliquando fecerit virtutum actiones et veri erga Deum amoris, non ideo minui vel minimi suæ imperfectiones horribilesque culpæ, sed hæc ipsæ virtutes quas coluit esse nova gratiæ beneficia, ac proinde nullum meritum reportasse. In D. Josepho humilitas est etiam veritas, sed ipse, sine macula conceptus optime no-

vit se infinitas a Deo habere gratias, et profundissime sese humilians Deo, cuncta, quæ acceperat redderat, et solummodo non obliviscebatur suæ impeccabilitatis gratia et privilegio, quæ ipsum humilem cordis fecerat.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Intuemini quantus sit noster potentissimus Joseph, qui ingreditur hodie in Ecclesiam ad salvandas gentes per suam protectionem. *Cuius generatio in nostro Instituto non habebit finem. V Memento, Domine, nostri in benepacito filiorum tuorum et visita nos in salutari tuo. Cuius generatio....

—DIA 8 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Secum Joseph et Maria, agnum qui ignem ardentem mittere veniebat in terram deferebant; deferebant quidam, et singulari praeerogativa deferebant, quia cum virginum privilegium sit cantare quasi canticum novum, et sequi agnum quocumque ierit; candida duo lilia Joseph et Maria, inter quos pasci voluit dilectus Dei Filius, non quasi canticum novum, sed novum absolute canticum virginitatis voto Deo consecratae cantabant, et incomparabili privilegio eos ipsemet quocumque irent sequabatur angelus.—*Ber.*—Videns Joseph Puerum signo natum maxima exultatione repletus est.—*Chrys.*—Hujus Christi Domini circumcisiones minister Sanctissimus Joseph fuit.—*Ephren.*—Christus Dominus non in templo, nec in Nazareth, sed in Bethlehem in

spelunca in qua natus est, fuit a Josepho circumcensus.—*Epiph.*—Fuit Joseph Sponsus Matris Domini, cujus Filius putabatur: fuit etiam ipsa Virgo Mater et Puer Jesus qui offerebatur: hæc est enim hostia placabilis, Deo placens hostia, hostia viva.—*Ber.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph pro regi cœli animam ponens et substantiam, *Non lupos sed tyrannos saevissimos ab eo fugavit. ⁊ Coeteris exempla præstans, ut in cultu Jesu maxime se exercuerunt, Non....

LECTIO II.

Dominus Joseph est humilis, ergo est conceptus sine macula.

Humilitas iudicii convertitur in humilitatem affectus, voluntatis ac cordis, qua propter dona et beneficia, quæ in seipso contemplet. omnem gloriam et honorem cupit divinæ Maiestati, sibi que non aliud exoptat nisi contemptum et confusionem, adeoque hæc omnia desiderat ut summe gaudeat seipsum tamquam viliorem creaturam agere videns sicut ipse a se vocatur et habetur; et quum ita sit in nobis, quid dicemus de humilitate S. Josephi? Confitendum ergo est nobis eius semper tantam fuisse humilitatem et talem ex adiunctis, quibus illa comitabatur, ut aliquo modo inferatur illum adeo esse benedictum, ut tamquam humillima Sponsa, sine originali macula fuerit conceptus: si autem hanc gratiam veluti fundamentum suarum non modo explicari, sed nec concipi potest tanta excellentia cum tanta humilitate coniuncta, quum ipse Joseph se maiorem inter natos mulierum optime, et talibus effulgere gratiis, donis ac privilegiis quales dece-

bant virginali Jesu parenti, cuius dignitas tantum modo erat inferior suæ purissimæ coniugi Mariæ; et quum ex alia parte omni cum veritate nobis dicat; discite a me quia mitis sum et humilis corde; ergo ex Josephi humilitate coniicitur eius immaculata conceptio:

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Canite tuba in populo christiano, quia prope est Dominus Joseph, ecce veniet ad salvandum nos. *Ecce veniet desideratus cunctis populis et replebitur gloria domus nostri sancti Instituti. ⁊ Erunt prava in directa et aspera in vias planas, veni, Domine Joseph, noli tardare. Ecce veniet....

LECTIO III.

Ex actibus Domini Josephi concluditur eius immaculata conceptio.

Nemo certe ut D. Joseph, cognoscere potuit miseria nostræ humanæ naturæ, et privilegia, gratias et dona ipsi concessa, et perfectissime novit omnia hæc nullo proprio merito sibi fuisse condonata, nec ipse id quidem cognoverat; præterea optime scivit ipsum illius vocatione unum idemque efformare cum B. Virgine Maria, et utrumque simul, tamquam virginales parentes, quid divinum efformare cum Christo Jesu, usque adeo ut vocati fuerunt Sacra Familia, quæ apud fideles nuncupatur augustæ terræ Trinitas, a Jesu, nempe, Maria et Josepho efformata. Inde sequitur eius internas actiones esse perfectissimas, summe egregias et, ut ita dicam, paulo minus ab actibus Mariæ Virginis, easque etiam tet esse, tamque fervorosas congruetesque divinæ eius Paternitati, Ut semetispum existimaret infinite de-

bere Omnipotenti Dei bonitati, quae ipsum similem effecerat Mariae, ac proinde illum cum Mariae propter eorum fidelitatem ad gratiam acceptam esse Jesum Christum inceptum, Jesum Christum continuatum, et Jesum Christum denique consummatum. Hæc actuum congeries a perfectissima rerum notitia provenientium immaculatæ conceptionis gratiam supponunt, ut ipse facere potuisset illa perfectione convenienti juxta suam cognitionem.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Omnipotens sermo tuus, Domine Joseph, a regalibus sedibus veniet. * Ut nos benedictionibus repleti, æternam claritatem consequi valeamus. V Ave, Domine Joseph, gratia plenus, Dominus tecum, benedictus es tu in omnibus hominibus. Ut nos....

—DIA 9 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Joseph, noli timere, accipe Mariam conjugem tuam; accipe ergo eam sicut commendatum cœlestis thesaurum, Deitatis divitias, sicut plenis-imam sanctitatem, sicut perfectam justitiam.—*Orig.*—Joseph, noli timere, accipe Mariam sicut Unigeniti mansionem, sicut honorabile templum, sicut donum Dei, sicut regis cœlestis donum immaculatum.—*Orig.*—Joseph ergo filii David, noli timere, accipere eam tibi commendatam, tuæ religiositatæ creditam, serva, fer, cura.—*Orig.*—Ille Patriarcha Joseph frumenta servavit, non sibi sed omni populo; iste noster Joseph panem vivum e coelo, servandum accepit, tam sibi, quam toti mundo.—*Ber.*—Dum enim au-

dit Joseph ab angelo quod intra se cognoverat, indubitabile signum erat quod a Deo mitteretur, cujus solius scire cordis secreta.—*Chrys.*—Quæ obsecro vel angelica lingua divinatorum mysteriorum colloquia inter Mariam et Josephum excogitare poterit.—*Ber.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ita dilectus Deo et hominibus fuit noster divinus Joseph. * Ut ejus memoria in æterna benedictione sit. V Et diligit eum Dominus super omnia tabernacula Jacob. Ut....

LECTIO II.

*Si Joseph fuit humilis corde, ergo fuit
—immaculatus.—*

Joseph optime noverat primum se habere locum in Sacra Familia; et si Maria consulebatur ut Mater Dei esse; ipsum quoque consulere et consentire una cum Maria; Mariam sciebat esse Matrem virginalem Jesu, se etiam esse eius virginalem Parentem; Mariam in Bethlehem esse Patrem Jesu; angelos, pastores et magos, quum Mariam et Jesum ille adorerent, se ipsum quoque adorare; se fugientem in Ægyptum vitam servasse Jesu et Mariae; eos a periculis arcere, alere in exilio et Nazareth revertere, eos in templum Hierosolymæ adducere, et in ea urbe cum Maria ipsum quærere Jesum; divinum denique Puerum tam subiectum per triginta annos esse Mariæ, quam Josepho. Omnia hæc magna mysteria et singula vel ex iisdem minimis tales supponunt gratias, privilegia, benedictionesque, ut, dici vere possit, prærequirerent infinitudinem gratiæ cui Joseph optimo perfectoque modo erat responsurus. Quomodo

autem id facere potuisset si maculatus in conceptione haberetur? Aliunde hæc humilitas Josephi, humilitas erat adeo infinita, ut quo seipsum primum inter mortales esse sciebat solumque inferiorem eius divinæ Sponsæ eo magis semetipsum exinaniebat juxta gratiam acceptam; vera quidem humilitas, quæ supponit conceptionem absque peccato.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Consolamini, consolamini, populi mi, dixit Dominus Joseph filiis suis.*Consurge, consurge, induere fortitudine in brachijs Domini Josephi. ¶ Et per conversionem innumerabilium peccatorum videbitis gloriam Domini. Consurge....

LECTIO III.

Joseph fuit humilis corde, quia erat sine macula conceptus.

Joseph fuisse humilem corde practice et theoreticè demonstrari potest, nam quamvis agnoverit Jesum, veram Deum utriusque veram Matrem Mariam, et optime etiam scire in seipso continere omnia ea dona et privilegia quæ illius divinæ coniugi destinata non erat, tamen corde humili et animo tranquillo omnes ferebat iniurias, contemptus et contumelias. Quam pulchrum est Josephum contemplari summa humilitatis diademate præditum, cum ergo iret ad Bethlehem cum divina coniuge ut in censo adscriberetur et solveret tributum, quumque quaereret hospitium in domibus cognatorum et necessariorum et fuerit contemptus, quin etiam puerus ex diversorijs, ille autem hæc omnia infinito silentio et humilitate pateretur. Infinitum dicimus quia contemptus in Sacram Familiam omni honore di-

gnam vertebatur, et ipse transfixus dolore fugiens ab hominibus abiit ad bestias in Bethlehem stabulo iacentes et ibi etiam tanta erat humilitate et mansuetudine ut maiores etiam labores et aerumnas pati potuisset. Actio hæc plurimæque aliæ D. Josephi non affirmare cogunt eo humiliorem fuisse quo maiores a Deo gratias acceperit quæ ipso facto postulabant conceptionem immaculatam.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sanctificamini, faciet enim Dominus mirabilia inter vos cum protectione Domini S. Josephi.*Et auferet a nobis filiis suis omnem languorem. ¶ Et delebitur iniquitas terræ et regnabit super nos sicut salvator mundi. Et auferet....

—DIA 10 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Vidisti Josephi obedientiam? vidisti animum facili sacris sermonibus fidem accommodantem? vidisti mentem omnino vigilem et nulla prorsus corruptione violatam?—*Christ.*—Cur in somnis et non potius aperte sicut pastoribus, et Zachariæ apparuit angelus et Virgini? Quia Joseph erat porsus fidelis et manifestiori revelatione non indigens.—*Christ.*—Ex dictis in Evangelio verisimile est eundem Gabrielem fuisse angelum qui Josepho apparuit, et qui Virgini Filium nuntiaverit, quia totum illud erat, veluti unum ministerium ad eundem proximum finem ordinatum.—*Ber.*—Angelus Dei ad suadendum Josepho accipere et non dimittere Mariam,

Piissimæ

appellavit eam conjugem suam.—*Christ.*—Contentus non fuit Evangelista nomen Virginis Mariae commemorasse, sed addidit conjugem tuam: conjugis autem nomine Sponsam intellexit, et non corruptam.—*Christ.*—Joseph fili David, non tantum secundum carnem, sed et secundum spiritum.—*Orig.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Venerunt pastores et invenerunt Mariam et Josephum et infantem positum in praecepito.*Maria Virgo immaculata gratia plena. V Joseph Virgo Sanctissimus gratia plenus omne Justitia. Maria...

LECTIO II.

*Fuit Joseph humilis corde, quia fuit sine
—labe conceptus.—*

Summæ iudicii humilitati infinitam gratiam redolenti addidit protinus Joseph aliud maximum huius virtutis gradum, scilicet, propriam abjectionem, opportunum ad id putans vivere ignotus in hoc mundo, ideo et si summa oratione assequi non valuit non haberi verus Virginis Mariæ Sponsus et virginalis Jesu Pater, obtinuit tamen quamvis nobilissima stirpe ortus humili carpentarii officio vacare distribuens omnia sua bona pauperibus et modo cupiens sudore vultus alere cælorum nobilissimam reginam eiusque Filium Dominum dominantium. Hac ipsa humilitate vel potius sui abjectione ac contemptu semper voluit comitari tum Elisabeth iuvisens, tum Ægyptum fugiens, tum Nazareth rediens et profisciscens Jerusalem; quæ omnia ipse tanta faciebat humilitate ut in posterum magister constitueretur non tantum miserorum, qui præ invidia

tumentes quod esse non possumus semper ostendere volumus, quum nihil aliud in nobis nisi vilitatem possit quis reperire; quod omne a nostris originem ducit peccatis, et e contrario humilitas Sanctissimi Patriarchæ revera oritur ab eius immaculata conceptione.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sanctificamini et estote parati, quia die crastina videbitis super vos protectionem potentissimi S. Josephi.*Constantes estote et videbitis auxilium suum super animas vestras. V Sanctificamini et estote parati. Constantes....

LECTIO III.

*Quid faciemus ad Dominum Josephum rite
—honorandum—*

Omnes Missionarii et Filiae Mariae ac Josephi, tanquam filii tui prædilecti, Sanctissime Pater noster, qui nos vocare dignatus es ad tuum sanctum Institutum efformandum, te ardentem cupimus videre honoratum et glorificatum summo dulci cultu vel minori hyperdulci, sic enim esse debere credimus ut semper omnes homines emineas, veluti conceptus sine macula; et, ut suo quoque tempore ita te declaret coram Ecclesia universa Romanus Pontifex, sequentia adhibere statuimus nos omnes tui devoti; Amare omni si humilitatem cordis, summo afficere hominum laudes, vitare, ut pestem, proprium gaudium propter nostra bona naturalia et supernaturalia, nos ita vilicres reputare ut nulli, unquam præhabeamus; humiliter sternere illis, quos superare voluerimus, et ita id facere ut aequo animo omnes feramus contemptus et vexationes omnes;

sancta prosequi laetitia ea nostris opponuntur consiliis; huic demum humilitatem addamus ferventem orationem, a Deo impetrantes gloriam D. Josephi, ut inspiret Romano Pontifici definiendum fidei dogma doctrinam, quae tenet hunc Sanctissimum Patriarcham sine macula fuisse conceptum, ut omnes ita creaturae illum laudent et honorent ut pro seipso meretur.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Dominus Joseph tamquam rex pacificus, magnificatus in universa Ecclesia cuius protectionem desiderat omnis terra. *Omnes populi et omnes reges servient ei. ¶ Completi sunt dies Mariae, ut pareret Filium suum Primogenitum, quem Spiritus Sanctus ambobus dedit, id est, Mariae ac Josepho. Omnes populi....

—DIA 11 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Joseph cognovit sacramentum incarnationis per divini luminis radium qui in ea nitebat, eo quod verum Deum et hominem in utero habebat.—*Hilarius*—Quare voluit Joseph dimittere Mariam? Accipe in hoc non meam sed patrum sententiam, Joseph voluit dimittere propter quod Petrus Dominum a se repellerat; propter quod Centurio a domo sua Dominum prohibebat, id est, indignum se reputans. Videbat et horrebat divinæ præsentiae certissimum præstantem insignem: exhoruit nimirum Joseph mysterii profunditatem, et ideo occulte vo-

luit dimittere eam.—*Ber.*—Bene audierat Joseph Virginem parituram Christum, et putavit forsam haec Virginem debere esse Sponsam suam Mariam.—*Ber.*—Joseph, fili David, noli timere; timor Josephi reverentialis et admirationis fuit non autem de Virginis castitate dubius.—*Ber.*—Videndo quippe S. Joseph gravidam Sponsam in tribulatione incidit maximam; sed affuit repente angelos timorem prorsus extinguens.—*Christ.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R O bone Joseph tu fuisti custos Christi et Virginis. *Tu servator veri tritici quo totus viveret et sustentaret mundus. ¶ Tu Pater Jesu, et superior Christi et Mariæ. Tu....

LECTIO II.

*Purissimus fuit Dominus Joseph, quia
—immaculatus.—*

D. Joseph veluti dignissimus Mariæ Sponsus et virginalis Jesu Pater tali debuit effulgere puritate et castitate, ut omnino purus evaderet quia indigna in eius tanta dignitate vel levior haberetur impudicitiae nota, adeoque hæc potius fortis et invincibilis esse debuit ut quamvis impugnata minime posset vinci ab hostibus, sed firma debuit manere in eorum aggressiones, adeoque etiam hac virtute roborandus esset ut veluti sine corpore et anima eius impetus nunquam recipere posset, sed tali eam prosequeretur amore ut omni vi traheretur ad mundos et puros corde. Hæc etiam virtus miris qualitatibus in D. Josepho erat reperienda, non naturaliter sicut in angelicis spiritibus invenietur, sed multo sublimius, tamquam proveniens ex egregiis suis gratiis, quae,

ut primo fronte apparet, ex una primaria erant effluenda, id est ex immaculata conceptione; in hoc enim cum non haberet corpus id quod carnalis concupiscentiæ est proprium, semper et omni tempore, loco et circumstantiis ille tanta poleret castitate ut in dies continuo cresceret donec ad illum gradum pervenerit, in quo inventus esse debuit ut esset dignissimus Virginis Mariæ Sponsus. Iterum repetamus; Purissimus fuit Dominus S. Joseph, quia sine labe originali conceptus.

Nos hæc sublimia &c.

R Deo gratias.

R Levate capita vestra, ecce appropinquat potentissima protectio nostri S. Josephi.*Amen dico vobis quia non tardabit, prope est enim. ¶ Apparuit benignitas sua inter nos, non ex operibus veræ poenitentiae, sed secundum suam misericordiam ut salvos nos faceret. Amen dico vobis....

LECTIO III.

Vigilantissimus fuit ut esset purissimus.

—quia immaculatus.—

Castitas virginalis nostri Josephi non solum fuit fortissima, purissima et invincibilis gratia quadam et privilegio a primo momento suae immaculatae conceptionis, sed et etiam iis, quibus usus fuit mediis ad eam conservandam, ita ut de eo dici possit; Vigilantissimus fuit ut esset purissimus Dominus, quia immaculatus esset in sua conceptione. Re quidem vera illa munivit fortiter murum suae puritatis perpetuae virginitatis voto quod Deo emisit a principio viarum suarum, et quamvis satis agnoverat se accepisse a Deo superabundantes gratias, nihilominus ab omnibus semper fugit periculis, suam virtutem

defendit praeterea immensis fossis suae profundissimae humilitatis, continua coelestium contemplatione, tanta in labore sollicitudine ut minimum unquam disperdit temporis momentum, integerrima sensuum custodia, honestissima suarum actionum decencia, abstinencia et rigore ac demum perpetua Dei visione, quem toto corde diligebat. Gaudeamus ergo, quia dicere possumus; Vigilantissimus fuit ut esset purissimus, quia immaculatus; ac nimis confusi ploremus nostrae carnis delapsa, quia peccavimus.

Nos hæc sublimia &c.

R Deo gratias.

R Quum ortus fuerit in terra nostra sol D. Josephi, videbitis eum venientem de coelo et dicentem unicuique nostrum *Filius meus es tu, ergo hodie in meo Instituto genui te. ¶ Diffusa est gratia in labiis tuis et tamquam Sponsus procedens de thalamo suo, benedixit te Deus in æternum. Filius meus....

—DIA 12 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Morem fuisse beato Josepho ut media nocte cum beata Maria Virgine Deum oraturus sum surgeret; ait.—*Hier.*—Primo inventa est Maria ab angelis custoditibus eam, protegentibus eam, conservantibus eam, vel ejus amantissimam animam ad honorem illius qui ab ipsa generandus erat. Deic inventa putatur ab ipso beato Josepho Sancto et justo, qui pene licentia maritali, licet eam non contingeret, futura tamen ut putabatur uxoris omnia noverat.—

ut primo fronte apparet, ex una primaria erant effluenda, id est ex immaculata conceptione; in hoc enim cum non haberet corpus id quod carnalis concupiscentiæ est proprium, semper et omni tempore, loco et circumstantiis ille tanta poleret castitate ut in dies continuo cresceret donec ad illum gradum pervenerit, in quo inventus esse debuit ut esset dignissimus Virginis Mariæ Sponsus. Iterum repetamus; Purissimus fuit Dominus S. Joseph, quia sine labe originali conceptus.

Nos hæc sublimia &c.

R Deo gratias.

R Levate capita vestra, ecce appropinquat potentissima protectio nostri S. Josephi.*Amen dico vobis quia non tardabit, prope est enim. ¶ Apparuit benignitas sua inter nos, non ex operibus veræ poenitentiae, sed secundum suam misericordiam ut salvos nos faceret. Amen dico vobis....

LECTIO III.

Vigilantissimus fuit ut esset purissimus.

—quia immaculatus.—

Castitas virginalis nostri Josephi non solum fuit fortissima, purissima et invincibilis gratia quadam et privilegio a primo momento suae immaculatae conceptionis, sed et etiam iis, quibus usus fuit mediis ad eam conservandam, ita ut de eo dici possit; Vigilantissimus fuit ut esset purissimus Dominus, quia immaculatus esset in sua conceptione. Re quidem vera illa munivit fortiter murum suae puritatis perpetuae virginitatis voto quod Deo emisit a principio viarum suarum, et quamvis satis agnoverat se accepisse a Deo superabundantes gratias, nihilominus ab omnibus semper fugit periculis, suam virtutem

defendit praeterea immensis fossis suae profundissimae humilitatis, continua coelestium contemplatione, tanta in labore sollicitudine ut minimum unquam disperdit temporis momentum, integerrima sensuum custodia, honestissima suarum actionum decencia, abstinencia et rigore ac demum perpetua Dei visione, quem toto corde diligebat. Gaudeamus ergo, quia dicere possumus; Vigilantissimus fuit ut esset purissimus, quia immaculatus; ac nimis confusi ploremus nostrae carnis delapsa, quia peccavimus.

Nos hæc sublimia &c.

R Deo gratias.

R Quum ortus fuerit in terra nostra sol D. Josephi, videbitis eum venientem de coelo et dicentem unicuique nostrum *Filius meus es tu, ergo hodie in meo Instituto genui te. ¶ Diffusa est gratia in labiis tuis et tamquam Sponsus procedens de thalamo suo, benedixit te Deus in æternum. Filius meus....

—DIA 12 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Morem fuisse beato Josepho ut media nocte cum beata Maria Virgine Deum oraturus sum surgeret; ait.—*Hier.*—Primo inventa est Maria ab angelis custoditibus eam, protegentibus eam, conservantibus eam, vel ejus amantissimam animam ad honorem illius qui ab ipsa generandus erat. Deic inventa putatur ab ipso beato Josepho Sancto et justo, qui pene licentia maritali, licet eam non contingeret, futura tamen ut putabatur uxoris omnia noverat.—

Orig.—Inventa est Maria gravida de Spiritu Sancto:ambo invenit Joseph et conceptionem et causam quod de Spiritu Sancto erat. Quapropter timens ejus nodi mulieris vir nominari clanculum ipsam dimittere voluit, non audens publicare quomodo res ipsius haberent.—*Basil*—Ne timeas, hoc est, tu quidem times adjungi illæ quia ex Spiritu Sancto concepit; sed ne timeas accipere domi et intus retinere.—*Theophy.*—Ego homunculus atque indignus, nequaquam permitterer habitare cum ea, quia certus sum de Spiritu Sancto est.—*Theophy*—Maria inventa est a viro suo Josepho habens in utero de Spiritu Sancto; id est, illud erat de Spiritu Sancto.—*Abul.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

Nemo venit ad Patrem nisi per Jesum,*Nemo venit ad Jesum nisi per Mariam. Nemo venit ad Mariam nisi per Sponsum suum Josephum. Nemo...

LECTIO II.

*De puritati Domini Josephi concluditur
immaculata conceptio*

Puritas Domini Josephi oriri debuit ab immaculata eius conceptione, quoniam necessarium videbatur, illum, cum ad Dei paternitatem destinatus fuerat vacuum omnino esse ab omni carnali concupiscentia, non modo enim indecorum erat ullos eum habere carnales stimulos, nec obscenos motus, imagines vel tentationes impuras, sed etiam fuit omnino incapax propter suae immaculatae conceptionis privilegium. Fuit ergo Joseph purissimus, tamquam inaccessible lilium intemeratum cunctis suae vitae diebus, semper floridum, semper odoriferum, ut minima umqu-

am impura respiratione taugi potuerit; ideoque ipsis excelluit seraphinis, et quum corpus et carnem haberet, semper eluxit fulgore seraphicae puritatis, et nitido sole convenienti dignissimo Mirare Sponso et virginali Jesu parenti. Mariae igitur in Josepho tantum puritatis donum debemus et tamquam quid singulare et divinum venerare, sicut ortum ab immaculata conceptione; gratias age Divinae bonitati quod illi dederit tam praeexcelsum donum; et cura, ut sensuum circumspectione, et tuarum actionum honestate claudas ostium inimicis tuae puritatis, et sollicita vigilantia prohibeas illis aditum in animam tuam et exora devote hunc castissimum Patriarcham ut velut pater tuus custodiat castitatem et virginitatem tuam.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Hodie nobis cœlorum rex de almis parentibus virginalibus Maria et Joseph nasci dignatus est, ut hominem perditum ad cœlestia regna revocaret.* Gaudet exercitus angelorum, quia salus æterna humano generi apparuit. N Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Gaudet...

LECTIO III.

Ex natura fuit purissimus, ergo immaculatus.

Præcipua ex prærogativis D. Josephi puritatis est quod illa sit ipsi connaturalis, ut quum sit homo, quadam gratia et privilegio ut verus Angelus habeatur, ii enim cœlestes spiritus summo prosequuntur amore hanc virtutum, ita ut eam in ceteris etiam diligant suoque odore et fragantia delectentur; atqui sic in puritate sese habuit noster Joseph, ergo videtur eius conceptionem fuisse immaculatam. In hoc casu,

quamvis non esset purus spiritus, et carnem et ossa haberet, huius tamen mirabiles effectus assecutus est. Ideoque de Josepho dicendum est, semper et omni loco et tempore fuisse pronum ad vitam castissimam, ad gaudendum puris et mundis totocorde, ad eius mirabiles effectus prosequendum, eamque eo magis in purissima eius conjuge est demiratus, quo eius corde illa afferebat suavitatem coelestem et summam fragrantiam et uterque ea divinitus amplexus continuo evolabant inflammatis cordibus ad infinitam Jesu puritatem.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Hodie cum protectione Patris nostri Josephi de coelo nobis pax vera descendit.*Hodie per eam in toto mundo mel sui facti sunt coeli. ¶ Hodie illuxit nobis dies redemptionis novae, reparationis antiquae, dies nostrae verae existentiae in Ecclesia catholica et dies qui venturus est ducere animas nostras ad felicitatem gloriae aeternae.—Hodie per eam....

—DIA 13 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

Sine dubitatione suasus, Joseph et Mariam accepit et in reliqua universa educatione Christi obsequio gaudens praestitit.—*Iren.*—Cur in somnis et non potius aperte, sicut pastoribus et Zachariae apparuerat Angelus apparuit Josepho?—*Christ*—Quia scilicet, erat Joseph vir prorsus fidelis, et manifestatori revelatione non indigens.—*Christ.*—Angelus in somno apparet Josepho, quod in fide multum esset firmus

—*Thoop.*—Responsum Magis non per angelum fit, sed per ipsum Dominum ut meritum Joseph privilegium demonstraretur.—*Hier.*—Non determinat angelus in quo loco terrae Israel, ut, dubitante Joseph, iterum revertatur.—*Ansel.*—Prole dispar, fide compar inter parentes Jesu.—*Aug.*—Dominus invenit, Sanctissimum Josephum secundum cor suum cui tuto committeret secretissimum atque sacratissimum sui cordis arcanum.—*Ber.*

Nos hæc sublimia &c.

R Deo gratias.

R De Virgine Maria natus est Jesus, non solum corporaliter,*Sed maxime spiritualiter. ¶ Et de virginali suo Sponso Josepho, virginaliter etiam revera Jesus natus est. Sed....

LECTIO II.

*Quid faciam ad divini Josephi puritatem
—honorandam—*

Ad debite summam patris mei Josephi puritatem honorandam, magno amore et æstimatione hanc virtutem faciam et existimabo eam velut pretiosissimam gemmam infuso; pretii ita ut illa emi potest benevolentia Jesu, Mariae et Josephi et eorum preterea conumerentur dona pretiosiora, munera et favores exquisitissimi. Propriae castitatis liliū semper muniam continua mortificatione spinarum, et ad hoc reprimam visum et tactum a periculosis objectis exquisitorum ciborum, abstinentia et parcitate in edendo et bibendo. Amicissimus ergo asperitatum et aliorum corporis cruciatuum; sic magna utar honestate in verbis, operibus et vestibus. Quotidie rigabo meum virginalis liliū profundioris humilitatis aqua, ideoque diffidam a me ipso, cognoscam

quia quoris instanti eam disperdere possum et solummodo frequenti ferventique oratione securus apud Dominum manere possum. Vigilantissime vivam, ne mente aut imaginatione deprehendere valeam visiones impuras et statim ad potentissimum patrocinium Jesu, Mariæ et Josephi confugiam, recogitans Jesu dolentem passionem.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quem vidistis omnes filii Joseph? dicite, annuntiate nobis, in Ecclesia catholica quis apparuit? Potentissimum Josephum vidimus, et chorus angelorum suam sanctam protectionem celebrantes. ¶ Dicite, quidnam vidistis? et annuntiate salvationem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Potentissimum. . . .

LECTIO III.

*Quid faciam ut divini Josephi puritatem
—debite honorem.—*

O purissimum magni patris mei Josephi cor! quid faciam ad te salutandum et debite adorandum et laudandum? Quum ineffabilem tuam puritatem cogito, te considerare cogor sine originali culpa conceptum, hæc enim gratia est veluti copiosissimus fons de quo affluit infinitus ille cumulus tuarum benedictionum, quæ te dignissimum Mariæ Sponsum et virginalem Jesu parentem effecerunt. Vehementer cupio te toto diligere corde, et id debite facere ignorans, sequentibus his te quotidie honorabo. Quum me video non consequutum tuæ divinæ pulchritudinis præmium, quod ineffabilis tua puritas super corpus tuum effundebat, confusus sum et erubescio ad mei cordis tam immundum aspectum ex concupiscentiæ stimulis. Ad te orabo, protector mi, ut

mihî aperias oculos animæ et corporis et sic demerari possim tuam castitatem et pulchritudinem immaculatæ tuæ conceptionis, omni vi curabo vel vitæ periculo esse purus et anima et corpore, ad quod assequendum, fugiam a coetu hominum libidinum amantium, nullumque nimium affectum habeam quamvis sanctum sit et bonum et etiam spirituale erga personam aliquam, vel sancta sit etiam et bona; utrumque enim amorem in malum a diabolo vertuntur, et si bonus initio fuerit.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Suscepimus, Domine S. Joseph, misericordiam tuam in medio templi tui sancti Instituti. *Orietur in diebus nostris abundantia pacis, quia veritas et iustitia de protectione tua orta est. ¶ O bone Joseph! tu speciosus forma præ filiis hominum, et diffusa est gratia in labiis tuis. Orietur. . . .

—DIA 14 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX PATRIBUS.—

In exilio tam calamitoso quando apud ægyptios exulabit per septem integros annos, expertus semper egestatem magnam et summam rerum vicissitudinem, huc et illuc profugere coactus et nunquam absque timore ut charissima pignora suæ fidei credita secure et commode conservaret. —Ans. — Varias et quamplures molestias, cruces et ærumnas æquissimo ille animo tulit propter Christum. —Ansel. — Nec dubium prorsus quin castissimus et sincerissimus amor, ex mutuis illis vitæ communis officiis atque obsequiis magis magisque in dies Joseph con-

firmatus.—*Ansel.*—Christus Dominus Josepho, ut amico fidelissimo et viro perfectissimo secundum cor suum secreta cœlestia confidenter revelabat.—*Ber.*—Jesus invenit Joseph secundum cor suum, cui tuto committeret secretissimum atque sacratissimum sui cordis arcana.—*Ber.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Accipe Pater Joseph quod tibi offerimus omnes nos fii tui.*In omnibus et per omnia redona quod rogamus. ¶ Quia tu es spes unica nostrorum filiorum tuorum. In....

LECTIO II.

Ut obediens loquetur victoriam suae immaculatæ —conceptionis.—

Fidelissimum Josephi cor clariori luce perfectæ contemplationis Deum inspecibat veluti eius supremum Dominum totiusque universi dominatorem; seipsum vero intuebat veluti servum qui in omnibus quæ illi juberet, debebat ei servire; Deum videbat tanquam Patrem, qui ei ipsam existentiam omniaque eius bona dederat; semetipsum reputabat filium talis Patris indignum, cui præstare debebat obsequium, venerationem et honorem, perfectissimamque in omnibus obedientiam; Jesum denique videbat veluti unicum Deum et summo amore dignum, se vero existimabat pauperem creaturam, cuius non erat alia voluntas, nisi Dei. Ex his considerationibus oriebatur profecto admirabilis eius obedientia divinæ voluntati eiusque interpretibus, angelis et hominibus. Propterea omnia eius desideria et voluntates recte ad divinam faciendam voluntatem dirigebantur semper et in omnibus, omnique

loco, tempore et circumstantiis, et ardentiori ac perfectiori ratione; sic autem semper fecit, veluti primus inter mortales; Dominus quidem Joseph tanquam obediens suæ immaculatæ conceptionis victoriam loquetur, juxta dictum a Spiritu Sancto; Vir obediens loquetur victoriam.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R O magnum mysterium et admirabile sacramentum, ut animalia viderent Dominum Josephum Patrem Jesu.*Beata Virgo Maria, cuius viscera meruerunt portare Dominum nostrum Jesum Christum ¶ Joseph et Maria, almi parentes Christi, intercedite pro nostro sancto Instituto.—Beata Virgo....

LECTIO III.

Quia obediens fuit, fuit immaculatus.

Apostolus Paulus depingit Jesum Christum sicut obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, quod proprium erat impeccabilis essentialiter et ex Spiritu Sancto concepti; atqui D. Joseph ita perfectissime obedivit et omni loco, tempore et circumstantiis, ergo inferendum facile videtur fuisse gratia et privilegio impeccabilem et in conceptione immaculatum. Obedientia eius fuit universalis, omnia Dei servans præcepta, ullum unquam vel levius mittens, semper divinæ obtemperans voluntati directæ expressæ vel per eius ministros; affectuosissima fuit præterea, humiliter subiiciens se voluntati Dei, id melius semper putans; fortissima et constantior vel in rebus difficilioribus et arduis, patiens iniurias et inter magna pericula et magnas difficultates perfectissime obediebat, etiamque in

longioribus itineribus, se totum Deo puero et divi-
ræ Matri infinita vovens sollicitudine. Iure inquit
B. Birgitt de Josepho; Totum desiderium suum fuit
obedire voluntati Dei. Hac de causa ac nos etiam
dicere debemus; quia Dominus Joseph sic obediens
fuit, sic etiam fuit immaculatus in sua conceptione.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Beata Deigenitrix Maria, cuius viscera inta-
cta genuerunt salvatorem mundi. *Beatus Domino
Joseph, quia credidit omnia, quæ dicta sunt ei a
Domino. ¶ Maria et Joseph, almi parentes Christi,
intercedite pro nostro sancto Instituto. Beatus....

—DIA 15 DE MARZO.—

LECTIO I

—EX DOCTORIBUS.—

Erat Joseph aratra et juga boum conficiens.—
Just.—Communis sententia est fuisse Joseph fa-
brum lignarium.—*Corn.*—Sed et Joseph sanctus
faber lignarius operabatur in arti lignamis.—*Ludolf.*
—Videtur ergo Christus cum Patre Joseph artem
fabrillem exercuisse... aliquando Christus Josep-
hum in arte lignario adjuvit ad exemplum propter
cum Josepho pietatem et ad vitandum scandalum
videntium.—*Corn.*—Verum sententia est Christum
Josephum subjectum fuisse in exercenda arte fabrilis
lignaria; congruum enim erat, ut fabrillem cum patre
putativo exerceat, qui mundi ex cum naturali Pa-
tre fabricator.—*Corn.*—Sed cui desponsata est Ma-
ria? Joseph. Nam Joseph fuit faber lignarius, et
signat Christum qui per signum crucis omnia res-
tauravit.—*S. Thom.*—Joseph, fili David, noli timere

accipere Mariam conjugem tuam quod enim in ea
factum est, de Spiritu Sancto est. De Spiritu Sancto
est! quis audivit umquamt ale? et quis vidit huic
simile—*Sanctuar de B.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Panem a Patre Josepho Infantulus Jesus hu-
militer petebat. *Quid plura. ¶ Et Puer Jesus hu-
mili reverentia eum accipiebat a divino Josepho.
Quid....

LECTIO II

Obedientia Patris Josephi, obedientia Filii Jesu.

Rationes obedientiæ castissimi Josephi tam per-
fectæ fuerunt, ut bene possumus iterum affirmare,
quod initio posuimus; id est, obedientia Patris Jo-
sephi est obedientia Filii sui Jesu, ideoque conclu-
dere illum fuisse in conceptione immaculatum,
quoniam tale principium talem exposcebat obedi-
entiam. Joseph semper omnique loco et tempore obe-
divit magna cum perfectione non spe præmii, nec
timore alicujus poenæ aliisque causis temporalibus
et terrenis, sed tantummodo Dei motus amore et
ardentissima charitate, cum enim Deum toto corde,
viribus et facultatibus amaret, nulla ei erat volun-
tas nisi Dei, nullum desiderium, nisi Dei, et ita
currebat et volabat in alis amoris divini non alia ca-
usa nisi propter sanctissimam Dei voluntatem, ideo
continuo dicebat, juxta B. Birgittam; Utinam vi-
vam et videam adimpletam Dei voluntatem. Sic
obediebat Joseph veluti perfectissima Jesu imago,
et quemadmodum propter Jesu obedientiam sal-
vatio humani generis in hunc venit mundum, sic
his nostris temporibus, quum populi Josephi obe-

Piissime

21

dientiam venerantur, fiet profecto ut ita per obedientiam S. Josephi iusti constituentur multi; quod rursus probat illum esse immaculatum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus offeram, nescio* quia Dominum Jesum, quem coeli capere non poterant, tuo gremio contulisti. ¶ Almi parentes Christi, estote benedicti in omnibus hominibus et mulieribus; et benedictus sit Jesus fructus virginitatis vestrae.—Quia Dominum....

LECTIO III.

Salvatio nostra est in manibus Joseph.

Aliquas manifestamus idæas eloquentissimi sermonis dicti in solemnissima coronatione cuiusdam Sanctissimi Patriarchae imaginis a R. P. Delatres Societatis Jesu, quæ proculdubio gratæ erunt nostris dilectis Iosephinis, in iis enim monstratur nostram salvationem esse in manibus Josephi. Vobis, qui non estis ex illorum numero, qui sunt tamquam Lazarus excitati, et qui ab animarum defectione vultis abstrahere, vobis inquam, dicam iterum eum oraculo Vaticano; Ite ad Joseph, in ipso eniæ est salvatio vestra. Anima Sanctissimi Patriarchae, ait Bossuet, est illa humida et mollis terra, quæ accipit formam, quam ei Dominus tribuit, et semper suavissimi aromatis gignit flores et fructus celestis saporis, cuius est Jesus et coelum et sol. Anima Josephi est illa fortis semper et valida, nutrita specioso veritatis manna semperque triumphans; suo enim virtutum splendore omnes et singulos occultat illustres homines tam antiqui quam novi

foederis. Ideoque dicimus eius fidem esse maiorem Abrahamæ, potentiam superiorem Moysis, splendorem clariorem David et Salomone, ac eius charitatem ardentiorē ita esse ut longe post relinquerit apostolos, martyres, confessores et virgenes, propterea magnus Pontifex Leo XIII valde hortatur nobis dicens; salvatio vestra est in manibus Josephi. Ac, si Joseph hæc omnia sibi vindicat nostraque est in eius manibus salvatio, hoc est quia nullum habuit peccatum ac proinde immaculatum conceptu.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Facta est cum angelo multitudo coelestis exercitus laudantis Deum et dicentis; *Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. ¶ Gloria in excelsis Mariae et Josepho et in nostro sancto Instituto pax hominibus et mulieribus bonæ voluntatis. Gloria in excelsis Deo....

—DIA 16 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Patres censent Joseph fuisse Virginem, et sua virginitati quasi meruisse ut fieret conjux Virginis Deiparae.—*Corn.*—Magnum fuit illud conjugii vinculum, quia duobus (Joseph et Maria) virginitatis votis, veluti quibusdam fulgentissimis pyropis (carbunculis) fuit exornatum. Et enim virgo et Joseph virginitatis nuncuparunt, ut ad ardentem rubum accederet Moyses calceos exiit; eundem modum, ut ad Virginis domum et consortium cujus rubus ardens typus fuit, accedet Joseph omnem carnalem

cogitationem, velut calceos per votum adjicit, terra enim illa, domus illa virginis sancta erat, nec unquam quidem carnis ferre poterat.—*Barrad.*—Tanta Josephi extitit sanctitas ut eum Spiritus Sanctus justum et sanctum per excellentiam vocet: Joseph autem vir ejus cum esset justus.—*Zachar.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Æternus Pater, Æterno Filio dicebat: Dixit Domiaus Domino meo, sede à dextris mei.*Eisdem verbis et auctoritate utens beatus Joseph sessurus ad mensam aiebat. ¶ Eisdem Filio tamquam Dominus: Fili, sede à dextris meis. Eisdem....

LECTIO II.

Fuit immaculatus, sicut summe superior

—*Abraham.*—

Abraham tamquam pater credentium et magnus populi Dei conditor fuit homo sanctus in veteri lege fideique prorsus egregè. Fides est quidem egregia donum, familiam amicos deserere ut abiret in ignotam terram, noli dubitare ad verbum Dei foecunditatem suæ conjugis valde senectæ, et demum esse paratus ad immolandum Isaac heredem promissorum a Maria. Joseph multo est excellentior, reliquit enim non solum Nazareth et suos, sed etiam officinam et fortunam proficere in regionem inhospitalem et persecutricem populi electi. Nonne id est sacrificium offerre Virginis Mariæ et Pueri Jesu? Quis autem illi auxiliabitur, cum ipse Dominus timere videtur? Joseph præterea credit Virginis foecunditati, quæ virgo eius Sponsa erat etiamque certo scit ipsum virginialiter si agat esse cum virgine futurum virginalem parentem, et cre-

dit huius prodigiis fructum esse futurum Deum amore abiectum. Apud Deum hominisque Abraham similis est simili trunco, qui adhuc viscere potest ad aquarum contactum novaque gignere virentia germina; Joseph vero in omnibus suis actibus est consimilis mystico trunco qui absque actualis peccati semine et, quod est amplius, sine radice originalis maculæ accepit coronam floris marianæ eiusque benedicti fructus Jesu. Sic hactenus dici potest quod Joseph summe superior fuerit Abraham ideoque immaculatus in sua conceptione, nec unquam habuit originis peccatum, sed potius similior illi nemo fuit Virgini Mariæ.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Domine S. Joseph, non secundum peccata nostra, quæ fecimus, retribuas nobis.*Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. ¶ Aduva nos, bone Joseph, et propitius esto peccatis nostris propter potentissimum nomen tuum. Ne memineris...

LECTIO II.

Si Moyses fuit absque peccato actuali, Dominus Joseph absque macula originali.

Inter sanctos veteris foedus Moyses ita egregius perfectusque fuit et talia obivit officia, a Deo sibi commendata ut bene dici potest illum vitam egisse sine actuali peccato, ipse quidem fuit Dei consiliarius, legislator et liberator populi Israel, qui manna a coelo pluere fecit, aquas maris rubri separari eo fine ut populum electum salvaret, et demerserit sub aquas Pharaonem cum eius magnatibus. Joseph vero summe superior fuit Moysi, ut bene de eo dicere possimus; Si Moyses fuit absque peccato actu-

ali, Dominus S. Joseph fuit etiam absque macula originali. Ille Joseph in intimum Dei est ingressus, eique soli magnum redemptionis secretum fuit patefactum. Joseph non solum per dies quadraginta, ut Moyses vidit faciem Domini, sed longo tempore huc divinum contemplatur Infantem, deosculatur, amplectitur, sinu suo fovet, quamvis ipse esset Deus et verus homo cum Joseph imperat, tamquam pater filium. Moysis manna nihil aliud est nisi figuræ grælam huius panis vivi quem Joseph nobis seryavit postquam illum nutritivo labore. Præterea virginitas Josephi et Mariæ eorumque profundissima humilitas Deum in mundum traxerunt qui factus est homo. Quam magnus et Joseph et summe superior Moysi! Hæc fragilis humanitas divinitati coniuncta est fons vivæ aquæ, quæ ad eternam progredietur vitam, quam Joseph iure debuit habere a primo instanti suæ intemeratæ conceptionis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Dum clamarem a Dominum Josephum, exaudivit vocem meam ab his inimicis, qui appropinquant nostro Instituto,*et humiliavit eos. ¶ Fac ut cogitatum nostrum sit semper in Jesu meo et fructum optimum dabimus tempore suo. Et humiliavit....

—DIA 17 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Itaque illud fuit excellens in munere hujus sancti viri, quod omnes fere labores, et acciones suas pro-

xime circa Christi personam exercebat. Unde sicut peccatum crucifigentium Christum maximum in sue genere fuit propter personæ dignitatem; ita opera pietatis et beneficentiæ circa personam Christi, in hoc viri fuerunt eximii ejusdem laboris. Alia vero sunt ministeria quæ attingunt ordinem unionis hypostaticæ, qui ex suo genere perfectior est, ut de dignitate Matris Dei diximus, et in hoc ordine intelligo constitutum esse ministerium Sancti Joseph et esse velut in infimo gradu illius, et ex hac parte excedere reliqua, tanquam in superiore ordine existens.... Officium autem Joseph non pertinuit ad vetus, sed ad utriusque auctorem, et lapidem angularem qui fecit utraque unum.—
Suar.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Dicemus Sanctissimo Josepho opus fuit,*Ut supremum Dominum Christum et reginam coelorum Mariam. ¶ Tanquam subditus gubernaret ipse superior. Ut....

LECTIO II.

*Est inter homines rex regum et sapiens
—sipientium.—*

Maximus inter reges hebræos fuit David, sapientissimus vero Salomon; Dominus elegit David, in throno reposuit, tradidit illi sceptrum et diadema et in victoriis facit progredi; Salomonem autem ut eius sit oraculus. Sed Joseph est rex immortalis sæculorum, qui eam etiam imperat, quæ futura erat regina coelorum, eam præterea elegit Dominus ut sit ei intimus, amantissimus et fidelissimus sui thesauri custos. Si David vicit Goliath philistinorum

Joseph maximam reportavit victoriam super Satanam et Goliath peccati, ideoque quotidie vidimus in altaribus Josepho consecratis innumerabilia trophaea, et omnes ex voto stupendus Josephi narrant victorias. David propheta magno sermone in suis salmis incomparabilem praefiguravit Messiam; Dum Joseph ipsius viderit realitatem. Salomon sapientissimus hominum habetur sua reali sapientia; Joseph vero adeptus est divinam sapientiam. Illustris Patriarcha! Dominus ut tuae retribuere filii spirituales ut stirpem Abrahamae multo superiorem, et aliquando in caeleste Jerusalem magna voce dicemus nihil aliud esse nisi tui splendoris umbram quae magna de te dicta sunt in terris; tuum autem videmus te non esse sicut unus ex nobis miseris hominibus, sed regem regum, sapientem sapientium, unicum demum inter mortales sine labe conceptum.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Gloria in excelsis Domino Josepho et in terra pax duabus familiis Iosephinis, tanquam hominibus et mulieribus bonae voluntatis.* Alleluya, alleluya, alleluya. ¶ Verbum caro factum est de consensu Josephi et habitavit in nobis. Alleluya, alleluya....

LECTIO III.

Nunc dimittis patrem tuum, Domine Jesus meus.

Si sanctorum mors pretiosa est in conspectu Domini, mors Josephi fuit pretiosissima, quia ille maxima obivit fidelitate altissima officia dignissimi Mariae coniugis et virginalis Jesu parentis, ideoque peracto munere in terra mori debuit, cuius

pretiosa fuit mors inter mortales et a ceteris valde distincta quia ipse sine macula fuisse conceptum videtur. Jesus Christus proximus erat ut exederet ex officina Nazareth et nuntiaret Israel fausta et predicaret coelestem doctrinam; Maria electa ut nostra esset corredeptrix sequi eum debebat ad Golgotham et dirigere primos exitus nascentis Ecclesiae, et Joseph similiter ac Maria noster corredeptrix esse debebat, etiamque faustam afferre notitiam Limbi patribus aduentum Messiae sperantibus. Joseph igitur meritis potius quam annis onustus, recumbit in humillimo suo lecto et placide quietus transitum speravit. Quis poterit eius animae tranquillitatem enarrare? Recordavit singulae suae vitae momenta, quae omnia Dei amoris ac cultu Jesu et Mariae transacta erat, multa turbatus anxietate, veluti sine macula conceptus.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Et tu in principio, Domine, terra fundasti et opera manuum tuarum sunt coeli.* Et ipse Dominus Jesus invocavit Dominum Josephum, dicens; Pater meus es tu. ¶ Viderunt omnes fines terrae, alleluya, salutare Dei nostri, alleluya, alleluya. Et ipse....

—DIA 18 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quaemadmodum ut virginis dignitatem adnoscamus, admirabilem Matris Dei titulum expendere necesse est; ita ut Josephi virtutum intelligamus, praecellentes ejus titulos considerare oportet. Ex

Joseph maximam reportavit victoriam super Satanam et Goliath peccati, ideoque quotidie vidimus in altaribus Josepho consecratis innumerabilia trophaea, et omnes ex voto stupendus Josephi narrant victorias. David propheta magno sermone in suis salmis incomparabilem praefiguravit Messiam; Dum Joseph ipsius viderit realitatem. Salomon sapientissimus hominum habetur sua reali sapientia; Joseph vero adeptus est divinam sapientiam. Illustris Patriarcha! Dominus ut tuae retribuere filii spirituales ut stirpem Abrahamae multo superiorem, et aliquando in caeleste Jerusalem magna voce dicemus nihil aliud esse nisi tui splendoris umbram quae magna de te dicta sunt in terris; tuum autem videmus te non esse sicut unus ex nobis miseris hominibus, sed regem regum, sapientem sapientium, unicum demum inter mortales sine labe conceptum.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Gloria in excelsis Domino Josepho et in terra pax duabus familiis Iosephinis, tanquam hominibus et mulieribus bonae voluntatis.* Alleluya, alleluya, alleluya. ¶ Verbum caro factum est de consensu Josephi et habitavit in nobis. Alleluya, alleluya....

LECTIO III.

Nunc dimittis patrem tuum, Domine Jesus meus.

Si sanctorum mors pretiosa est in conspectu Domini, mors Josephi fuit pretiosissima, quia ille maxima obivit fidelitate altissima officia dignissimi Mariae coniugis et virginalis Jesu parentis, ideoque peracto munere in terra mori debuit, cuius

pretiosa fuit mors inter mortales et a ceteris valde distincta quia ipse sine macula fuisse conceptum videtur. Jesus Christus proximus erat ut exederet ex officina Nazareth et nuntiaret Israel fausta et predicaret coelestem doctrinam; Maria electa ut nostra esset corremptrix sequi eum debebat ad Golgotham et dirigere primos exitus nascentis Ecclesiae, et Joseph similiter ac Maria noster corremptrix esse debebat, etiamque faustam afferre notitiam Limbi patribus aduentum Messiae sperantibus. Joseph igitur meritis potius quam annis onustus, recumbit in humillimo suo lecto et placide quietus transitum speravit. Quis poterit eius animae tranquillitatem enarrare? Recordavit singulae suae vitae momenta, quae omnia Dei amoris ac cultu Jesu et Mariae transacta erat, multa turbatus anxietate, veluti sine macula conceptus.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Et tu in principio, Domine, terra fundasti et opera manuum tuarum sunt caeli.* Et ipse Dominus Jesus invocavit Dominum Josephum, dicens; Pater meus es tu. ¶ Viderunt omnes fines terrae, alleluya, salutare Dei nostri, alleluya, alleluya. Et ipse....

—DIA 18 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quaemadmodum ut virginis dignitatem adnoscamus, admirabilem Matris Dei titulum expendere necesse est; ita ut Josephi virtutum intelligamus, praecellentes ejus titulos considerare oportet. Ex

titulos enim á Deo datis, firmoque fundamento stabilitatis, veluti principis sanctorum magnitudo, et virtus veluti conclusiones derivantur. Et sicut ait Christo Paulus tanto melior angelis effectus, quanto differentius prae illis nomen haereditavit; ita de Josepho dici potest, tanto melior aliis sanctis effectus, quanto differentius prae illis nomen et titulum habet.—*Barrad.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinus Joseph eo quod Christi Domini ac Deiparae superior extitit.*Fait consequenter majoris dignitatis ac potestates. ¶ Sufficiensque ad totum mundum facili gubernandum. Fait....

LECTIO II.

Ait Joseph Sanctis Patribus; ecce appropinquat redemptio vestra.

Obiit mortem S. Joseph, et dum in terris ultima fungebantur officia Maria et Jesus suo immaculato corpore, eius anima vividiore luce resplendens erat iusta Patres, qui in Limbo commorabantur, a quibus multo rogabatur de Messia promisso, et sic respondebat; Ecce appropinquat redemptio vestra, quia apud vos est corredemptor vester virgineus Messiae Pater, ego sum. Qui autem talem ferebat legationem, potuerit num esse maculatus? Nos quidem qui redimitorum filii sumus de fide cognoscimus iustorum animas in novo foedere, qui in perfecta moriuntur iustitia, nulla prorsus mora in aeterna protinus ingredi tabernacula; ergo omni nostrae vitae curriculo vehementer cupere debemus obire mortem iustorum et continuo dicere; Moriatur anima mea morte iustorum. Propterea frequenter exoremus Do-

minum; Fiant novissima nostra sanctorum similia. Utinam in nobis depingere possemus aliquam saltem virtutum quæ in Josepho florunt, nam ille in se tulit omnium sanctorum virtutes, veluti perfectissima imago Mariæ sicuti Maria erat egregium Jesu virtutum exemplar. Inferamus ergo ex eius morte quod fuerit conceptus sine macula.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Cum devotione Patris nostri Josephi permanebis, et omnes absque illa peribunt* Cum illa devotione tu ipse es, et anni itui non deficient, sed sine illa omnes sicut vestimentum veterascent, et velut amictum mutabuntur. ¶ Verbum caro factum est, alleluja, et habitabit in nobis, alleluja. Cum illa....

LECTIO III.

Surrexit cum Jesu et Gloria et honore coronatus est.

Inter eos sanctos qui cum Jesuchristo resurrexerunt ut de eius resurrectione testimonium darent multi theologi enumerant dignissimum virum Mariæ. Cum Jesus surrexisset, ait Franciscus Salesius, Joseph qui intime si fuerat coniunctus et qui multo saepius meruerit amplecti divinum virginum sponsum patet illum posse æquissimo iure petere antecessam resurrectionem tum quia terra recusaret hunc ferre corpus multimodis sanctificatum, tum etiam, aiemus, quia erat conceptus sine macula. Non dubita, inquit alius pius auctor, quin si Virgo Maria assumpta in cœlum ibi non vidisset suum conjugem mortis victorem, ne resurrectam minime credidisset instanterque á Deo petiisset resurrectionem tuam animae, tum corporis divini Josephi, quidne hæc omnia fecisset ab eius conceptione? quanto ardore eam esse immaculatam

rogasset? Amemus ergo Josephum cum Jesu resurrectum, amemus illum et conemur attente perspicere splendorem quo ab aliis electis distinguitur, illum demum confiteamur plenum gratia virginalis Jesu virginitatis sicut et fuit splendore immaculatæ conceptionis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Dominus S. Joseph plenus gratia et fortitudini et misericordia*faciebat prodigia et signa magna in duabus familis suis. ¶ Surrexerunt multi ex dilectissimis suis disputantis cum inimicis sanctæ Ecclesiæ, qui non poterant resistere sapientiæ et spiritui, qui loquebantur. Faciebat. . . .

—DIA 19 DE MARZO.—

—EX DOCTORIBUS.—

Dignitas Sanctissimi Josephi per se formaliter ipsum constituit sponsum Matris Dei.—*Peralt.*—Dignitati matris Dei debetur ut maritus cum quo fiat unum cor et unus spiritus sit perpetuo virgo.—*Suar.*—Summam puritatem sub Deo possibilem dedecet intima cordis et spiritus conjunctio cum sponso non puro omni puritati ipsi possibili; quia vi unionis affectivæ alter alterum imitetur et de illo participet: puritas matris Dei est summa sub Deo possibilis et puritas patris Dei, post illam, etiam est summa sub Deo possibilis.—*Jos.*—Sponsum beatissimæ Virginis huic uniri posse affectivam unioni conjugii, nisi ipsi virtutibus simillimum Equia. Ut Santissimus Joseph esset conjux sanctissimæ Virginis excedere debet sanctos omnes, quinimo angelos et Cherubini ipsos in hac adeo æstimabili Virginitatis virtute.—*S. Sales.*

—Dignitatem sanctissime Josephi condigna est perpetua virginitas.—*Equi.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tu Joseph benedictus super omnes homines et angelos puritati tuæ.*Etsi anhelat moribundus tuo spiritu ad tantæ benignitatis respectum. ¶ Embescit revera ad tantæ sanctitatis conspectum. Et. . . .

LECTIO II.

Posuit Jesus super caput Joseph coronam sanctorum omnium.

Angelus scholarum docet aureolam quæ aliquibus sanctis conceditur, ut signum difficilis victoriæ, eorum animas circumdat, et postea suis replevit flammis corpora sua resurrecta, ergo D. Joseph meruit etiam habere gloriam aureolæ. Ille, supra martyres tulit tyrannorum furorem inferique aggressiones magna id ferens patientia, tanquam rex martyrum omnium; ac ei Maria magnum habuit dolorem in circumcissione. Joseph vero cum arripere gladium ut natum Puerum circumcideret, magnum in suo corde depertum est vulnus, quod numquam sanabit; plus martyre fuit quam dilectum suum in Ierosolima perdidit, quibus tribus, qui supra tria sæcula ille fuerunt, continuo de passione Jesu est medtatus. Ille plus est Doctoribus et Virginibus, quia vivens cum illa Virgine Maria, ex illis est ortus Sponsus purissimus Virginum. Quam magnus est Joseph! Ille est qui personam Patris Æterni in terris gerit, qui in infinita sanctitate Æterni Patris virtutes infinitas reflectat ipse est, super quem Jesus posuit coronam omnium sanctorum. Quomodo autem illi deeset posset corona eius immaculatæ conceptionis?

Iterum repetamus illum simili modo quo Maria fuisse sine macula conceptum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Videbant omnes familiarum fideles Dominum S. Josephum. *Et intuebantur eius potentissimam protectionem tamquam vultum Angeli stantis inter illos. V Et omnes pleni gratia et fortitudine faciebant prodigia et signa magna in populo christiano. Et intuebantur....

LECTIO III.

Ite ad Joseph, qui datus est nobis ut salvaret nos.

Joseph rex Patriarcharum, Prophetarum, Martyrum, Confessorum, Virginum omniumque Sanctorum et Angelorum his præcipue temporibus nobis est datus ut protegat christianos a persecutione, animas innocentes, animas Deo consecratas omnesque Sacerdotes, Episcopos, Pontifices et præsertim omnia et singula eius Instituti membra. Pravis temporibus vivimus sæculoque calamitoso præsertim adversus Ecclesiam catholicam, perfide et violenter omnes christiani persequimur per terrorem et voluptatis craterum. Oremus Josephum ut nos adiuvet et succurrat, ut virtutem pendentiæque nostris cordibus infundat, ut amemus adeo regulas, ut vere sit in nobis voluptas observantiæ, ut praxis sacrorum votorum sit veluti fortissima lorica, quibus freti communes hostes deoiuxcere facile possimus ut sorores nostræ ita virtute, vocationibus et operibus proficiant, ut possint inservire omnibus postulatis nobis factis pro Dei et Ecclesia utilitate, ut nos deum Missionarii simus solatium Sanctæ Ecclesiæ.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Intuens in cælum unusquisque nostrum vidit Patrem suum Josephum orantem et dicentem; Pax tecum. *Ecce video cum illa coelos apertos et Filium suum stantem a dextris virtutis Dei. V Plenus Spiritu Sancto faciebat prodigia magna in populo. Ecce video....

—DIA 20 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Omniū singularium gratiarum alicui rationabili creaturæ communicatorum generalis regula est, quod quandocumque divina gratia elegit aliquem ad aliquam gratiam singularem, sese ad aliquem sublimem statum, omniam charismata donet quæ illi personæ ni electæ et ejus officio necessaria sunt atqui illi copiose decorant. Quod maxime verificatum est in Sancto Joseph putativo Patre D. N. J. C. et vero Sponso Reginæ mandi, et Dominæ angelorum, qui ab Æterno Patre electus est fidelis nutricius atque custos principalium thesanrorum suorum, scilicet, Filii ejus et Sponsæ suæ, quod officium fidelissime prosequutus est.—*Bern., Sen.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster divinus Joseph erat superior omnium. * Quia Christo Domino data est omnis potestas. V Sed Beato Josepho data est potestas super Christum Jesum, quia subditus erat illi. Quia....

LECTIO II.

Dominus S. Joseph docebit nos cor Jesu diligere.
Patriarcha Joseph proculdubio post Beatissimam

eius Sponsam cor Jesu primus est veneratus, ac simillime Mariæ illum adoravit ardentissima sua charitate, id est, illum amans toto corde et anima, et viribus omnibus, tamquam omnibus mortalium sine labe conceptus pari modo ac Maria. Ille novit optime mirabilem ipsius virtutem, magnificasque prerogativas, etiamque modum quo ex illo magnas posset afferre affectus ad sui ipsius perfectionem. O! quoties filium Dei suo fovens sinu eius sentiebat emicare cor! eius enumerabat palpitationes et suo gurgurebat cordi! quam puro teneroque amore afficiebat pretiosum munus a coelo sibi commissum! quot suspiria ad illud e profundo sui cordis emanarent! quot ipse gratis continuo replebatur! quot lacrymas prae gaudio effunderet! Filii meis felices admodum Joseph ni et Josephinae, in nosmetipsos conferamus, pensemus quanta sint opera nobis a Deo commissa, langnoram e corde eficiamus, a somne suscitemus, ac denu delemus et ad nihilum redigamus omnes affectus oppositus unioni cordis nostri cum Jesu: quum sic operemur, securusimus quod Joseph practice et realiter docebit nos cor Jesu deligere.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Lapidabant me omnes filii Beliae invocatem et dicentem. *Domine S. Joseph, accipe spiritum meum, et ne statuas illis hoc peccatum. ⁊ Positis autem genibus clamavi, dicens. Domine....

LECTIO III.

Accipe puerum et matrem eius et fuge in Aegyptum.

Itinera Dei vere sunt inscrutabilia eiusque iudicia impenetrabilia; quare in hoc Evangelii loco vidimus Deum abiectum et humilia tum ut Josephum subli-

maret, hic eum fugiens in Aegyptum puerum Jesum et eius Matrem ab ira Herodis salvos fecit. Uterque enim coniux omnia perfuncti erant legis mandata et manentes Nazareth tranquilli nihil aliud nisi quieti et silentio vacare contemplationi divini Pueri eis commissi cupiebant. Quam in hoc Joseph videtur! Deus ad illum mittit Angelum ut inber tenebras nocturnas e lecto surgat et fugeret in Aegyptum ad salvandum Puerum et Matrem. Utrum ergo credi potest hominem ita electum fuisse antea servum Satanæ propter originale peccatum? Dicendum repugnat, quia quum illum Deus elegisset ut salvaret ipsum mundi Salvatorem, ei quidem eximium dedit gratiæ cumulum, qui profecto ab eius immaculata conceptione oriri debuit. Ita nobis Joseph maxime sese offert, ad vitæ huius iter, tamquam exemplar obedientiæ et submissionis, perfectissimum mutua charitatis exemplum ac fartitudinis in periculis, exemplum egregium fiduciæ in Aeterno Patri; nos igitur eius prædilecti filii omni vi conemur ut mundi corde simus.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes suæ superbiæ,*et omnes filii Belial impetum fecerunt unanimiter in duas familias Iosephinas. ⁊ Et unusquisque ex illis clamabat et dicebat; Domine S. Joseph, accipe spiritum meum. Et omnes filii....

—DIA 21 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Si compares Josephum ad totam Ecclesiam Christi-
Piissimæ

sti, nonne iste est homo et specialis, per quem et sub quo Christus est ordinate et honeste introductus in mundum? Si ergo Virgini Matri tota Ecclesia Sancta debitor est, quia per eam Christum suscipere digna facta est; sic profecto fort eam huic debet gratiam et reverentiam singularem. Ipse enim est clavis veteris testamenti, in qua patriarchalis et prophetalis dignitas promissum consequitur fructum. Porro hic est solus qui corporaliter possedit, quod eis divina dignatio repromissit. Merito igitur figuratur per illum Patriarcham Joseph, qui populis frumenta servavit; sed hic illum præcellit, quia non solum Ægyptiis panem corporalis vite, sed omnibus electis panem de cælo, qui cœlestem vitam tribuit, cum multa cœlestia enutrivit.—*Bern. Sen.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Divinus Joseph habuit potestatem super Jesum habentem illam super coelum et terram.*Ergo Deum benedicere et glorificare debemus. ¶ Qui dedit potestatem talem nostro Josepho. Ergo....

LECTIO II.

Laus Domino Josepho ut immaculatus.

Purissime Joseph, Deus Unus et Trinus ab Æterno te elegit ut Virgo esses Filius et Pater. Te solus Deus laudet, ipse tantummodo scit quod in tuo corde habes; etiamque magis te laudet, quoniam tantis te exornavit gratis ut pene videatur in te extinxisse suam infinitam potentia. Te pluribus exornet laudibus, tam purum enim te creavit, ut quum sit ipsa gloria, de te bene potuit gloriari. Laudet te Maria mystica et odorata rosa, quae in lucem proferens Verbum Incarnatum, eius divini-

tati te ipsum assimilavit. Laudet te hortus saluberrimi fructus, ubi Deus suas habuit delicias. Te laudibus commendet illa Aurora solis præcursor, quae vultu placide orbi nuntiavit diem secundum. Te etiam laudet, pie Pater, omne genus humanum, tuum invocans patrociniū et conceptionem plaudens. Ac si demum gratia quadam est Dei vultus et imago, omnes homines et angelici spiritus te laudent. Benedictus sit et laudatus S. Joseph sine labe originali conceptus a primo momento sui esse.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Impii super nostrum Institutum jacturam fecerunt, ut eum morti traderent.*At ille gaudens suscepit innumerabilium persecutionum lapides, ut mereretur accipere coronam sui esse coram Altissimo. ¶ Quum igitur saxorum crepantium turbine quateretur inter aetereos aulae cœlestis sinus divina Josephino Instituto claritas suae approbationis fulsit. At ille gaudens....

LECTIO III.

Laus Domino Josepho ut immaculatus.

Purissime Joseph. Deus te laudet quia ab Æterno te elegit ut Virgo Pater esses. Te solus Deus laudet, ipse enim solus scit quod in tuo existit corde. Te, pulchra iris, Deus unus commendet, tu certe fulges inter gratiae splendores procul ab umbris peccati. Te semper laudet stella illa, quae ab umbris ad lucem procedens, Saturnam coegit in abyssum delabi. Laudet te, velut lunam sine variatis, tu enim gratia plenus nihil decrescens adeo. Laudet te, nitidum solem, cuius radians color existit ut lumini luminis esset solium ad sese extollendum. Te celebret,

tamquam coelum, in quo Deus gaudet habitare, veluti in gloria et pro quo sese hominem facere voluit. Te demum, Pater pie laudet humanum genus tuum invocans patrocinium et conceptionem celebrans. Si denique est vultus et perfecta Dei imago, angeli et homines te in Deo laudent. Benedictus sit et glorificatus Dominus Joseph sine macula originali conceptus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Patefactæ sunt januæ cœli Patris nostri Josephi sancto Instituto, qui in numero Martyrum, Confessorum et Virginum inventus est.*Et ideo in coelo et in terra triumphat coronatus. ¶ Ad honorandam mortem quam Salvator noster dignatus est pro nobis patri. Et ideo....

—DIA 22 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

A Sponso Virginitas comprobatur: Joseph in desponsatione factus est pudicitiae Mariæ fidelissimus testis.—*Barr.*—Fuit autem desponsatio Mariæ cum Josepho, ut Matris dignitas humilitati societur; ut quanto major sit in omnibus, tanto fiat in omnibus, tanto fiat humilior ut Maria sit Mater Dei et uxor fabri.—*Alb. M.*—Joseph fuit Cherubim custodiendo paradisum et lignum vitæ, et directionem faciens currus Ezechielis ubi sedebat Dominus; et Joseph Cherubim asseverandus est qui et Virginis Sanctissimæ, et Christi custos a Deo immortalis positus fuit.—*Zachar.*—Non est bonum Virginitatem Matrem Filii mei futurum esse solam, faciamus ei adiutorium si-

mile sibi.—*Barrad.*—Videtur quod in hoc sacratissimo matrimonio, divina inspiratione facta fuerit omnis similitudo possibilis inter Sponsam et Sponsum suum sibi ab aeterno præparatum.—*Bern^o de Bs.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Constituit Dominus Josephum super coelum et terram.*Super omnem creatum. ¶ Super Virginitatem Deiparam, et super Deum etiam ipsum hominem factum. Super....

LECTIO II.

Oratio ad patrocinium Domini S. Josephi
—*invocandum.*—

Potentissime Pater humani generis, peccatorum praesidium, animarum effugium, afflictorum auxilium, destitutum solatium et perfectum iustorum exemplar, Joseph gloriosissime, quoniam sine dubio ultimum meae vitae momentum est venturum, et anima mea terribili erit oppressa anxietate, antea actum vitae tempus intuens, difficillimus mihi erit hic transitus ad aeternitatem, diabolus omnium communis hostis apprime me adversum contendet ut in Aeternum Deo sim privatus, vires tunc nullae mihi erunt, nullumque humanum auxilium; exoro ergo te ut illo terribili momento me adjuves ne a me auferatur spiritus fidei, spei et charitatis; quaeso et oro ut a me adfugiant infernales spiritus, ut ultimum reddam spiritum toto corde diligens Jesum et Mariam, ac denique morti succumbam postquam te immaculatum honoraverim et acceperim immensas tuae purissimae conceptionis gratias.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Lapidēs torrentis nostro Instituto dulces fuerunt, ideoque ipsum sequuntur anima iustae. *Adhaesit anima mea post te et caro mea lapidanda est pro te, Deus meus. ¶ Et nunc videbo coelos apertos et Jesum stantem a dextris virtutis Dei. Adhaesit....

LECTIO III.

*Oratio ante celebrationem Missae et sacram
—communionem—*

O felicissime vir immaculate Joseph, cui datum est Deum, quem multi reges et prophetae voluerunt videre et non viderunt, audire et non audierunt, non solum videre et audire, sed portare, complecti, nutrire et custodire; et dum ac de causa factus fuisti immaculatus, tu, bone Joseph, esto refugium meum, a tribulatione, quae circumdedit me, libera me, et quia misericorditer dedisti nobis filiis tuis regale sacerdotium, praesta, quaesumus, ut, sicut Unigenitum tuum natum de Virgine Maria tua Sponsa, tuis manibus in hoc mundo reverenter tractare meruisti et portare; ita nos filios tuos sacerdotes facias cum cordis munditia et operis innocentia tuis sacris altaribus fideliter deservire, et ceteros amorum filiorum et filiarum tui sancti Instituti sacrosanctum corpus eiusdem filii tui hic digne sumere, ut in futuro praemium habere mereamur aeternum.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Surrexerunt quidam de synagoga libertinorum et eorum, qui erant de filiis et filiabus Belial, *disputantes cum parvulo nostro Instituto et non poten-

tes resistere eius sapientiae et fortitudini. ¶ Posuisti tu, o bone Joseph, super caput eius coronam de lapide pretioso. Disputantes....

—DIA 23 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph fuit super omnes homines puros similis Virgini gloriosae.—*Calmet*.—Maria a pluribus patribus et doctoribus Dea est appellata; ergo Josephus Deus debet vocari, erunt duo in carne una. Si igitur Dea Maria est, quasi Deus efficitur Josephus Sponsus, ut uxoris referat similitudinem.—*Escobar*.—Uterque, quaterque et millies Beatum Josephum Virginis virum quae cunctas homines Seraphinosque bonitate superat. Eximia sana fuere facta Josephi, pro quibus eximia illi Virgo data est.—*Barrad*.—O miranda prorsus Joseph sublimitas tua, o dignitas incomparabilis, ut Mater Dei, Regina caeli, Domina mundi, appellare te Dominum non indignum putaverit.—*Ger*.—Itaque si roges qualisnam vir fuerit Joseph. Paucis respondeo: Fuit adiutorium simili virgini Deiparae.—*Barrad*.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Subditi ad superiorem est mutua relatio. *Ergo quo majores et praestantiores fuerint subditi, eo major et praestantior eorum Dominus. ¶ Ergo magnitudo nostri divini Josephi est revera super omnia. Ergo....

LECTIO II.

Magna petitio ad potentissimum Joseph.
Immaculate Joseph, dignissime Mariae coniux et

virginalis Jesu Pater, accipe benignus parvum munus mei intimi affectus, ut debita meæ servitutis et devotionis erga te professio, qua tuorum reminiscor gaudiorum et dolorum, oro te per illa, amantissime Pater mi, ut meum augeas fervorem, ut te semper amem, semper venerer, semperque reverentiam et honorem devotissime tribuam. Tibi proinde, amantissime Joseph, me totum ut humillimum tui servum trado, et tu tamquam immaculatus mihi magnum eris bonum, meus Dominus, protector et unicum refugium, ab hoc ipso momento tibi declarare volo tuum cor esse, tam totam meam vitam et animam cum suis omnibus potentiis, ideoque ne permittas, benignissime Pater, ut in me amittatur redemptionis fructus, et anima mea in æternum pereat, quia tua sese profiteretur, tibi uni competit eam in omnibus succurrere. Itaque per efficaces tuæ immaculatæ conceptionis gratias instanter rogo ut meam protegas et tuearis animam, eamque omni exornes virtute, ac demum me facias sancte vivere ut gaudiis postea merear perfrui sempiternis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Iste est Pater noster Joseph, qui supra pectus Jesu millies in vita sua recubuit. *Beatus Joseph, cui revelata sunt secreta cœlestia. † Valde honorandus est Pater noster Joseph dignissimus Sponsus Mariæ. Beatus Joseph. . .

LECTIO III.

Larus immaculato Josepho

Benedicamus et laudemus immaculatum Josephum, quia in terris fuit perfecta imago Patris Æterni. Item illum honoremus, nam meruit esse

virginalis Pater incarnati Verbi. Benedicamus illum sicut vicarius Spiritus Sancti, cui integram servavit fidem. Terque quaterque illum honoremus tamquam amantem coniugem purissimæ inter mulieres. Laudibus afficiamus, quia, quamvis multis oppressus pœnis aluit Puerum et Matrem. Deum etiam benedicamus, quia, ut in mundum veniret Josephum immaculatum eligere voluit. Cœli demum ac terra eum, invito Satana, laudent in sæcula sæculorum.—Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Hic est ille Virgo Pater, qui testimonium perhibet illa Matre Virgine. *Et ait Maria ad Jesum: Ecce Pater tuus et ego quærebamus te. † Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Et ait Maria. . .

—DIA 24 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Crediderim Joseph non fuisse senem, sed ætatis perfectæ virum, generandis liberis, juvandæque virgini et fabrilis artis labori aptum.—*Barrad.*—Vultis uno Verbo Josephi describamus? Vir erat et conjux Deiparæ virginis.—*Barrad.*—Nonne Joseph et caput Mariæ? Ergo cunctos divos (salva fide) excedit sanctitate.—*Escob.*—Cum omnia quæ sunt uxoris viri, credo quod beata Virgo totum thesaurum cordis sui, quem Joseph recipere poterat, ei libentissime exhibebat.—*S. Ben. S.*—Florida desponsatio Josephi cum Maria; ait.—*Hier.*—Florida, nam divinitus virginitate floruit divinissime.—*Barrad.*—Jo-

seph fuit filius cum Filio Dei ampliori similitudine quam habent omnes fideles secundum illud dicentem: Divinæ consortes natura.—*Zachar.*—Ille idem Angelus qui missus est ad Mariam, creditur missus ad Joseph.—*S. Thom.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Non poterit gloriari Deus meliores se habere ministros. *Quam quos habebat Joseph. † Cui ministrant et perfecte obediunt Jesus et Maria.—
Quam....

LECTIO II.

Dominus Joseph potentissimus est in coelo.
—ut immaculatus.—

Dominus noster Jesus Christus cum vellet suæ castissimæ Parenti dignum sibi Sponsum inter omnes homines unum eumque dignissimum, scilicet, Josephum elegit, qui cum sit immaculatus est potentissimus in coelo, sicut fuit potentissimus in terra sub eius habens potestate Mariam et Jesum; cuius potentia omni superior homini quin coelestibus spiritibus concepti nequit in homine culpa originali foedato. Aliunde, cum innumerabiles sint rationes quibus nostrum possemus cor excitare, intellectu iam illuminato, tantummodo perdamus testimonium de eius potentia, excellentia et efficaci patrocinio datum ab ipsa virgine dilectæ filiae venerabili Mariæ de Agreda, quod his verbis continetur; Tu die ultima iudicii amare plorabunt infelices reprobi non cognovisse propter eorum peccata efficacem hanc protectionem ad suam ipsorum salvationem assequendam. Sufficiat ergo B. Virginis dictum ad affirmandum quidquid in coelo petitur a Joseph, li-

benter prorsus Altissimum terris tribuere, eiusque petitiones in se continere magnas gratias eximiosque favores omnibus hominibus, ac præcipue utrique Iosephinæ familiæ, quæ fuit condita, crevit et adhuc existit propter gratiam suæ immaculatæ conceptionis.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Hic est beatissimus Pater noster Joseph, qui privilegio suæ immaculatæ conceptionis* a coeteris hominibus altius a Domino meruit honorari. † Hic est ille Virgo Pater, quem diligebat Dominus, qui supra pectus Jesu millies in sua vita recubuit. A coeteris....

LECTIO III.

Tanquam conceptus absque peccato fuit
—rex martyrum.—

Omni quidem certitudine affirmare possumus D. Josephum veram arcam crucium et spinarum ac fidelissimum patientiæ speculum fuisse sine labe conceptum. Quemadmodum B. Virginis Mariæ cor multis fuit transfixum doloribus toto suæ vitæ curriculo, sic etiam oportuit ut purissimum eius Sponsi Josephi cor simili modo torqueretur multis gravissimisque aerumnis. Quis autem poterit explicare ut par est intimum dolorem, quæ velut acutissimum gladium transivit Josephi cor, quum eius Sponsam gravidam esse cognovit, et qua fuit affectus admiratione cum se vidit virginalem Jesu Patrem simulque novit murus se profitendi talem sacerdotibus templi ut debite acciperent Jesum promissum Messiam? Adeo magnus hic dolor fuit, ut ipse Joseph apparens venerabile Mariæ de E-cobar ipsum gravissimum in-

credibilemque declaraverit; si enim summo profitebatur amore Dominam coeli et terrae quam omnibus modis glorificare voluerit, eius etiam profundior erat humilitas et nesciebat quomodo illam glorificaret cum sui ipsius abiectioe. Amenus ergo Joseph ipsamque adoremus et glorificemus et videntes in ipso tam innocentiam et sanctitatem quam crucis et dolores, iterum illum declaremus regem martyrum, tamquam conceptum sine macula originali.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Qui vicerit ex duabus dilectissimis familiis Patris nostri Josephi, dicit Dominus,*faciam illum columnam in templo meo, et scribam super eum nomen meum et nomen civitatis novae Jerusalem. ¶ Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Faciam illum....

—DIA 25 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Pro certissimo scire debes, quod Joseph antequam desponsavit me, intellexit in Spiritu Sancto me vovisse virginitatem.—*S. Birg.*—Mariam et Josephum post initum matrimonium, votum antea emisum, comuni consensu iterum emisisse, denoque suam Deo virginitatem perpetuo sacrasse asserit, probatque.—*Peral.*—Creditor revelatum fuisse Josepho Virginis propositum de virginitate servanda; quod tunc ex communi consensu voverit sanctam virginitatem.—*D. Thom.*—Sanctissima Virgo accepto Sponso simul cum eo virginitatis votum emisit.

—*S. Sales.*—Sicut non poterat caro nisi de carne naaci; ita non poterat Dei caro de foeminio utero nisi generante prodire.—*Peral.*—Dei carnem ex generante prodire impossibile erat moraliter, quod est idem ac virginitatem eodem modo annexam fuisse Maternitatis dignitati: ergo similis puritas simili modo deceat Josephum.—*Peral.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Est noster Joseph per suam immaculatam conceptionem templum ita immunitate ornatum,*Ut nullus ex nostris, quantumcumque maxime peccator sit. ¶ Ab eo extrahi non potest. Ut....

LECTIO II.

Joseph rex martyrum ideoque sine labe conceptus.

Post Jesum martyrum regem et Mariam ipsorum reginam non immerito Joseph apud fideles rex martyrum omnium appellatur tamquam sine labe conceptus. Quanta fuerunt dolores et anxietates purissimi cordis Joseph cum quaereret in Bethlehem hospitium et fuerit ejectus et spretus non tantum ab alienis in diversoriis verum etiam a necessariis et propinquis, nemo unquam poterit, ut par est, explicare, sed bene quidem dici potest tot esse ac tales ut eum martyrum regem appellare possimus. Cuius dolores multo plus aucti sunt se videns coactum ut diverteret in immundam speluncam in qua erat nascitura Dei Mater ibique etiam protinus erat nasciturus Verbum caro factum Dominusque coeli et terrae. Quodnam gladium doloris pertransivit eius amans cor audiens a Simeone passionem et mortem Pueri Jesu transfuram esse divinae Matris cor dolore adeo vehementi ut si incandescenti ferro eius

transiretur cor vivum sanguineque manans? Nemo ut Joseph debite intellexit illud; Tuam ipsum animam pertransibit gladius. Tanto ergo fervore Josephum diligamus ut aperte illum declarem regem Martyrum ideoque immaculatum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Diligebat autem Jesus Patrem suum Josephum quoniam specialis prærogativa suae virginalis paternitatis. * Ampliori dilectione fecerat dignum. ¶ Quia Virgo electus ab ipso, Pater et Virgo cum Maria Virgine et Matre ævum permansit.—Ampliori....

LECTIO III.

*Quia Dominus Joseph fuit primus in dolore,
fuit primus in innocentia.*

Dominus S. Joseph sicut mundissimus corde habetur tum inter homines, tum inter angelos, sic etiam fuit primus omnium martyrum. Charissimus Patriarcha pari diligebat affectum Puerum Jesum virginalem Filium quo Virgo Maria virginalis Jesu Mater. Quo autem dolore fuerit oppressus audiens infallibilem prophetiam mortis Pueri Jesu quis dicere potest? Ab hoc præcipue tempore acutissimus gladius profundissimi doloris cor eius transivit qui eo magis inexplicabilis fuit et continuus quo Dominus maiorem Sacrorum Librorum scientiam dedit; ex quo dicere compellimur illam crucem quæ apud Salvatorem a primo suæ conceptionis momento stetit, fuisse ad mentem D. Joseph a primo etiam suæ conceptionis instanti, quæ adeo vehementer eius cor confodebat ut sæpe in brachiis divinum Infantem fovens ad mentem suæ crudelissimæ pas-

sionis amarissime in ipsum fidebat; alias etiam sui oris anhelitum calorem divino Pueri frigore tumenti impertiebat, quibus multæ aliæ adicientur pœnæ calamitatesque, pro quibus omnibus facile credebat ad perfectionis culmen protinus perventurus si hanc sequeretur viam quæ illius erat propria tamquam rex martyrum et virginalis Jesu Pater. Ex dictis patescit tot eius aerumnas oriendas esse absque dubio ab eius intemerata conceptione.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Postquam Dominus Joseph electus fuit a Pontifice protector universalis Ecclesiae. * In medio Ecclesia aperuit os eius et implevit eam spiritu sapientiae et intellectus. ¶ Iucunditatem et exultationem thesaurizabit super omnes fideles, qui invocant nomen eius. In medio....

—DIA 26 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Si est vir Mariae Joseph, et Pater Domini. Ecce Pater tuus et ego dolentes quaerebam te. Josephi Filius est Jesus, quippe quia Mariae verissimus est Filius.—*D. Cart.*—Sicut Christus vere beatæ Virginis est Filius, etiam si ex ea naturaliter non sit natus, sed miraculose; sic et idem jure conjugii est Josephi Filius, quamvis miraculose genitus.—*Suar.*—Sicut Maria mater Joannis dicitur propter dilectionem, et non propter generationem; ita Joseph Pater Jesu propter curam vel dilectionem vocatus est et non propter generationem.—*Cart.*—Joseph omni amori transformativo ferebatur in Jesum, ut

in dulcissimum Filium sive in conjugem suam Virgine per Spiritum Sanctum datum.—*S. Bern.*—Spiritus Sanctus de carne Virginis hominem formans, paternum viro huic, scilicet Joseph, qui nascebatur Infantis amorem infundit.—*Rup.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph fuisse a Deo electus et inventus idoneus, *Ad regimen Deiparae ac Filii sui Jesus. ¶ Ergo fuit dignior universo mundo, et ab initio sui esse revera fuit immaculatus. Ad....

LECTIO II.

Rex martyrum, quia summe passus est in diebus vitae suae.

Inter crudeliora vulnera Josephi cor tenerimum acerbissime confodentia numerantur quidam monitum et mandatum coeli ut fugeret cum Puerum et Matrem in Ægyptum, ad vitandam Herodis persecutionem, iter longum supra ducentas leucas, tanto effectum circuitu ad persecutores fugiendos, summa paupertate, immuneris periculis et hiemali tempore, quod illi confecerunt pedites in his aridis regionibus. Acerbissima etiam fuere vulnera tot annis commorare apud illas tam barbaras, sacrilegas et sceleratas regiones; etiamque videre continuo abominandas adorationes et sacrificia idolis oblatas, relicto vero Deo inter illos jam commoranti, fuere item opprobria, injuria ab illo passa in illis regionibus cum divina coniuge Maria; multo etiam crudeliores fuere labores, egestates et anxietas illius in reditu ex Ægypto ad Nazareth, presertim quum audierit Archelaum regem esse in Judea loco patris Herodis, idcirco timuerit ne Puer Jesus in eius

scelera incidere manus. Vere quidem Dominus S. Joseph et revera rex martyrum, quia summe passus est in illis diebus vitae; et hoc factum est illi quia fuit conceptus a primo esse sine macula originali.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Commovisti, Domine S. Joseph, per tuam protectionem terram tuam sancti Instituti. *Sana contritiones eius, quia mota est. ¶ Et nos tamquam electi tui fugiamus a facie arcus, ut destructis adversitatibus et erroribus universis liberemur. Sana....

LECTIO III.

Rex omnium martyrum, cum remansit Puer Jesus in Jerusalem.

Acutissimum autem vulnus eius cor tamquam gladius vehementissime transfigens quodque in dubium eius vocavit vitam fuit dolor ille summus ab illo passus cum Puerum Jesum amisit in Jerusalem, tribus enim diebus illum quæsit in cognatis necessariisque oblitus omnino suæ vitæ conservandæ propter vehementissimum amorem erga divinum Infantem. Ab illo quidem tempore adeo transfixus mansit divino amore ut frequentius æger erat et exagitatus tum febre, tum doloribus capitis et corporis, sicuti pati decebat mortali privilegiato qui cum eius divina uxore generis humani corredemptor esse debebat. Et re quidem vera, qui ita passus est, proculdubio sine macula fuit conceptus simili modo, quo eius divina Sponsa generis humani corredemptrix et Filius Jesus noster universalis Redemptor. Firmiter ergo statuamus quotquot fuerint passi erimus cruces, labores et ærumnas, abundantiora cœli dona ut sic mundi corde remaneamus.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Oblatum tibi, Domine S. Joseph, sacrificium nostri sancti Instituti, vivificet semper et muniat.* Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea. ⁊ Inclina aurem tuam, exaudi verba mea et mirifica misericordias tuas. Perfice gressus....

—DIA 27 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph fuit angelus ratione puritatis angelicæ qua floruit, et fuit magni concilii angelus; quia in concilio SS. Trinitate habito, fuit delegatus ut quasi angelus protector Christi esset. Protector fuit honoris Christi, cum Mariam Matrem ejus desponsavit; et protector fuit vitæ Christi, cum eum ab Herodis manus præservavit. Altissimi mysterii scutum fuit inexpugnabile.—*Zachar.*—Sanctus Vir Joseph, publice habebat se ad Christum Verbo, actu et gestu, atque cura et imperio, sicut verus Pater ad Filium suum.—*Beun. S.*—Stabat semper et movebatur Christus Sol justitiæ, ad nutum Patris sui Josephi, cui tanquam Filius obsequentissimus semper, et in omnibus obediebat.—*Zachar.*—Hoc unum dixisse sufficiat o Joseph. Filium te habuisse Jesum.—*Sanlucar.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Fuit Joseph vir dignior ac nobilior inter omnes homines.*In eo collocata fuit omnis perfectio

et nobilitas universi generis humani. ⁊ Cui jure debebatur regum. In....

LECTIO II.

Quia immaculatus, fuit summe invictus
—in patientia.—

Invicta Josephi patientia et affectuosa submissio Divinæ voluntati in tot tantisque laboribus et poenis clare aperte indicant eius immaculatam fuisse conceptionem; adeoque fuit perfecta in Josepho hæc virtus ut numquam proferret aliquod iracundiæ Verbum, quia perfecta et invicta ita fuit ut ad culmen pervenerit. Ad hæc dicta S. Birgittæ addi possunt sequentia Matris Mariæ de Agreda; ille, inquit, nec gravitate et oppressione suæ valetudinis nec doloribus infinitis sui corporis ullum unquam protulit suspirium nec querelam, neque a labore levari petiit, sed e contra omnia hæc magna cum patientia et submissione ferebat. At vero, tanto prosecutus est amore hanc crucem ut vere fuerit rex martyrum, invictissimus in patientia et ideo sine labe conceptus. Propterea cuidam sancta mulieri apparuit ostentans crucem rutilantem in pectore mysteriosa crux quæ eius ostendit magnitudinem et in coele et in terra, ex qua conicere potest suam immaculata conceptio. Ergo amemus Josephum toto corde, tota anima et omnibus viribus nostris.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Esto mihi in Josephum protectorem nostrum et in locum refugii ut salvum me facias.*Firmamentum meum et refugium meum es tu, Domine mi Joseph. ⁊ Et propter nomen tuum, Dux mihi

eris, et enutries me et liberabis me. Firmamentum meum....

LECTIO III.

Ut immaculatus fuit in vita crucifixus.

D. Josephi cor fuit ita excelsum et incomparabile propter illius amorem erga labores, areumnas et cruciatus omnes, ut vere dici possit de eo; tamquam immaculatus fristi, Joseph, in vita crucifixus, cum non solum patereris in mente cruciatus et horribilia tormenta Filii sui Jesu verum etiam ea ferens in corpore; et quia sciebat patientiam esse summis in deliciis Deo, ipse minoris fecit eminentissimam sui ipsius dignitatem Sponsi purissimi Virginis Mariæ ac virginalis Verbi incarnati parentis, talem erga ipsum dignitatem fungentis. O inæstimabile patientiæ pretium! o incomparabilis gloria illorum qui crucem sunt secuti! Immaculatae Pater mi Joseph, tu qui admirabili patientia et fortitudine omnes cruciatus tuæ vitæ tulisti, præsta, quaesumus, Pater filiorum filiarumque mearum, ut sint hi omnes revera innumerabiles, ut tanti faciant patientiam, ut defecto pro Deo omnia ferant tormenta, tantaque heroicitate labores feramus ut semper exclamemus; Pater mi, fiat voluntas tua; Non sicut ego volo, sed sicut tu; Volo quod tu vis. Paratus sum ad omnia.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Tu es, Domine Joseph, qui facis dilectis Filiis tuis mirabilia.*Notam fecisti in universa Sancta Ecclesia virtutem tuam. ¶ Et liberasti in brachio tuo populum tuum amborum familiarum. Notam fecisti....

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Stabat semper et movebatur Christus, sol justitiæ, ad nutum Patris sui Josephi; cui tanquam Filius obsequentissimus semper et in omnibus obediebat. —*Zachar.*—Si tamen Augustino fidem adhibeamus somnium Josephi videntis quasi solem, et lunam, et stellas adorans eum, de illo explicare non debet; sed intelligitur de Josepho Christi parente, in quo vere est adimpletum; quia omnes alii sancti veluti fulgentes stellæ illum venerati sunt; Maria etiam tanquam luna mystica, eum sicut Sponsum sanctissimum religiosissime coluit; et Christus Sol justitiæ ei ut patri perfectissime obedivit et subditus fuit. —*Zachar.*—Domus Nazareth vere hortus erat amaenissimus, sed hominum oculos conclusus, in quo cœlestis ille Agnus inter lilia pascebatur simul ac pascebat: inter lilia Virginis et Josephi. —*Rup.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Deus cujus sapientia incomprehensibilis est,* Christum, finem totius universi et toto universo præclarioram. ¶ Gubernandum, custodiendum enutriendumque dedit nos Sanctissimo Josepho —Christum....

LECTIO II.

*Patrocinium Domini Josephi, sicut
omnipotentia Dei.*

Veritas est innegabilis et ab omnibus doctoribus accepta quod omnes sancti ad aliquid impetrandum orant, sed Joseph est in coelo tamquam rex, est ille

de cuius manu Omnipotentia divina pendet, quia ille revera imperat et singularem habet erga suos devotos potestatem, et sic operatur vi singularis dominii supra Verbum Incarnatum, cuius est Virgo Pater, propterea Novarinus aiebat; Significare vult Deus patrociniū S. Josephi implorentibus, quod sicut ille in hoc mundo voluit eius obedire mandatis; ita etiam in coelis. Diligamus ergo Joseph toto corde et viribus nostris omnibus; amemus eum ut nostris bonis operibus suam assequamur voluntatem, eum denique diligamus, quia penes illum omnia sunt, quibus nunc egimus. Itaque, verbum facientes filiis filiabusque nostris, tam praesentibus quam futuris magno dicimus affectu; Joseph diligite, Joseph veneramini, Joseph adorete, nullus est dolor quod ab ipso mederi non possit, nulla egestas, cui non consulat, nullum bonum quod nos non assequatur, nullaeque petitiones, quae non concedantur, eius enim in coelo potentissimum patrociniū est quod nos sicut omnipotentia Dei.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Jubilate S. Josepho omnis creatura, servite illi in laetitia. * Intrate in conspectu eius in exultatione. † Benedictus es, Domine Joseph, doce me iustificationes tuas, et in labiis meis pronuntiabo omnia iudicia oris tui. Intrate...

LECTIO III.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae.

Decima nona die mensis Martii anni ter millesimo septingentissimo septuagesimo primo, imperante Romae Octaviano Augusto in civitate Nazareth natus est D. Joseph, cuius felix nativitas summo

gaudio miraeque voluptati et suis parentibus et ceteris propinquis et vicinis fuit, nam ab illo momento effluere coepit aliquas gratias suae immaculatae conceptionis. Eius pater fuit Jacob frater Heli, et mater Abigail nobilis et illustris matrona, et quoniam eius avus Matham frater fuit Darpantheris avi Virginis Mariae, inde sequitur quod Joseph et Maria fuerit consobrini, et uterque a David oriundus. Ex quibus conicitur Joseph fuisse verum haeredem regni Judae, et ideo velut virginalis Pater Christi illi, quoad humanitate saltem, transmisit omnia jura haereditatis ad regnum Judae, et ipse Christi ut Filius Josephi ea omnia a nobilissimo suo Patre accepit. Quam veritatem voluit Deus aperte manifestari a regibus Magis, quum isti divina afflata inspiratione Jesum quaerebant dicentes; Ubi est qui natus est Rex Judaeorum: Et ut in melius verteretur laus Virginali eius Parenti voluit affigi in cruce titulus ille; Jesus Nazarenus Rex Judaeorum.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Salvum me fac, Domine S. Joseph, quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam. * Exaudi nos quoniam benigna est misericordia tua. † Jam manducavimus nimis, quia desiderium nostrum attulisti. Exaudi nos...

—DIA 29 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quis enim neget conjugalem Virginis erga Josephum familiaritatem, et amicitiam fuisse maximam?

de cuius manu Omnipotentia divina pendet, quia ille revera imperat et singularem habet erga suos devotos potestatem, et sic operatur vi singularis dominii supra Verbum Incarnatum, cuius est Virgo Pater, propterea Novarinus aiebat; Significare vult Deus patrociniū S. Josephi implorentibus, quod sicut ille in hoc mundo voluit eius obedire mandatis; ita etiam in coelis. Diligamus ergo Joseph toto corde et viribus nostris omnibus; amemus eum ut nostris bonis operibus suam assequamur voluntatem, eum denique diligamus, quia penes illum omnia sunt, quibus nunc egimus. Itaque, verbum facientes filiis filiabusque nostris, tam praesentibus quam futuris magno dicimus affectu; Joseph diligite, Joseph veneramini, Joseph adorete, nullus est dolor quod ab ipso mederi non possit, nulla egestas, cui non consulat, nullum bonum quod nos non assequatur, nullaeque petitiones, quae non concedantur, eius enim in coelo potentissimum patrociniū est quod nos sicut omnipotentia Dei.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Jubilare S. Josepho omnis creatura, servite illi in laetitia. *Intrate in conspectu eius in exultatione. V Benedictus es, Domine Joseph, doce me iustificationes tuas, et in labiis meis pronuntiabo omnia iudicia oris tui. Intrate...

LECTIO III.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariae.

Decima nona die mensis Martii anni ter millesimo septingentissimo septuagesimo primo, imperante Romae Octaviano Augusto in civitate Nazareth natus est D. Joseph, cuius felix nativitas summo

gaudio miraeque voluptati et suis parentibus et ceteris propinquis et vicinis fuit, nam ab illo momento effluere coepit aliquas gratias suae immaculatae conceptionis. Eius pater fuit Jacob frater Heli, et mater Abigail nobilis et illustris matrona, et quoniam eius avus Matham frater fuit Darpantheris avi Virginis Mariae, inde sequitur quod Joseph et Maria fuerit consobrini, et uterque a David oriundus. Ex quibus conicitur Joseph fuisse verum haeredem regni Judae, et ideo velut virginalis Pater Christi illi, quoad humanitate saltem, transmisit omnia jura haereditatis ad regnum Judae, et ipse Christi ut Filius Josephi ea omnia a nobilissimo suo Patre accepit. Quam veritatem voluit Deus aperte manifestari a regibus Magis, quum isti divina afflata inspiratione Jesum quaerebant dicentes; Ubi est qui natus est Rex Judaeorum: Et ut in melius verteretur laus Virginali eius Parenti voluit affigi in cruce titulus ille; Jesus Nazarenus Rex Judaeorum.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Salvum me fac, Domine S. Joseph, quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam. *Exaudi nos quoniam benigna est misericordia tua. V Jam manducavimus nimis, quia desiderium nostrum attulisti. Exaudi nos...

—DIA 29 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quis enim neget conjugalem Virginis erga Josephum familiaritatem, et amicitiam fuisse maximam?

Noverat virgo quanta erat unitas matrimonialis in spiritali amore, et sciebat Josephum sibi a Spiritu Sancto datum in Sponsum et in suæ virginitatis fidem custodem, et ad participandum secum in charitatis ardore et obsequiosa sollicitudine divinissimam prolem Dei: idæo credo quod totius ex cordis affectu, eum sincerissime diligebat. Amplius cum omnia quæ sunt uxoris, sint viri, credo quod beatissima Virgo, totum thesaurum cordis sui, quem Joseph recipere poterat ei liberalissime exhibebat.

—*Barrad.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Cor, voluntas, et vita nostri Josephi,*Charitate in flammis divinas potentissime erumpebat. ¶ Et omnia illius opera, verba, motus et obsequia excellentissime per eam decorabantur. Charitate....

LECTIO II.

In circumcissione vocatum est nomen

—*eius Joseph*—

Nunc loquemur filiis et filiabus nostris et ita dicemus; D. Joseph juxta aliquos auctores fuit sanctificatus et omni gratia plenus secundo sui esse momento; Joseph ubi tamen genitus, statim sanctificatus et omni decore gratiæ et virtutum maxime expositus; alii non parvæ notæ sit dicunt; fuit immaculatus in sua conceptione, id est, sine labe originali conceptus; quod profecto probari potest eo quod eius mater Abigail summum gaudium a Spiritu Sancto accepisse, pro quo celebravit Divinum puerum Josephum, firmiter credens, illum esse in futurum miraculum stupendum inter miracula, prodigium prodigiorum ac mirabilem inter mirabilia.

Octo diebus post fuit circumciscus, id est, vigesima sexta die ipsius Martii, eique impositum est nomen Joseph, et juxta Patres Augustinum, Chrisostomum, Thomam, Dionysium et orientalem historiam cum tribus ageret annis afflatus fuit scientia infusa, et etiam ei datæ sunt omnes diviniæ et humanæ scientiæ, cognovit omnes artes liberales, ac præcipue officium fabri lignarii.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Immutemur habitu, in cinere et cilicio, ieiunemus et ploremus ante Dominum S. Josephum.* Quia protector noster est. ¶ Parce, Domine S. Joseph, quia inter vestibulum et altare ploramus peccata nostra. Quia....

LECTIO III.

Ecce tu pulchrer es, Domine mi Joseph.

D. Joseph a primis annis fuit formosissimus inter mortales non solum anima sed et corpore. Quoad animam adeo profecit in colendis virtutibus ut altissima raperetur contemplatione ostendens miram in omnibus sanctitatem Quoad corpus veratilis erat exterior vultus et modestia ut ex his conici poterat abundantia gratiarum in corde existens. Erat nimis tranquillus, vultus erat illi gravis et sine modestiæ affectatione, animus humilis, sed et contemplatione captus, verba gravia et grata adeo ut eius conversatio coelestis videretur sine libertate, sine risu, sine perturbatione aut ira. Erat valde urbanus, affabilis, benevolus, in pauperes piissimus ac denique perfectissimum omnium virtutum exemplar. Praeter hanc animæ et corporis perfectionem, erat etiam in sui corporis partibus perfe-

ctissimus, tantaque erat pulchritudine ut haberetur omnino perfectus; altitudo corporis grandis et bene composita, nec erat valde obesus aut flaceus sed complexione adeo pulchra, ut eius corpus esset Eucratium, id est, perfectum et optime constitutum; nec aliter vero esse poterat, quoniam corpus Josephi perfectus ut Adamus esse debuit, ac proinde sine labe a primo esse.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Utinam, Domine Joseph, emmendemus in melius, quae ignoranter peccavimus, ne subito veniat dies mortis. *Attende, bone Joseph, et miserere, quia peccavimus tibi, ¶ Da nobis dilectis filiis tuis spatium verae poenitentiae. Attende....

—DIA 30 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Obligatio Christi et Mariae ad conferendum Joseph excellentem gloriam, oritur ex eo quod fuerit parens et Sponsus.—*Eg.*—SS. Joseph vi propriae dignitatis formaliter habet imperium super omnes creaturas, cui obedire tenentur omnes angeli, et homines; ac de illo dicere potest; Ad sui oris imperium cunctus populus obediet: ecce constitui te super omnem terram Aegypti: data est mihi omnis potestas in coelo et in terra.—*Eg.*—Dignitas Sanctissimi Josephi est inseparabilis a sanctitate, ac per se excludit peccatum.—*Eg.*—Quamvis Sanctissimo Joseph non fuerit Pater naturalis Christi, paterna enim non aufertur autoritas dum iubetur nomen imponere.—*Eg.*—Dignitati Sanctissimi Joseph debetur

moraliter quidam ad minus integritas et puritas carnis; etiam integritas et puritas mentis quae est effectus formalis proprius sanctitatis.—*Eg.*—Carnis equidem puritatem et integritatem perpetuam habuisse Sanctissimum Joseph extra dubitationis aleam supponitur.—*Pet. D.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Nostris temporibus facilius divina impetratur gratia invocato nomine Josepho. *Quam invocato nomine Jesu et Maria. ¶ Et hominem virtutibus numero vestit beatus Joseph, ut sanctus sit coram Deo. Quam....

LECTIO II.

Ecce tu pulcher es et decorus, Domine Joseph.

Quoniam Joseph virginalis Jesu Pater esse debuit, profecto inter filios hominum pulcherrimus esse etiam debuit, ideoque sic habetur eius pulchritudo. Illi erat vultus semialbus et ruber, genae albedine ac rubedine mixtae, capilli rubri, subtiles ac semi crispi, undam efformantes ab humeris usque ad corporis medium, oculi caerulei, grandes, olivei et modesti, visus humilis et circumspetus, pupillae oculi gratiosae ac lumine effulgentes, palpebrae nigrae, supercilia nigra, non spissa, et aequales, nasus rectus et acutus, quae per os aequaliter discurrebat, genae nec carnatae, nec squalidae, sed admodum congruae, os medium, suavitate plenum, labia subtilia et rubra, dentes pariter aequales et albi, manus albae, nec flaccae, nec carnatae, digiti tornati, et recti, mentum abundans et in medium divisum, omnisque corporis pulchritudo formata optime a divina sapientia, vestes praeterea honestae, gressus gravis et

bene compositus Solummodo ita potuit esse immaculatus

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Misereris omnium filiorum tuorum, o bone Joseph, et nihil odisti eorum, qui vocasti.*Dissimula peccata nostra propter poenitentiam. ¶ Parce nobis, quia Pater noster tu es, atque in tua bonitate confidit anima mea. Dissimula....

LECTIO III.

Resurrexit, non est hic.

Sacrum Evangelium dicit post Christi resurrectionem multa corpora sanctorum, qui erant sepulta, pariter surrexisse et aliquibus apparuisse; ab illo quidem tempore pie creditum fuit a multis maioris notae scriptoribus multis operibus etiam expressum corpus D. Josephi resurrexisse atque saepius apparuisse suae divinae coniugi, ipsa traditione docemur illum in coelos ascendisse una cum Jesu, atque ibi adfuisse cum Jesus in regali solis sedit ad dexteram Patris, ac praeterea dicitur Joseph consedissee ad sinistram, quod dextera destinabatur purissimae ac immaculatae Virgini Mariae. Nec aliter esse poterat, nam Salvator Jesus voluit impentius glorificare suum virginalem Patrem tam in corpore, quam in anima, nec credibile esse potest quod brachia quae diu mundi Salvatorem sustulere, in foetido pulvere mansissent, ac praeterea, cum Jesus amantissimus filiorum esset, nequit negare Josepho resurrectionem; ac denique, ut aiunt Evangelistae, Jesus exuscitavit multa corpora sanctorum, cur ergo Joseph sanctissimus inter sanctos omnes ab hoc beneficio excluderetur? Ad dicta, sequens hoc addi po-

test; caro Maria impeccabilis gratia ac privilegio non poterat, subire corruptionem, sic pariter Joseph, et ideo exurrexit, et ad coelis ascendit.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Audivit Dominus S. Joseph orationes universorum filiorum suorum,*et misertus est nobis, quia adiutor noster est. ¶ Propterea ab illa hora acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes et holocausta. Et misertus....

—DIA 31 DE MARZO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

O beatam domum in quo beatissima Trinitas illa habitabat Christus, Maria et Joseph! O quam dilecta Trinitati, Patri, Filio, et Spiritui Sancto, domus illius Christus, Maria et Joseph! Nihil clarius, nihil melius, nihil in terra erat excellentius. Invidebat terris talis habitatores coelum, coelo digniores quam terris.—*Barradas*.—O conjugium inter Mariam et Josephum verum et Sanctum! Conjugium coeleste non terrenum, unus spiritus, et una fides erat in eis, sola illic carnis corruptio desivit.—*Ruper*.—Mulum praecibus Virgo, multum etiam conjugali familiaritate, verbisque suis Joseph profuit.—*S. Bern*.—Si enim nos miseri ex cohabitatione sanctorum virorum, qui respectu virginis nihil sunt saepe tamen proficimus, quantum existimandum est Josephum cum sacra Virgine professisse.—*S. Bern*.

R Omnes fideles teremur nostro divino Josepho reverentiam ac obedientiam.*Et etiam omne obse-

quii genus praestare. ¶ Quia Dominus dominantium publice et humiliter obediuit. Et....

LECTIO II.

Angelus Domini nuntiavit Josepho. et eius Sponsa concepit de Spiritu Sancto.

Quoniam nullis certis documentis constat prima Institutio festi Annuntiationis B. Virginis Mariæ, profecto inferenda est ab ipsis Maria et Joseph, quibus in vita sua, erat devote recolauta memoria incarnationis Verbi divini die vigesima quinta mensis Martii, et postea per Apostolos fuit etiam stabilita in Ecclesia eis a Jesu Christo confisa. Joseph, si carnaliter esse nequit Pater Jesu, sed potuit et revera ita fuit Virginalis illius Pater. Quemadmodum enim primi parentes genuissent filios manente virginitate, vi illius crescite et multiplicamini, sic Joseph propter suum consensum interfuit divinæ Paternitati, ac proinde ipse Angelus qui Mariæ nuntiavit illam esse futuram Dei Matrem, ex opere et gratia Spiritus Sancti, hanc ipsam conceptionem Josepho pariter nuntiavit; quam immaculatam conceptionem in Mariæ visceribus ex opere Spiritus Sancti devotissime recolebant Maria et Joseph die quinta et vigesima mensis Martii, quibus etiam addendum videtur Spiritum Sanctum tam Mariæ, quam Joseph Verbum Incarnatum dedisse, ac illum Mariæ in suis visceribus concepit quoniam eius erat sexus et ideo divinus Puer totus erat Mariæ et totus etiam Josephi dignissimi sui parentes.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Exaltabo te, bone Joseph, quoniam per vocationem ad tuum sanctum Institutum suscepistime.*

Istam petii a Domino, hanc requiram. ¶ Ut inhabitatem in domo Patris nostri Josephi, ut videam voluptatem omnium fratrum nostrorum.—Istam petii....

LECTIO III.

Angelus Domini nuntiavit Mariae, et concepit —de Spiritu Sancto.—

In quodam cœmeterii Priscillæ loculo invenitur in testudine quædam pictura magni mysterii Incarnationis Filii Dei, ibi videtur quædam mulier coperta velo et sedens in eleganti sella, quæ dextero brachio in sella nititur, sinistram porrigit manum juveni tunica et pallio induto, velut loquuturus; idem videtur, ut si diceretur; est Maria apud se habens Gabrielem Archangelum ei nuntiantem illam esse electam ad Dei maternitatem. Adoremus hoc magnum mysterium, adoremus Verbum de coelo descendentem et incarnatum in Mariæ visceribus, Joseph adoremus propter suum consensum virginalem Dei parentem; ac demum Mariam adoremus veram Virginem simulque veram Dei genitricem. Hac plausibili die imitemur Josephum et Mariam, ac magno cum fervore recitemus et meditemur mirabile illud; Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus; et non obliviscamur quod similiter Josepho dictum fuerit; Ave Joseph, gratia plenus, Dominus tecum; benedictus es inter homines. Amemus ergo, honoremus et glorificemus terrestrem Trinitatem, Jesum Mariam et Josephum.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Domine S. Joseph, vivifica me secundum gratias tuæ immaculatae conceptionis,*ut sciam testi-

monia nostrae consecrationis. *¶* Servite Domino Josepho in timore, exultate ei cum tremore et apprehendite disciplinam, ne pereatis de via iusta. Ut sciam

MES DE ABRIL.

—DIA 1°—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ambo lilia, Maria et Joseph, per virginalibus nuptiis et cohabitatione castissima, pascebatur corporeo cibo; et pascebat Virginem et Josephum cœlestibus epulis. Quid hortum dixi? Cœlum erat domuncula illa in coelo habitat Deus, in domuncula illa habitabat. Domuncula illa infinitam Christi Majestatem, summum Virginis splendorem, summumque Josephi honorem coelabat: tectum illud instar coeli, quod tegit omnia, summum Incarnationis mysterium tegebatur. Cui enim hominum in mentem venire poterat, Deum, Deum inquam incarnatum in domo illa habitare, conjuges illos virginitatem collere, Virginem Dei Matrem esse, Josephum Christi non Patrem, sed nutriorem? Cœlum erat domus illa admirandum mysterium coelans nigra erat foris, sed formosa intra.—*Barrad.*

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum

in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R. Deo gratias.

R. Christo ut Domino obediebat omni coeli et terræ creatura. *Ipse Christus Dominus obediebat Matri suæ. *¶* Et Puer et Mater ejus obediebant divino Josepho. Ipse

LECTIO II.

Immaculata conceptio Domini S. Josephi
—*gaudium annuntiabit universis filiis suis.*—

Nihil aliud est hisce nostris diebus nisi omnium vitiorum ac errorum congeries, qui continuo potiri moliantur, ut temporibus ante diluvium, omnibus cordibus, intellectis et universis corporibus et animabus. Confitendum est inquietudinem acurbationem toto orbe reperiri, nescio autem quid indicat turcarum imperium pene emori, Orientem protinus in alienum dominium transitorium, paganos surgere contra catholicam religionem; Americam luera deditam potiri Europa conari, et hanc ipsam Europam annis ac civilitatem senectam, ingratis prorsus fidei, quæ illam mundi reginam effecit, non posse in auxilium venire aliarum nationum, nec suorum filiorum; quæ omnia satis indicam utrumque continentem esse egenus multis gratiis, quæ solum in Josepho reperiri queunt. Utinam essemus id quod debemus, quanto niteremur studio in Ecclesia iuvanda. Attente consideremus utramque Iosephinam familiam heri esse incepisse, et inter tot difficultas multas jam dedisse nobis foundationes Sanctissimum Patriarcham, quam mirabilia essent opera nostra si ipsius imitationem prosequemur! Exoremus Joseph tanto fervore ut pateat eius universalis protectio, ut pro-

Plissimæ

24

monia nostrae consecrationis. ¶ Servite Domino Josepho in timore, exultate ei cum tremore et apprehendite disciplinam, ne pereatis de via iusta. Ut sciam

MES DE ABRIL.

—DIA 1°—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ambo lilia, Maria et Joseph, per virginalibus nuptiis et cohabitatione castissima, pascebatur corporeo cibo; et pascebat Virginem et Josephum cœlestibus epulis. Quid hortum dixi? Cœlum erat domuncula illa in coelo habitat Deus, in domuncula illa habitabat. Domuncula illa infinitam Christi Majestatem, summum Virginis splendorem, summumque Josephi honorem coelabat: tectum illud instar coeli, quod tegit omnia, summum Incarnationis mysterium tegebatur. Cui enim hominum in mentem venire poterat, Deum, Deum inquam incarnatum in domo illa habitare, conjuges illos virginitatem collere, Virginem Dei Matrem esse, Josephum Christi non Patrem, sed nutriorem? Cœlum erat domus illa admirandum mysterium coelans nigra erat foris, sed formosa intra.—*Barrad.*

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum

in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R Deo gratias.

R Christo ut Domino obediebat omni coeli et terræ creatura.*Ipse Christus Dominus obediebat Matri suæ. ¶ Et Puer et Mater ejus obediebant divino Josepho. Ipse

LECTIO II.

Immaculata conceptio Domini S. Josephi

—*gaudium annuntiabit universis filiis suis.*—

Nihil aliud est hisce nostris diebus nisi omnium vitiorum ac errorum congeries, qui continuo potiri moliantur, ut temporibus ante diluvium, omnibus cordibus, intellectis et universis corporibus et animabus. Confitendum est inquietudinem acurbationem toto orbe reperiri, nescio autem quid indicat turcarum imperium pene emori, Orientem protinus in alienum dominium transitorium, paganos surgere contra catholicam religionem; Americam luera deditam potiri Europa conari, et hanc ipsam Europam annis ac civilitatem senectam, ingrati prorsus fidei, quæ illam mundi reginam effecit, non posse in auxilium venire aliarum nationum, nec suorum filiorum; quæ omnia satis indicam utrumque continentem esse egenus multis gratiis, quæ solum in Josepho reperiri queunt. Utinam essemus id quod debemus, quanto niteremur studio in Ecclesia iuvanda. Attente consideremus utramque Iosephinam familiam heri esse incepisse, et inter tot difficultas multas jam dedisse nobis foundationes Sanctissimum Patriarcham, quam mirabilia essent opera nostra si ipsius imitationem prosequemur! Exoremus Joseph tanto fervore ut pateat eius universalis protectio, ut pro-

Plissimæ

24

pter immaculatam suam conceptionem fiat ut per missiones, exercitia, collegia, beneficentiæ domus et cetera opera nostra exurgat repente spiritus fidei, ita ut sit felix præsigium omnium salvationis.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: *Jesus, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.*

R Deo gratias.

R Genuit puerpera regem, cui nomen æternum et gaudia matris habens cum Virginali honore.* Genuit etiam ipsum regem virginaliter per suum consensum Dominus Joseph. Hæc de causa nec primum similem visus, est, nec habere sequentem. Genuit etiam....

LECTIO III.

Sana me, Domine Joseph, et sanabor.

Nobis quidem individuis utriusque familiæ Institutum D. Josephi efformantibus, sicuti veri huius castissimi Patriarchæ filii incesanter et ferventer est orandum, quoniam duplex est motivum ad nostras petitiones obtinendas. Oremus ergo Joseph, ut efficacius impendat in nostro sancto Instituto constituendo, in augmento vocationum, ut ita unusquisque nostrum sit verus Apostolus, ad assequendam propter divinam gratiam salutem innumerabilium animarum; oremus etiam ut ille misereatur nostrorum defectuum in regulas, ac meritis almae Sponsæ suae Virginis Mariæ perfectam earum observantiam largire nobis dignetur; oremus ut Joseph Pater, Dominus et Institutus noster nobis commuicet perfectæ

cognoscere magnitudinem sacrorum votorum, et per illam suam auctoritatem quam habebat supra Jesum in Nazareth nobis largiatur congruentes gratias ad spirituale bonum omnium sui Instituti membrorum; oremus quoque pro omnibus et singulis nostrum, pro animabus afflictis, pro aëgotis nostris esse orationibus commendantibus, pro Romano Pontifice ut adeo Sanctissimum Patriarcham glorificet ut Josephi Pontifex audiri mereatur; oremus ut ille suis nos impleat gratis, sicut olim Josue, teneat cursum solis Justitiæ ad assequendam victoriam in populum paganum, ac tanquam filii sui prædilecti oremus et non dubitemus accipere gratias omnissuæ immaculatae conceptionis.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: *Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis, esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.*

R Deo gratias.

R Angelus ad pastores ait; annuntio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Salvator mundi.* Parvulus filius natus est hodie nobis, et vocabitur Deus fortis, quem constituit hæredem universorum, Natus est ex Maria Virgine et ex Virgine Joseph per suum admirabile consensum.— Parvulus....

—DIA 2 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Considera, obsecro, dignum veneratione parentem,

quantis honoribus ac beneficiis inclitus filius prosequatur, cogente natura, suadente ratione, ac moribus prædicantibus.—*Isid. I.*—Joseph virginis Sponsus velut alter Joseph, gemina donatur stola, scilicet, beatitudine animæ et corporis, Christum Regem regum ad coelos ascendentem associavit, et primus post Christum Regem regum sedit.—*Isid. I.*—Quam autem insigni gloria divus Joseph in coelesti patria perfruatur, non solum meam, gravissimorum doctorum sententiam proferam, qui affirmare audent, in coelesti aula, prope Christum Dominum, post Virginem Deiparam in sublimi gloriæ throno, collocatum esse, et reliquos omnes essentiali beatitudine antecellere.—*Cartag*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. In sancto nostri Josephi thalamo habitavit,* Infans Puer Jesus, et adolescens et juvenis. ¶ In cujus humeris proculdubio idem Dominus Jesus requievit. Infans....

LECTIO II.

Si iustus fuit fuit revera immaculatus.

Postquam Spiritus Sanctus de Josepho loquens illum esse iustum affirmaverit pronum est inferre suam iustificationem esse prorsus absolutam idque fecerit ut ipsius devoti ac postea Sancta Catholica Ecclesia illum appellaremus virum iustum omni vitæ suæ tempore ac omnibus sui esse momentis, ex quibus fit ut a conceptu immaculatus, sicut divina coniux Maria, fuerit. Nos igitur lætitia pleni ferventioribus oremus precibus eique dicamus: Immaculate Joseph, qui ab ipso Spiritu Sancto iustus appellari meruisti, ad tuum potentissimum patrocinium con-

fugimus devotissime exorantes ut clara justitiæ virtus in nobis filiis ac filiabus charissimis penitus resideat, ut utraque Josephina familia magno cum ardore pro Dei gloria laboret, ut fideles omnes sint iusti, quoniam tua constantia in divinis colendis præceptis te fecit meruere altissimam dignitatem Sponsi Deiparæ et virginalis Dei parentis. Te enim, quem nec adversa terrere, nec pericula formidare, nec felicitatem nec efferre potuerunt, supplices rogamus ut deleas spiritum iniustitiæ et iniquitatis Nostrum Institutum turbare volentem, ut destruas conatus hæreticorum adversus Sacram Petri sedem insidias machinantium, et sic prompte descendat in corda nostra pluvia tuæ abundantissimæ benedictionis, fiant in nobis opera veræ sanctificationis, et quam omnes muniti fuerimus gratiis tuæ immaculatae conceptionis epurgate tenebris iri pacis, quæ perversos confundat, bonos reficiat et ambobus Josephinis familiis concedere dignetur dies felicitatis et iustitiæ, ut sint ita solatium Ecclesiae et mesti Pontificis.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Audivit Dominus S. Joseph petitionem meam et misertus est mei,* Meam vocationem petii a Domino Josepho, et ita requiram ut inhabitem in nostro S. Instituto. ¶ Et videam voluptatem omnium familiarum Patris nostri Josephi. Meam vocationem....

LECTIO III.

*Fuit immaculatus, quia dilexit super
—omnes gentes—*

D. Joseph est ignis ardens divini amoris superior

omni alia creatura, excepta B. Virgine Maria, ex quo inferimus illi infuisse quaedam specialissima gratia, nempe, conceptio absque peccato. Praeterea, aliquid proximum igari non potest quin non calefiat, ac postea incendio deleatur, sic quidem cor Josephi, tanquam immaculatum, continuo versabatur in flammis divini amoris, tanta igitur erat eius profundissima humilitas! tanta eius puritas ab omni labe mundissima! tam vacuus erat ab omni terreno affectu! tam omnino Deo consecratus! Al unde, quum esset Virginalis Pater increati ignis divini Verbi, et illi esset proximus non modo propter altissimum donum contemplationis, verum etiam propter arctissimam unionem, qualis erat inter eum et Filium virginaliter genitum opere Sancti Spiritus in castissimis Mariæ visceribus, non poterat Josephi cor non extingui ferventioribus ignibus divini amoris, quod explicari nequit, immo etiam neque concipi. Quis ergo debite explicare poterit quomodo a primo suæ immaculatæ conceptionis momento amabat Deum toto corde, tota anima et omnibus viribus suis? Quibus verbis dici poterit lucas divinas, cœlestes ardores et seraphica incendia a Filio Jesu Patri Josepho communicata? Tantummodo dici potest quod Jesus erat Filius Joseph, et Joseph Jesu Pater, eum ideo inter brachia habebat, sinu fovebat, magna reverentia et amore continuo inspiciebat, ut pulcherrimum vultum flammis gratiæ divini emicantem deosculabatur, et manus illas quae Universum condiderant. Iterum ergo repetamus; Fuit immaculatus, quia dilexit super omnes.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Angelis suis suis Dominus S. Joseph mandavit de coelo nobis dilectis filiis suis,*ut custodiant nos in omnibus viis de hac lacrymarum valle. ¶ In manibus portabunt nos, ne usquam Jesum offendamus. Ut custodiant....

—DIA 3 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Pie quidem credendum est, quod piissimus Filius Dei Jesus, pari privilegio decoravit suum putativum Patrem, sicut suam Sanctissimam Matrem, ut sicut illam assumpsit in coelum in corpore et anima gloriosam; sic etiam in die resurrectionis suæ Sanctissimum Joseph in gloria resurrectionis secum: ut sicut illa Sancta Familia Christus, Virgo et Joseph in laboriosa vita et amorosa gratia, simul vixerunt in terris, sic in amorosa gloria nunc et corpore et anima regnant in coelis, juxta regulam divi Pauli: Sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis.—S. Bern.—Atque eo Bernardino prædicante, super illum apparuit fulgentissimam auream crucem.—Cartag.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Non dubium profecto fore, et esse Jesu gratissimum.*Quod omnes angeli et homines coram nostro divino Josepho genuflectant. ¶ Quia ipse Jesus Patri suo amantissimo flectebat. Quod....

LECTIO II.

Si Dominus Joseph iustus fuit, fuit revera

—immaculatus.—

D. Joseph magnus Pater noster est bis felix, tum quia ipse Spiritus Sanctus illum iustum appellare

voluit, tum quia nos ipsi ab hoc principio exordientes illum adeo honorare et glorificare deberemus ut immaculatum iam acclamaverimus et ipse Romanus Pontifex suo quoque tempore declarare debet ipsum pariter ac Maria fuisse sine labe originali conceptum. Nam si ille fuit justus, patet illum semper fuisse et omni loco, et tempore et in ipso Matris utero et a primo suae conceptionis principio. Et ideo, magne Joseph, ad tuum confugimus patrocinium ut alma virtus justitiae sedeat in cordibus tuorum devotorum, ac praecipue in corde uniuscuiusque utriusque Iosephinae familiae membri, ad te confugimus, Pater mi, qui tanquam Pater Jesu congruum semper locum occupasti, et quem nec adversa deicere, nec pericula terrere, nec felicitatem vanescere potuere, ad te, inquam, confugimus, ut destruas spiritum iniquitatis et iniustitiae, ut avertas Sanctum Pontificem in Vaticano commorantem ab insidiis haereticorum, et ideo descendat super nos abundantissimam tuam benedictionem ut in nobis germinent opera sanctificationis et quo amantissimus tui virginalis Filii Jesu et divinae Sponsae tuae Mariae, eo magis te declarem Ecclesiae ac Pontificatus potentissimum conservatorem.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Venite omnes gentes et adorete Dominum Josephum, quia dies sanctificatus illuxit nobis. * Venite, adorete viscera B. Virginis Mariae, quae portaverunt Aeterni Patris Filium. † Venite, adorete almos parentes Christi, quia hodie pro salute mundi de Virgine Maria nasci dignatus est Jesus.— Venite....

LECTIO III.

Dilexit Deum super omnes, ideoque immaculatus fuit.

Concedendum videtur D. Josephum quotidie magis accrescere in Dei amore, et quemadmodum Jesus proficiebat gratia et virtute apud Deum et homines, sic Joseph continuo proficiebat in corde suo apud Jesum et Mariam, nec aliter esse poterat quia ipse erat conceptus sine macula, ideoque nihil potuit esse quod illum a divino amore retraheret. Quantumne Joseph Jesum diligeret cum eum videbat praesentem, audiebat ex mellifluo ore verba vitae aeternalis, et perpetuo mirabatur eius deifica exemplo? Confiteamur plane quam saepius augeri adeo ardore et impetus divini amoris ut illi existentiam abripere potuisset, nisi Deus prodigiose illum servaverit. Et id quidem divini amoris incendium illi demum existentiam abstulit et fecit ut evolaret ad dulcissimum a sui amoris obiectum, quoniam aliter mori non poterat Joseph conceptus enim erat absque originali peccato, ideoque aegritudinem sufferre nequit, quae effectus est peccati, sed potius emori debuit propter divinum incendium amoris, quod exurens eius cor, amplius vivere nequivit. Nunc vero tuum inspice cor, idque videbis omnino traditum immundis et foetidis ignibus mortalis peccati. Dele ergo sinceræ poenitentiae lacrymis hunc immundum rigorem, et illum reddet cordi Jesu per morum innocentiam et puritatem affectuum, et ut melius divino accendaris amore recogita eius singularem erga te amorem quo quum te a mundi contagio avertit et suo divino amori consecraverit tibi dans Patrem Josephum virginali alio parentem.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Qui habitat in adjutorio nostri S. Instituti in protectione S. Patris nostri Josephi commorabitur.* Susceptor meus es tu et refugium meum. ⁊ Et tu liberasti me de laqueo venantium et a verbo aspero. Susceptor meus....

—DIA 4 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quarta autem in coelo divus Joseph gloria fulgeat, docet cancellarius his verbis; collocatus est Sanctissimus Joseph a dextris Jesu, hoc est in potioribus bonis suis.—*Bagrad.*—Loquendo de dignitate et sanctitate divini Josephi, patet, quod nullus sanctus est major Sancto Josepho post Beatam Virginem benedictam.—*B. de Bus.*—Ex dignitate et sanctitate divini Joseph apparit temeritas illorum, ut non dicam error, qui aliquos sanctos, aut angelos præsumant comparare Josepho in gratia et gloria; manifeste enim patet quod Joseph habet gratiam et majorem, post gratiam et gloriam Christi et Virginis Matris; quia Joseph ejus Pater et Sponsus revera est.—*Gosel.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quamobrem clamare debent Verbi Dei concionatores,*Et divini honoris zoelatores. ⁊ Ut omnes divinum Josephum honorent, et magna per eum a Deo beneficia consecuturi. Et....

LECTIO II.

Immaculata conceptio Domini S. Josephi gaudium annuntiabit universo mundo.

Dies veniet, quo universaliter ab omnibus crederetur declarationem piissimam immaculatae S. Josephi conceptionis esse veluti initium novi temporis prosperi et magni, temporis spei ab ipso Deo infusae, in quo minimè falli possumus quia oritur ab immensis gratiis a Josepho universo mundo communicaturis. Dies veniet, quo coeli et terra simul tribuent Josepho honores omnes ei debitos, tanquam homini unico sine macula concepto. Numquam enim peccatum Josephum transivit, eius namque conceptio fuit pura, sancta et immaculata. Quae tanquam veritas proculdubio declarabitur in universa terra, omnes eam christiani suscipient, populi omnes gaudebunt, infernum tremet, et innumeri filii filiaeque Josephini Instituti mirabiliter augebunt sanctitate et vocationibus. Tunc surget Pontifex qui Joseph pontifex nominari meruerit, propter declarationem suae immaculatae conceptionis, episcopi et pastores omnes hanc suam vindicabunt, universus mundus in Josepho gaudebit, et quum adversus hanc declarationem daemone surgent, tunc Jesus et Maria sua potentia eam sustinebunt quia illud perveniet tempus quo ipsis erit glorificandum a coelo ipsum quem in terris glorificaverunt, tanquam Patrem et Sponsum. Jesum exoremus ut veniant tempora quibus Joseph dicet; sum protector miserorum, consolator afflictorum et universalis Ecclesiae potentissimus defensor.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R De consensu Josephi ex Maria Virgine Ver-

bum caro factum est et habitavit in nobis.*Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti a Patre plenum gratiae et veritatis. ¶ Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est. Et vidimus....

LECTIO III.

Immaculata conceptio Domini S. Josephi gaudium annuntiabit universis christianis.

Mundus quotidie pejor fit, homines magis accedunt ad ingratitude[m], ad incredulitate[m], ad impuritatem, ad iracundiam, ad spiritismum, ad masonismum, ad indifferentiam, ideoque ad hunc malorum torrentem continendum necessaria videtur multitudo bonorum, misericordiarum et tot gratiarum ad mundi conversionem, tunc autem cadent idola Sinae, Japonii et universi mundi, miro modo convertetur imperium sinense, destruetur imperium turcarum, in Ecclesiam catholicam redeunt protestantes et Rutene et Dei Ecclesia pacifice ingreditur in coelestem Jerusalem. Nihil mirum erit si haec omnia tunc fient propter potentissimum Josephi patrocinium, qui quum hodie sit universalis Ecclesiae protector ei omnes dabit gratias ad haeresium extinctionem, ad destructionem errorum, et omnis orbis revera subiicietur catholicae Ecclesiae. Quamvis autem promissiones Dei certis conditionibus sunt alligatas, haec omnia sine dubio fient, ut revera Josephi fuit sine macula conceptus. Quaedam est inter has conditiones ut, scilicet, utraque Josephi familia enixe curent imitari hunc castissimum Patriarcham, ut adeo crescant et augeant numero vocationum ut sint idonei Altissimi ministri non ad litteram, sed ad spiritum, et ita possint optime destruere coetus

infidelium, et confutare haereses et errores universi mundi.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Almi parentes Christi, intercedite pro nobis ambabus familiis Domini nostri S. Josephi.*Quem vidistis pastores? dicite, annuntiate nobis in terris quis apparuit? ¶ Natum Jesum vidimus et choros angelorum collaudantes Jesum, Mariam et Josephum; Alleluya, alleluya. Quam....

—DIA 5 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Si vinculo quodam naturali obligatio consurgat Filii ad Patrem, et Matris ad Sponsum suum, et utriusque, et scilicet, Filii et Matris, ad fidelissimum, vigilantissimum et sedulum custodem et nutritum Josephum, qui fuit caput Mariae habens inde auctoritatem aliquam, principatum, dominationem, vel imperium in Mariam. Sicut et Maria suo modo in Filium suum Jesum, jure naturalis maternitatis; quantus existimandus est justus ipse Joseph, nunc in gloria et in coelis, qui talis et tantus inventus est hic in miseria et hic in terris? Profecto si non mentiebatur Jesus qui ait; ubi ego sum, illic et minister meus erit, ille proximior videtur collocandus in coelis, qui in ministerio fuit vicinior, obsequentior atque fidelior post Mariam inventus est in terris.—Gerson.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Clangor victoriae nostri divini Josephi.*Non

enim Spiritus Sanctus deficiet a movendis cordibus fidelium. ¶ Donec omne imperium militantis Ecclesia exultet divinum Josephum. Non....

LECTIO II.

Fuit immaculatus, quia dilexit Deum, Paulo minus a Maria Virgine.

Amor castissimi Josephi erga Deum non modo affectuosissimus et ardentissimus, verum etiam purissimus et efficacissimus, quia adeo, juxta charitatis praeceptum, dilexit Deum toto corde, anima, memoria, intellectu et voluntate, ut eius amor fuerit paulo minus a tenerrima dilectione qua Virgo Maria Dominum suum afficiebat, ita ut Josephus semper dilexit Deum juxta gratiam ei concessam, et valde ardentem ac perfecte, sicuti decebat dignissimo Mariae Sposso et virginali Jesu parenti. Sic perfecte Deum dilexit non solum super seipsum et omnes creaturas juxta praecepta divina et evangelica consilia, sed etiam quia haec erat voluntas Dei, hoc exemplum imitandum illi continuo offerebat tum Maria, tum Jesus amans coelestem Patrem, et ita etiam Deum diligebat in mundo et in itinere, in labore et requie, dies noctesque, in poenis et afflictionibus, in doloribus et gaudiis. Tu, quomodo Deum diligis? Vae tibi, si inveneris in numero Deum non amantium. Odi nunc tuam ingratitude, et incipe exorare Deum toto corde, impetrans a Josepho divinum amorem.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Qui habitat in adiutorio nostrarum familiarum, Dominus S. Joseph sancto suae potentissimae protectionis circumdabit eum,* et non timebit a ti-

more nocturno. ¶ Neque a sagitta volante per diem, a negotio perambulante in tenebris, a ruina et demonio meridiano. Et non timebit....

LECTIO III.

Dilexit Jesum, ex toto corde, quia fuerit —immaculatus—

D. Joseph non modo Jesum dilexit, sed toto corde tota anima et omnibus suis viribus semper dilexit. Sic dilexit, quia omnes passiones et affectus ad divinum amorem referebat, sic nihil terrenum cupiebat, nisi ad maiorem divinam gloriam redundaret, adeo Deum amabat, ut nihil penitus terrenis efficeret, sed e contra ad coelestia evolabat, quin propter divinum amorem nihil terrenum pertimescebat, nec aliis movebatur nisi eis quae ad Dei honorem pertinerent. Inde nascebatur invicta eius patientia in laboribus, admirabilis in poenis mansuetudo, quin nullum proferret verbum irae aut impatientiae, tam in laboribus Bethlehem, quam in fuga ad Aegyptum, in ipso exilio et in suis omnibus difficultatibus. Deum praeterea omnibus suis viribus diligebat, et omnibus potentiis externis et internis ac proinde omnes actiones, verba et motus ad Dei gloriam tendebant; et ideo edebat, dormiebat, quiescebat ad Dei honorem, quodque fecit mirabiliter a primo immaculatæ suae conceptionis momento et juxta innumeras gratias sibi impertitas. Inspice nunc te ipsum et si te inveneris non Deum diligentem, confusus esto, et plorato tuam ingratitude, ac juxta exemplum tenerrimi tui Patris Joseph, stude in futurum quomodo Deum debeas amare.

l Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Si tecum est protectio Domini Josephi.*Cadent a latere tuo mille et decem millia a dextris tuis, tibi autem non appropinquabunt. ⁊ Quoniam angelis suis mandabit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Cadent....

—DIA 6 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Dignitas et sanctitas nostri divini Josephi præcellit cunctis, eminent universis, antecellit prophetas, supergreditur patriarchas, et quisquis de muliere natus est, etiam apostoli et Joannes inferior est nostro divine Josepho.—*Joseph.*—In hac igitur comparatione non existimo esse temerarium, neque improbabile, sed pium potius et verissimile, si quis fortasse opinetur, Sanctum Josephum reliquos omnes in gratia, ac beatitudine antecellere; quia ex Scriptura nihil est quod repugnet, neque in patribus aliquid reperio. Et si quæ sunt generales locutiones, quibus apostolos præferre videantur, intelligi possunt facere comparationem regulariter cum aliis sanctis, et non excludere speciale aliquod privilegium, et præsertim loqui de posterioribus sanctis; non vero de iis omnibus, qui cum Christo vixerunt et ipsis apostolis contemporanei fuerunt.—*Suar.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quis dubitat ex nostris omnes benedictiones hominibus et angelis concessis*Præstantiori jure quadra ne divino Josepho ⁊ Et nostrum pauper-

culum Institutum in ejus erigat honorem Sancta Mater Ecclesia. Præstantiori....

LECTIO II.

Disce a me diligere Dominum Deum tuum.

Quamvis semper nobis est amandus magnus Pater noster Joseph, id præcipue maiori affectu et dilectioni faciemus, quum ait nobis dilectis filiis suis; Discite a me diligere Dominum Deum vestrum ex toto corde, ex tota anima et omnibus viribus vestris; et ideo te amo, adoro et admiror in tua infinita charitate. Hei mihi! quam cæcus fui non cognoscens bonitatem et incomparabilem amorem Dei mei. O, væ, væ tempori illi, quo non amavi te, Deus meus! Pater mi Joseph, doce me diligere Deum, et ab hoc tempore volo omne dolere meae antea vitæ tempus, volo tollere amorem a creaturis, et postquam fleam meam infinitam calamitatem penes te sedeam ut discam Deum diligere. Volo prompte Deum amare ex toto corde meo, nec aliud quidquam amare quod Deo displicere possit, sed omnia ad Dei honorem et laudem dirigere. Volo eum diligere toto meo intellectu, volo reminisci semper eius, suorum beneficiorum, aeternae gloriae et infinitae deliciarum congeriei suis amantibus destinatae. Volo etiam eum amare tota anima, et omnibus meis affectibus, quæ omnia ad eius maiorem sint laudem volo ardentem amare. Ac demum, totis meis viribus eum amare curabo, semper agens id, quod in eius laudem et gloriam maxime cedat, juxta illa verba discite a me diligere.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

Piissimæ

R Qui in me, ait Dominus Joseph, speraverit,* liberabo eum et super aspidem et basiliscum ambulavit. ⁊ Et conculcabit leonem et draconem.— Liberabo....

LECTIO III.

Plenus gratia et fortitudine in tribulationibus suis

Nihil dubium est quin Joseph fuerit plenus gratiis et favoribus coelestibus et divinis propter gratiam suae immaculatae conceptionis; sed praeterea certissimum etiam habetur illum omnes tulisse dolores, poenas et aerumnas, tamquam plenus gratia et fortitudine in omnibus tribulationibus suis. Frequenter solet divina bonitas ita suos electos tractare, ut pariter gustent gaudiis et laboribus, aliquando torquantur, et alia laetitiis abundant; itaque tam frequenter ad Calvarium ascendunt, quam ad Taborem. Similiter accidit Josepho, et post eius conceptionem immaculatam perfecte novit omnia, quae a Deo acceperat, ac proinde perfruitus est innumera dulcedine, reddens omnia illi, a quo acceperat, nempe, Deo. Quae omnes gratiae privilegia, et beneficia, tot ac tales fuerunt, ut simul ac annis proficiebat, augebantur in corde suo virtutes et gratiae omnes apud Deum et homines, omniaque illius verba, cogitationes et opera omnem habebant perfectionem, quae ei Virginali Christi parenti decebat; ac ideo per omne tempus vitae versatus est tum summis doloribus, tum gaudiis immensis. Propterea, si accepit summum dolorem se videns virginalem Jesu parentem, summo affectus fuit etiam gaudio, cum ab angelo novit se esse Patrem Jesu affectu et auctoritate. Amemus ergo Joseph, ut ille nos doceat amare Deo et pati pro eius amore.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quoniam in me speraverunt duae meae familiae dilectae,* libera bo eas, eripiam eas, et glorificabo eas. ⁊ Longit udine dierum adimplebo eas, et ostendam illis salut are meum. Liberabo....

—DIA 7 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Jam ab aeterno loca illa dexteræ et sinistrae immutabili Dei decreto, Mariae et Joseph a Deo Patre destinata erant.—*Cart.*—Sanctus Joseph fuit maritus beatæ Virginis et Pater Christi, uti jam ostendi: fuit ergo caput et superior tam beatæ Virginis Mariae quam Christi ut homo est.—*Corn.*—Missalis musarabicus missam habet de Sancto Josepho, totam propriam et singularem sub hoc Introitu: *Laudem Domine loquitur os meum, et gloriam nomini sancto eius; quia mirificavit Sanctum tuum Joseph, Virginis Matris Christi Sponsum.*—*Eccla Tol.*—In ipso kalendario vero, Festum notatur in sex cappis, quae solemnitas est summa, celebrandum.—*Eccl. Tol.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Festa coelebrabuntur ad divinum Josephum debite honorandum.* Et ei vota vovent et solvent omnes populi. ⁊ Et maxime nostrum Institutum ad suam gloriam revera erectum. Et....

R Qui in me, ait Dominus Joseph, speraverit,* liberabo eum et super aspidem et basiliscum ambulavit. ⁊ Et conculcabit leonem et draconem.— Liberabo....

LECTIO III.

Plenus gratia et fortitudine in tribulationibus suis

Nihil dubium est quin Joseph fuerit plenus gratiis et favoribus coelestibus et divinis propter gratiam suae immaculatae conceptionis; sed praeterea certissimum etiam habetur illum omnes tulisse dolores, poenas et aerumnas, tamquam plenus gratia et fortitudine in omnibus tribulationibus suis. Frequenter solet divina bonitas ita suos electos tractare, ut pariter gustent gaudiis et laboribus, aliquando torquantur, et alia laetitibus abundant; itaque tam frequenter ad Calvarium ascendunt, quam ad Taborem. Similiter accidit Josepho, et post eius conceptionem immaculatam perfecte novit omnia, quae a Deo acceperat, ac proinde perfruitus est innumera dulcedine, reddens omnia illi, a quo acceperat, nempe, Deo. Quae omnes gratiae privilegia, et beneficia, tot ac tales fuerunt, ut simul ac annis proficiebat, augebantur in corde suo virtutes et gratiae omnes apud Deum et homines, omniaque illius verba, cogitationes et opera omnem habebant perfectionem, quae ei Virginali Christi parenti decebat; ac ideo per omne tempus vitae versatus est tum summis doloribus, tum gaudiis immensis. Propterea, si accepit summum dolorem se videns virginalem Jesu parentem, summo affectus fuit etiam gaudio, cum ab angelo novit se esse Patrem Jesu affectu et auctoritate. Amemus ergo Joseph, ut ille nos doceat amare Deo et pati pro eius amore.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quoniam in me speraverunt duae meae familiae dilectae,* libera bo eas, eripiam eas, et glorificabo eas. ⁊ Longit udine dierum adimplebo eas, et ostendam illis salut are meum. Liberabo....

—DIA 7 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Jam ab aeterno loca illa dexteræ et sinistrae immutabili Dei decreto, Mariae et Joseph a Deo Patre destinata erant.—*Cart.*—Sanctus Joseph fuit maritus beatæ Virginis et Pater Christi, uti jam ostendi: fuit ergo caput et superior tam beatæ Virginis Mariae quam Christi ut homo est.—*Corn.*—Missalis musarabicus missam habet de Sancto Josepho, totam propriam et singularem sub hoc Introitu: *Laudem Domine loquitur os meum, et gloriam nomini sancto eius; quia mirificavit Sanctum tuum Joseph, Virginis Matris Christi Sponsum.*—*Eccl. Tol.*—In ipso kalendario vero, Festum notatur in sex cappis, quae solemnitas est summa, celebrandum.—*Eccl. Tol.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Festa coelebrabuntur ad divinum Josephum debite honorandum.* Et ei vota vovent et solvent omnes populi. ⁊ Et maxime nostrum Institutum ad suam gloriam revera erectum. Et....

LECTIO II.

*Dominus S. Joseph omnis universalis Ecclesiae
—protector est.—*

Potentissime Joseph, tu qui praeter gloriosa merita propria, in tuis habes manibus efficacissimam intercessionem tuae purissimae coniugis Mariae ac sacratissimi cordis Filii tui Jesu, exaudi propitius preces filiorum tuorum, easque Altissimo benignus offer ut placata divina justitia, cessare faciat persecutionem adversus Ecclesiam eiusque Pontificem. Maria et Jesus in Nazareth tibi obediebant, tuaque praecepta perfectissime obtemperabant. Eis igitur nunc dicas, Pater, precamur, Ecclesiam tibi fuisse commissam, te non posse pati quod continuo eam videas factam esse ludibrium Satanae eiusque ceteræ, ac etiam quod Pontifex gemit et tuum implorat auxilium, quibus precibus resistere non possis. Id dicas, S. Joseph, irasce, imperes, ac continuo obtemperaberis, quoniam tua auctoritas paternalis, numquam fuerit derogata. Te demum, Joseph, precamur, ut impleres efficaciam auxilia pro tuis omnibus filiis ac filiabus Iosephinis, ut serventur, crescant et multiplicentur ad suffragandas huius temporis necessitates, ut videant tirocinia pietate ac devotione ferventia, ut scholastici sint pleni scientia et sapientia, ut innumeras habeant domus in Dei Ecclesia, quae omnes simul laborent tam pro Dei honore et gloria, quam ad te laudandum et benedicendum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sicut oculi servorum in manibus dominorum

suorum, ita oculi nostri ad Dominum S. Josephum.
*Miserere nobis, bone Joseph, miserere nobis. ⁊
Protector noster aspice et respice super servos tuos.
Miserere. . . .

LECTIO III.

*Joseph iter faciens ad præsentationem Jesu,
ostendit se esse immaculatum.*

Post dies quadraginta a natiuitate Pueri Jesu, Altissimus eum poposcit; Joseph prompte proficiscitur Jerusalem cum duabus turtaribus ad illum offerendum, tanquam Primogenitum Sacrae Familiae et victimam offerendam ad redemptionem humani generis. Quam magnus est Joseph in hoc mysterio quam optime ostendit esse immaculatum! ipsi quoque angeli eum adorant, laudant et glorificant. Maria purior coelestibus luminibus, in purificatione apparet quaedam Mater quae in peccato concepit, et Joseph, simillimus Mariae et virginalis Jesu Pater, ostendit esse quemvis parentem. Maria, paratis omnibus ad iter necessariis, ad Sponsi dictum, accedit ad cunabulum, adoravit Deum caro factum, brachiis sinuque fovit et abiit ad Jerusalem. Quam magnus est Joseph, immaculatum omnino se profitetur! Ad eius imperium solemniter post hominum memoriam processio fit terris. Millia millium angelorum surgunt eosque comitantur canes omnes gloriam et altitudinem Verbi Incarnati, et privilegia virginalium eius parentum Mariae et Josephi. Adoremus igitur Sacram Familiam Jesu, Mariam et Josephum, et per infinitam eorum cordis munditiam, similem gratiam ambabus familiis castissimi Patriarchae imploremus.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Domine Joseph, non secundum peccata nostra, quae fecimus nos iudices. *Bone Joseph, ne memineris iniquitatem nostrarum antiquarum. ¶ Miserere nobis quia pauperes facti sumus nimis. Bone Joseph....

—DIA 8 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Intra alia de Sancto Josepho circa annum 1250, hæc oratio inventa est: Domine Jesu Christe, æternaliter Deus de Deo, et ineffabili humilitate temporaliter homo factus est de Virgine, qui Sanctum Josephum beatæ Mariæ Matri suæ, Virginem Virgini desponsari, et humilem humili sociari voluisti, et eum de parvo magnum, de humili excelsum, multis virtutibus, et magnis honoribus augmentatum mirabiliter sublimasti: da nobis quæsumus, ejus exempla, meritis et præcibus, cum cordis et corporis munditia, veram humilitatis virtutem nobisque in humilitate fundatis; da fidei, spei, et charitatis omniumque virtutum augmentum: ut per virtuosa merita, gloriosa secum præmia consequi valeamus.—*Ec. Belg.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Aperiet Dominus aures nostri intellectus. *Et filii nostri magni Instituti. ¶ Scrutabuntur interiora Dei dona abscondita in Sancto Josepho et invenient thesaurum optimum. Scrutabuntur....

LECTIO II.

*Puer Jesus a Patre suo Josepho, Altissimo
—est præsentatus.—*

Immediate ac pervenerunt Jerusalem castissimi

coniuges, Joseph censet ire in templum, Maria sustinet gressum ad locum ubi ceteræ mulieres, genuflectit in spiritu humilitatis, Deum adorat, ac simul se cum eius Filio Altissimo offert: Joseph pariter afflatus quodam impulsu divini Spiritus ac plenus gaudio et divina luce, ad nihilum pene se prosternit, adorat Altissimum, ac demum sumit in manibus Filium suum, Unigenitum Æterni Patris et offert ad humani generis redemptionem. Hoc ipso momento, afflatus quodam divino impulsu senex Simeon ingreditur templum; accedit ad Sacram Familiam, sustulit manibus Puerum Jesum ac plenus prophético spiritu, agit Deo gratias ob maximum favorem ei concessum et cecinit illud mysteriosum canticum: *Nunc dimittis*. Joseph et Maria summo gaudio referti, profundissima obruuntur tristitia, ad hæc verba Prophetæ: *Hic per positus est ad ruinam et resurrectionem multorum in Israel quod erit gladius doloris, qui tuum cor pertransibit*. Sic ait senex Simeon et benedixit Joseph et Mariæ, qui Puerum ei obtulerant.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Amen, amen dico vobis, ait Joseph, *Quod uni ex filiis meis minimis fecistis, mihi fecistis. ¶ Venite, benedicti meae potentissimæ protectionis, possidete paratam vobis protectionem meam. Quod....

LECTIO III.

Animam S. Josephi pertransivit gladius.

Magnus successus purificationis et præsentationis Jesu in templo, Simeonis prophetia, eiusque mirabile canticum magna continebant mysteria quae intus aperta fuere D. Josepho, qui vidit veluti in limpido

speculo vitam, passionem et mortem eius Filii Jesu; propterea ab illo instanti gladius acerbis imi doloris suam pertransivit animam. Divinus Joseph post Mariam melius quam ceteri homines intellexit magnas, hominum ingratitude, infinitas Jesu Christi poenas, hominum ingratitude, maximamque daemonium malitiam; idque omne modo perfectiori et profundissimo cognovit, ut ab illo tempore per triginta annos eius vita nihil aliud fuit nisi perennis cruciatus. Fieri enim solet ut, cum aliquis mortalis aliquod egregium opus perficit pro Dei amore, ipse accipit a divina sapientia magnum tribulationum cumulum; sic D. Joseph, qui cum Deo in hoc mysterio redderet infinitum donum omnino divinum, proindeque illi par, ille nulla mora a divina bonitate compensationem meruit, gladius, scilicet, mystereus eius cor pertransivit, cuius vulnus toto suae vitae tempore vivum perduravit, donec ivit requiescere in sinum Abrahae. Sanctissime Joseph, fac, quaeso, ut cognoscamus quo maiores fuerint poenae et tribulationes filiorum tuorum, eo maius et abundantius praemium accipiemus. Quantum enim differt haec philosophia ab humana scientia! Homines quidem solum cognoscunt suae vitae tempus, Deus vero est aeternus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R O bone Joseph, tu refugium factus es nobis filiis tuis a generatione et progenie in saecula saeculorum. *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. † Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Dirigatur....

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Philippus Spirinensis antistes concessit (1507) celebrare festum de Sancto Josepho, in cuius officio tam ex Evangelio quam ex approbatis sanctorum sententiis hanc orationem invenies: Omnipotens sempiterna Deus, qui Sanctum Josephum Filio tuo nutricium et alumnum, Matrique suae fidelem custodem, ut ejus uterque curare levaretur, et Providentia eligere dignatus est: tribue quaesumus, nos in ejus festivitate spirituali cibo refici, et suis apud te precibus, perpetuam tui custodiam et gratiam qua salvemur impetrare.—*Ec Spir.*

Nos haec sublimia &c.

R Deo gratias.

R Sancti Novi Testamenti a Christo dicti sunt amici. *Joseph vero Pater ab eo vocatus est. † Sancti mundi reginam coluerunt ut Dominam suam, Joseph eam dilexit ut suam Sponsam. Joseph....

LECTIO II.

*Quotidie magis pertransivit gladius Joseph,
quia magis dilexit.*

D. Joseph postquam obtulerit eius divinum Filium Aeterno Patri, quam quam ipse exterius tranquillus appareret, interius tamen magna fuerat affectus mutatione, ab illo enim instante, quo gladius doloris suum cor perfodit, tenerrimo et ardentissimo amore prosequabatur divinum Puerum et castissimam Matrem. Si autem lex naturalis est, obiecti dilecti dolorem vehementius augere amorem erga illum, sic Joseph quotiescumque Jesum et Mariam conspicie-

bat, sagitta quædam suum cor fodebat, ac veluti gutta olivea procidebat in ignem incensum sui cordis. Amemus igitur, honoremus et glorificemus Patrem nostrum Joseph. ita ut omnis eum creatura per utramque Iosephinam familiam laudet, honoret et glorificet. Sed Joseph utrum in secessione in Nazaret potuerit omnino vacare ad contemplandum doloris obiectum? Ne hoc quidem solatium ei dabitur, eius namque vita multis versabitur difficultatibus, innumeris vigiliis ac tenaci labore quotidiano, eius manus continuo laborare debebunt, membra sunt defatiganda ad obtinendum hoc modo victum Sacræ Familiæ. Quid sunt poenæ nostræ præ Josephi ærumnis? quid labores nostri illius sudoribus collati? Ferventius Deum exoremus ut aliquantulum noscere possimus infinitas Josephi ærumnas et calamitates.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tribulationes cordis mei, o bone Joseph, dilatata sunt, de necessitatibus meis eripe me.*Vide humilitatem meam et laborem meum. V Dimitte per tuam gratiam omnia peccata mea, quia in te confido et non erubesco. Vide....

LECTIO III.

Fulcite me floribus, quia Jesu languero amore.

Gladius doloris a Simeone prædictus B. Virgini nuntiavit illam interfuturam Jesu passioni et in Calvario esset humani generis corredemptrix; et ipse acutus gladius Josephi cor pertransivit adeo ut in ipso, Jesu passio et tormenta penitus defigerentur et valde illum contererant ita ut nobis filiis suis fidelissimis devotis sic aieret; Fulcite me floribus, quia Jesu languero amore. A coelesti et divina charitate

Bethlehem se vidit Joseph inopinate inter Calvarii tenebras. Ab illo die omnes Jesu actiones erant novæ poenæ Josephi, minimumque gaudium in mare amarissimum vertebatur, ita ut quidquid in Jesu viderit eius passionis memoria sibi esset, et ad omnes Jesu intuitus et verba illius ante oculos versabantur terribiles Calvarii poenæ ut si tunc acciderent. Quum Jesus teneras ad illum manus tendebant, amarissima replebatur tristitia Joseph, eas videns catenis vinctas et acutis tranfixas clavis; quum ridens Jesus paternas quaerebat blanditias. Joseph videbat esse oculos Jesu languidos et moribundos, vultum sanguine ac sputis madentem et corpus dilaniatum. Supplicium Josephi erat perpetuum quia suas poenas patefacere posset, ne atrociores dilecto suo Jesu redderentur. Exoremus ergo Joseph ut non modo nostras poenas medeatur; sed patientiam ad eas ferendas non concedat.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Etenim universi filii tui, qui in te confident, non confundentur.*Confundantur omnes inimici nostri facientes mala. V In te, bone Joseph, confido, irrideant me inimici mei. Confundantur....

—DIA 10 DE ABRIL.—

LECTIO I

—EX DOCTORIBUS.—

Mediolanensis Ecclesia secundum liturgiæ ambrosianæ ritum, proprium cani de Sancto Josepho præfationem in hunc modum. Vere nos tibi per Christum Dominum nostrum; cujus sacræ incarnationis beatus Joseph alumnus et altor esse meruit,

ex ab eo laborum suorum præmia sempiterna percepit. Cujus apud te meritis adjuvari confidentes, tuam humiliter deprecamur clementiam, ut qui ei tanti meriti contulisti prærogativam, ut eidem Unigenito tuo divinitus et humanitus specialiter deserviret, nos ejus et exemplis informes et suffragiis consoleris. Per quem Majestatem tuam. . . .—*Eccle. Mediol.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Benedicite omnes creaturæ nostrum divinum Josephum. *Ut benedictionibus repleamini. ¶ Qui enim benedixerit tibi erit et ipse benedictus; qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Ut benedictionibus. . . .

LECTIO II.

Joseph virginalis Pater, et Jesus eius Filius.

D. Joseph virginalis Jesu Pater et verum ac perfectum exemplum Sanctæ Infantiae, est verissima imago tenerrimi amoris, quo nos filios suos diligit, ita ut dicere possimus nos ex suo purissimo corde natos fuisse. Vita Josephi cum Maria nihil aliud fuit nisi congeries innumerabilium officiorum erga Verbum Incarnatum, quæ non modo illum super omnia existentia posuere, verum etiam facultatem dedere ut illos sibi subiiceret. Qua mirabili sanctitate creditus esse debuit! Eius vita altior exstitit coelis, et tamquam imago perfectissima Æterni Patris, eius officia sublimiora ipsis Thronis fuerunt. Quam magnus est Joseph Jesu Pater! quanta illius gloria præsertim cum se vocare Patrem a Jesu audiret. In hac tanta gloria Joseph fuerat vocatus, ut occulte viveret cum Deo, ut sua fulgida luce sese absconderet

ut tantummodo Dei iussis obtemperarit, ut fungeret Dei locum et viveret pro Jesu. Joseph tamquam sacerdos divini Jesu qui ipse Deus erat custodiendus, reverenter tractandus, et qui omnem venerationem Jesu tribuere debebat est perfecta imago omnium gratiarum quas ille suis Filiis impertiri dignabitur, qui ut familia eiusdem prædilecta ab illo erimus custodiendi, vigilandi, benedictionibus implendi, sua potentissima gratia ditandi ut aliquando eius amoris aptioris ministri fieri possimus, qui enixe curabimus ut magis magisque ille ab omnibus cognoscatur tamquam immaculatus in sua mundissima conceptione.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Meditabor, o bone Joseph, in mandatis nostrarum regularum, quæ dilexi valde,*et levabo manus meas ad mandata tua. ¶ Intellige clamorem meum, intende voci orationis meæ, quoniam semper ad te orabo. Et levabo. . . .

LECTIO III.

Salvator Jesus a Salvatore Josepho est salvatus.

Inter eas notas quæ præcipue D. Josephum elegant, præminentior habetur, quod fuerit salvator Filii sui Jesu, propter quod eius gloriosa et immaculata vita oppressa fuit continua ac terribili anxietate quamvis exempta ab inquietudinibus. Joseph autem vidit idolatras ægyptios in crudelibus et inhumanis hominibus Bethlehem, ac quum perfecte novit, se esse unicum murum ad defendendum Puerum et Matrem, mortali fuit affectus anxietate, quæ cum illum sanctissimum faceret, tum etiam quidquid humanum ab eo sejungerat. Joseph veluti

Jesu Pater, fugit cum Filio et Matre, eos ab Herodis furore salvos facit, et ab illo tempore, Jesum continuo fert in suo corde simulque onerosam omnium dolorum crucem ac illam quoque divini amoris, hic enim tantummodo illi vitam abripere potuit. Excellentius demum admirabilia vocationis Josephi, est Jesum salvare, et cum Jesum salvat fit requies inter anxietates, teneritudo inter stupenda mysteria; cordis tranquillitas cum dolenda sensibilitate, intima conscientia servata ad continuam immolationem, prompta docilitas in tranquillitate naturali, perpetua dulcedo inter terribiles dolores, ac demum suus erat Jesus mundi Salvator ab ipso salvandus. Oremus igitur Joseph ut nos filios suos a peccato salvos faciat.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Confessio et pulchritudo in conspectu omnium filiorum tuorum.*Sanctitas et magnificentia et gloria in sanctificatione sua. V Cantate Domino Josepho canticum novum, cantate Domino Josepho omnis terra. Sanctitas....

—DIA 11 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Concede, quæsumus omnipotens Deus, ut intercessionem beati Josephi, confessoris tui, qui Pater Domini nostri Jesu Christi in terra vocari dignus inventus est; et vir gloriosæ semperque Virginis Mariæ, non coinquinatione carnis, sed tamen maritus nomine appellatus est, ab omnibus adversitatibus liberemur. (En 1490.)—*Ec. Rom.*—Deus qui fidelissimo

Patriarchæ Joseph, incomparabilem thesaurum tuæ genitricis beatæ Mariæ semper Virginis servandum tradidisti: cuique pro speciali prærogativa meritorum, temetipsum filium tradidisti: ipsius nobis tribue meritis et precibus terrena despiciere, et corda nostra tibi casta tabernacula præparare.—*E. Veneci.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Propter cognitam bonitatem Filii Dei.*Qui nostrum divinum Josephum Patrem vocare dignatus est. V Et sic qui benedixerit Sancto Josepho omnibus benedictionibus replebitur. Qui....

LECTIO II.

Nos a Domino S. Josepho salvati sumus.

Quamvis hisce nostris temporibus omnes christiana familiae consecrari debent Sacrae Familiæ Jesu, Mariæ et Josepho, augustæ terræ Trinitati; sed debemus præcipue ad Josephum accedere qui huius divinæ Familiæ dux est, eumque quam optime imitari et illum invocare ad omnia feliciter assequenda, quod et munus maxime proprium est nobis qui privilegiam eius familiam efformamus, eo vel magis quo ille nos semper salvavit in multis magnisque periculis, quibus sumus versati. Diligamus ergo Joseph, veniamus ad Joseph, oremus eum omnique in eo fiducia posita iterum repetamus; Nos a Domino Patre nostro Josepho salvati sumus. Utinam ita faceremus! qua maneremus tranquillitate! quanta dulcedo e nostris efflueret labiis! quanta frueremur pace! Nec aliter accidere poterat, nam solum propter Josephum essemus. Amemus ergo Joseph, eumque ita honoremus, laudemus et glorificemus ut vero conemur ut omnis illum creatura honoret, laudet et.

glorificet. Quum sic operemur, tunc accrescet in nobis desiderium ad eum imitandum, tunc pacifici apud Deum stabimus, eiusque voluntati nos omnino subiciemus, in pace cum proximis erimus, eorum defectus feremus, nostras vincemus cupiditates, et omnino Josephum imitantes, eum ut a Deo Salvatorem nobis constitutum accipiemus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Custodi me, Pater noster Joseph, ut pupillam oculi, et sub umbra alarum tuarum protege me.* De vultu suo iudicium meum prodeat. V Et immittet Angelum suum in circuitu nostrum filiorum suorum. De vultu....

LECTIO III.

Nos sumus in Ecclesia propter magnum Josephi miraculum.

Magnum quidem est Josephi miraculum nostra existentia et conservatio in Ecclesia Dei, nam ipse quum hoc prodigium faciebat tum etiam nobis multa opera bona poscebat. Filiabus Mariæ et Josephi exemplum, datum est in virtutibus Dei genitricis et quemadmodum in terris hæc divina Virgo enituit amore paupertatis, castitatis et obedientiæ, studio in laboribus, zelo propter animarum salutem, et ardentissima charitate, qua animam suam puram immaculatamque Deo omnino reddebat; sic etiam Filiabus Mariæ ac Josephi curandum maxime est ut in praxim earum regulas adducant, adeo ut sint exempla abservantiæ, tunc enim a Josepho fiet magnum prodigium, ut sint, nempe in Dei Ecclesia. Missionarii Josephini colere debent submissionem, obedientiam et amorem Jesu erga purissimam Ma-

riam, et virginem Josephum, quum enim omnia ea munera in regulis inclusa perfecte fungantur, Joseph in eorum profectum illis magnum prodigium efficiet, id est, ut vere existant in Ecclesia Dei. Sacerdotes demum Josephini attente inspicere debent vitam, labores, dolores et gaudia SS. Patriarchæ, et tunc quam maxime conari, ut norma eorum vitæ desumatur ex nostris regulis, sacris votis et propriis nostris virtutibus, ex simplicitate, nimirum, humilitate et zelo salutis animarum, quæ comitandæ etiam sunt mansuetudine et mortificatione tam exterius, quam interius; sic autem pro nobis fiet magnum Josephi miraculum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Intret oratio mea in conspectu tuo, bone Joseph, et inclina aurem tuam ad precem meam.* Adiuva nos filios tuos, potentissime Joseph. V Propitius esto, nequando dicant inimici nostri; ubi est Joseph eorum defensor. Adiuva....

—DIA 12 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Sic in decem millibus glorificavit Dominus Josephum, et laudavit eum in benedictionibus Domini in offerendo illi coronam gloriæ, Per Josephum et non per beatam Virginem Mariam, Christus fuit hæres sceptri et solii Davidis, prout Deus Davidi promisserat. Sceptrum ergo Juda, non tantum ex Dei promissione et donatione, sed ex hæreditaria successione iure per Josephum devenit ad Jesum Christum.—*Corn.*

Pfissima

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Maxime his nostris temporibus in quibus credendum est. *Deum immortalem velle Josephum in Ecclesiae militantis imperio. V Peculiaribus honoribus honorari, nostrum Institutum illum revera maxime venerari debet. Deum . . .

LECTIO II.

Quid intelligitur per immaculatam conceptionem

D. Josephi.

Conceptio alicuius personae dupliciter accipi potest, vel enim est activa in qua factum est corpus; vel est passiva, et facta est a Deo, quando infunditur anima et corpus, et homo factus est in illo momento. Conceptio activa est in qua S. Josephi parentes opere maritali invicem convenientes praestiterunt ea, quae maxime spectabant ad ipsius corporis formationem, structuram et dispositionem ad recipiendam animam rationalem a Deo infundendam. Conceptio passiva, quum rationalis anima cum corpore copulatur atque ipsa infusio animae et unio cum corpore debite formato nominatur revera conceptio passiva, quae scilicet, fit eo ipso instanti, quo rationalis anima corpori omnibus membris ac suis organis constanti unitur. Loquendo de conceptione nostri Josephi, non intelligimus illum immaculatum conceptione activa, ut Dominus noster Jesus Christus, qui est conceptus de Spiritu Sancto ex Maria Virgine. Hac de causa dicere possimus; Unde conceptionis sanctitas? An dicitur ante sanctus esse quam esse? an forte inter amplexus maritales sanctitas se ipsi conceptioni immiscuit, ut simul et sanctificatus fuerit et conceptus? Ne hoc quidem admittit ratio. Quomodo enim

sanctitas absque Spiritu sanctificante? Aut Sancto Spiritui societas cum peccato fuit? Ergo loquendo de immaculata conceptione nostri divini Josephi, loquimur tantum de conceptione passiva, per quam homo iam factus est.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ante conceptum sui sanctificari non potuit, quoniam non erat. *Sed nec in ipso quidem conceptu, propter peccatum, quod inerat. V Sed sanctificatus absque originali macula, in illo ipso instanti, quo rationalis anima corpori unitur. V Sed nec. . .

LECTIO III.

*An noster Joseph potuit esse immaculatus
—conceptione activa.—*

Postquam serio cogitaverimus quid aiunt theologi de conceptione activa et passiva, et quod deformis fuisset admodum Joseph si rebelli carne fuisset formatus, et attentis magnis profectis medicinae et chirurgiae in quibus asseritur corpus eo ipso momento animatum esse quo juxta Sacros Libros dici potest, erunt duo in carne una, perspicuum videtur non existere conceptionem passivam, proindeque quaerendum est nobis quomodo Joseph fuerit immaculatus in conceptione activa. Sed quomodo fieri potest? Deus scit. Nobis videtur conceptionem activam D. Josephi esse in qua Sancti Josephi parentes, opere maritali invicem convenientes, ardentissimo Dei amore et singulari impulsu Spiritus Sancti, praestiterunt ea, quae maxime spectabant ad ipsius corporis formationem, structuram et dispositionem ad recipiendam animam rationalem a Deo infundendam; atque haec omnia facta sunt absque concupis-

centia carnis. Ergo hoc modo noster Joseph potest esse immaculatus conceptione activa: ergo revera sanctitas existere potuit in sua conceptione; ergo potuit sanctus esse cum sui esse; ergo absque complexibus libidinis maritalis sanctitas se ipsi conceptioni immiscuit; ergo simul sanctificatus fuerit et conceptus: ergo eius sanctitas fuit per Dei amorem et cum spiritu sanctificante; ergo eius conceptio fuit absque peccato, quia fuit absque libidine.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Totus pulcher est noster immaculatus Joseph,* et macula originalis non fuit in illo, ¶ Quia Spiritus Sanctus ambobus, id est, Mariae ac Josepho dedit Filium Unigenitum Patris Aeterni.—Et macula....

—DIA 13 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Collaudemus toto corde Dei Sapientiam,
Virgini qui junxit sorte Joseph diligentiam;
Qui nascentis sine sorde aleret infantiam,
Quem inviolatae Matris peperit integritas,
Ipsam putativi Patris aluit Virginitas,
Hostibus celatur atris hac arte divinitas.

Joseph portat, Joseph tractat, Joseph mulcet oculis,
Dum Herodes parvos mactat artibus minusculis,
Joseph hunc quem virgo lactat subtrahit periculis
Puer in Aegyptum ductus Joseph ministerio,
Ab eodem post reductus Patris est imperio,
Maturescit, caeli fructus fit crucis mysterio.

—Ord. Carmelit.

R Decet profecto ut nostrum divinum Josephum.
*Quem Christus veluti Patrem veneratus est. ¶
Nostrum Institutum suo sancto nomini consecratum
singulari reverentia omnibus modis prosequatur.—
Quem....

LECTIO II.

*Josephum esse immaculatam forsitan probari
potest.*

Quis umquam inter devotos D. Josephi dubitare poterit quin ei denegatum fuerit maximum privilegium immaculatae conceptionis? An fieri potest quod Deus permisisset originalem maculam residere in illo homine destinato ut esset virginalis Pater pulcherrimi lili convallium, qui et a prophetis praedictus, a gentibus spectatus, a collibus desideratus, qui demum Salvator mundi praedestinatus fuerat? An ei abfuerat potestas ut a communi peccatorum lege omnino averteret illam privilegiatam creaturam adeo illi praedilectam et qui esse debebat maius nostrae redemptionis instrumentum? Si hoc autem facere poterat, eiusque dignitati erat decorum, quod et Virgo Mater instanter postulasset, quae autem est difficultas ut credamus sic esse factum et in antecessum fuisse applicata virginali Patri, sicut et Virgini Matri, merita passionis et mortis Unigeniti Aeterni Patris, illumque omnino abstulisse ab originali macula? Utrum supponi potest quod Josepho non fuisset concessa gratia facta in favorem Jeremiae et Joannis Baptistae, ut ambo, nempe, in utero fuissent sanctificati? Ergo si Joseph est summe superius Jeremiae et Joanni Baptistae, perspicuum videtur ei fuisse datam gratiam multo superiorem, id est, conceptionem ab omni labe

centia carnis. Ergo hoc modo noster Joseph potest esse immaculatus conceptione activa: ergo revera sanctitas existere potuit in sua conceptione; ergo potuit sanctus esse cum sui esse; ergo absque complexibus libidinis maritalis sanctitas se ipsi conceptioni immiscuit; ergo simul sanctificatus fuerit et conceptus: ergo eius sanctitas fuit per Dei amorem et cum spiritu sanctificante; ergo eius conceptio fuit absque peccato, quia fuit absque libidine.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Totus pulcher est noster immaculatus Joseph,* et macula originalis non fuit in illo, ¶ Quia Spiritus Sanctus ambobus, id est, Mariae ac Josepho dedit Filium Unigenitum Patris Aeterni.—Et macula....

—DIA 13 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Collaudemus toto corde Dei Sapientiam,
Virgini qui junxit sorte Joseph diligentiam,
Qui nascentis sine sorde aleret infantiam,
Quem inviolatae Matris peperit integritas,
Ipsam putativi Patris aluit Virginitas,
Hostibus celatur atris hac arte divinitas.

Joseph portat, Joseph tractat, Joseph mulcet oculis,
Dum Herodes parvos mactat artibus minusculis,
Joseph hunc quem virgo lactat subtrahit periculis
Puer in Aegyptum ductus Joseph ministerio,
Ab eodem post reductus Patris est imperio,
Maturescit, caeli fructus fit crucis mysterio.

—Ord. Carmelit.

R Decet profecto ut nostrum divinum Josephum.
*Quem Christus veluti Patrem veneratus est. ¶
Nostrum Institutum suo sancto nomini consecratum
singulari reverentia omnibus modis prosequatur.—
Quem....

LECTIO II.

Josephum esse immaculatam forsitan probari potest.

Quis umquam inter devotos D. Josephi dubitare poterit quin ei denegatum fuerit maximum privilegium immaculae conceptionis? An fieri potest quod Deus permisisset originale maculam reidere in illo homine destinato ut esset virginalis Pater pulcherrimi lili convallium, qui et a prophetis praedictus, a gentibus spectatus, a collibus desideratus, qui demum Salvator mundi praedestinatus fuerat? An ei abfuerat potestas ut a communi peccatorum lege omnino averteret illam privilegiatam creaturam adeo illi praedilectam et qui esse debebat maius nostrae redemptionis instrumentum? Si hoc autem facere poterat, eiusque dignitati erat decorum, quod et Virgo Mater instantar postulasset, quae autem est difficultas ut credamus sic esse factum et in antecessum fuisse applicata virginali Patri, sicut et Virgini Matri, merita passionis et mortis Unigeniti Aeterni Patris, illumque omnino abstulisse ab originali macula? Utrum supponi potest quod Josepho non fuisset concessa gratia facta in favorem Jeremiae et Joannis Baptistae, ut ambo, nempe, in utero fuissent sanctificati? Ergo si Joseph est summe superier Jeremiae et Joanni Baptistae, perspicuum videtur ei fuisse datam gratiam multo superiorem, id est, conceptionem ab omni labe

immunem. Ergo Joseph esse immaculatum forsitan probari potest.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Totus pulcher es Joseph, et macula originalis non est in te. *Tu, potentissime Joseph, honorificentia populi nostri. ¶ Minuisti Josephum in virtutibus paulo minus a Sponsa sua Maria. Tu, potentissime....

LECTIO III.

*Per Geneseos probatur immaculata conceptio
—nostri Josephi.—*

Verum est in Sacra Scriptura nihil esse quod aperte affirmet D. Josepho fuisse concessam gratiam immaculatae conceptionis, sed in aliquibus locis Veteris Testamenti habetur quod ad eam coniciendam sufficit. Et requidem vera quid aliud voluit Deus significari, quum iratus adversus Angelum malum, in serpenti figuratum, quod Adamum et Hevam induxerat ad violandum divinum præceptum, edidit illa terribilia verba, quae in Genesi habentur; Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius; ipsa conteret caput tuum; quid autem, inquam, voluit Deus significare nisi quia, sicut Maria Josephi coniux fuit absque peccato concepta, sic etiam accidit eius divino coniugi? Quia, ipsa conteret caput tuum, est idem ac ipsa per ipsum, id est Josephum. Non enim esse potest mulier desponsata sine eius viro; et Maria non poterat esse Mater Jesu sine consensu Josephi eius virginali Sponso, et in magno Incarnationis mysterio ambobus erat operandum per modum unius; quoniam uterque solus efformabat divinum con-

ingium. Ergo de hoc divino matrimonio dici debet; Penitus contrivit caput et potentiam huius serpentis, qui numquam peccati fomitem vel pravam cogitationem in se habuit, quia nullum nec quidem originale peccatum in se admisit.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Omnes hæreses et tyrannides omnes per virtutem Christi seminis et filii eorum, *tam Virgo Maria, quam Joseph virgo et per eos christiani omnes. ¶ Perfectissime devicerunt et profligaverunt. Tam Virgo....

—DIA 14 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Felix matrimonio, fide, sacramentum,
Neque prole vacuum; sed flore vetento,
Vice Pater, Virgo Parens, hic et illa labe carens,
Cum honore virginali, cura sibi conjugali,
Mutuo subserviunt, et dulcem enutriunt
Pari voto Filium.

Quorum ministerium, latens in mysterio,
Deceptorus inimicum, verus Deus et antiquum
Perficit concilium.

Gloria summo parenti, laus æqualis Genito,
Ab utroque procedenti, par decus Paraclito,
Qui nos salvet præpotenti Sancti Joseph merito.

—Ord. Carm.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ynitio nascentis Ecclesiae ac medio tempore,
*Propter tyrannos et hæreses divinum Josephum

debito honorare prohibebatur. ¶ Consequens est ut hodie culto hyperduliae revera peragatur. Per tyrannos....

LECTIO II.

Per Cantica Canticorum probatur conceptionem S. Josephi potuisse esse immaculatam.

Si nostra Sancta Mater Ecclesia tamquam vera magistra omnium veritatum post illa verba; Tota pulchra es, Maria, etiam dicebat; et macula originalis non est in te; vestimentum tuum candidum quasi nix et facies tua sicut sol; benedicta es tu, Virgo Maria, a Domino Deo excelso prae omnibus mulieribus super terram; trahe nos, Virgo immaculata post te, curremus in odorem unguentorum tuorum; atque, tamquam sine originali labe concepta, tu gloria Jerusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri; sic etiam nobis videtur post illa verba a Spiritu Sancto allata; ecce tu pulcher es, dilecte mi, et decorus, in honorem S. Josephi, etiam de eodem Josepho dicere possumus; Totus pulcher Joseph, et macula originalis non est in te; vestimentum tuum candidum quasi nix et facies tua sicut sol; benedictus es, Virgo Joseph, a Domino Deo excelso prae omnibus hominibus super terram; trahe nos, Virgo immaculate post te, curremus in odorem unguentorum tuorum, atque ut revera sine labe conceptus, tu gloria Jerusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Itaque, illa verba nuper allata; Ecce tu pulcher es, dilecte mi, et decorus, cur non dicemus fuisse dicta a Spiritu Sancto in honorem Josephi, ut inde coniceremus illum, veluti virginalem Dei parentem simili modo fuisse sanctificatum, quo eius Sponsa B. Virgo Ma-

ria? Ideo immaculatus esse debet noster Joseph, quia in nullo corruptum esse conveniebat.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Immaculata conceptio est Sanctae Mariæ Virginis, * Quae serpentis caput virgineo pede contrivit. ¶ Beatum te dicent, S. Joseph, omnes generationes, quia fecit tibi magna, qui potens est.—Quae serpentis....

LECTIO III.

Per privilegium Joseph potuit esse immaculatus.

Adducunt aliqui dictum illud Pauli asserentis omnes in Adamo morte peccati mori; in Adamo omnes moriuntur; ac proinde dicunt S. Josephum ex Adami stirpe, tamquam ceteri mortales in peccato fuisse conceptum. Nullo dubio admittitur lex generalis a Paulo recordata; sed nos dicimus; An Deus ex sua gratissima voluntate non posset virginalem eius Patrem a lege generali eximere, sicut et Virginem Matrem antea exemit? Nonne aliae sunt leges generales, in quibus minime comprehenditur D. Joseph? Lex generalis est ut omnia hominum corpora ad pulverem redigantur, sed S. Joseph ab hac lege fuit exemptus, nam pro certo habemus paulo post eius mortem resurrexisse et gloriosum cum Jesu in caelos ascendisse, quae inde est difficultas ut admittamus illum fuisse a peccato originali vacuum ab ipsa conceptione? Lex generalis est ut omnes homines peccato actuali subiiciantur, sed Joseph in hac regula non invenitur, pie autem creditur illum nullum habuisse peccatum sed e contrario optimum semper fecisse. Lex est generalis ut omnes matres filios in lucem edant dolose, in

dolore paries; sed hoc minime accidit Matri D. Josephi, quæ ex adverso sensit in ipso actu purum et sanctum gaudium. Ideoque difficile non videtur asserere Josephum gratia et privilegio sine labe fuisse conceptum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Admirabile est nomen tuum, Domine in universa terra,*quia in virginali Patre tuo Josepho dignum tibi habitaculum præparasti. ¶ In sole suæ immaculatæ conceptionis posuit Deus tabernaculum suum. Quia in virginali....

—DIA 15 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ex usu Ecclesiæ et auctoritate, nullum potest sumi argumentum, alias concludendum esse Sanctum Josephum esse inferiorem Laurentio, imo et Doctoribus et omnibus Sanctis, quos Ecclesia majore solemnitate colit, quod falsum est, et sine fundamento. Ecclesia ad majorem cultum celebrandum, considerat plures rationes et circumstantias. Adde etiam sanctos præsertim colere, qui ad Novum Testamentum pertinent. Aliunde conjecturæ factæ in favorem Sancti Josephi piæ sunt, et non parum urgentes; quapropter in hac pia existimatione nullum est periculum, nulla temeritas.—*Suar.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Excellentia et sanctitas divini Josephi latuit occulta fidelibus.*Sed dicebatur de illo esse verum Sponsum Mariam et Patrem Jesu. ¶ Et de his mo-

dos abtitudinis et sanctitatis concludere possimus. Sed....

LECTIO II.

Maria et Joseph respicientes Jesum.

Facies et propitiatorium de auro mundissimo, duos quoque Cherubim aureos facies ex utraque parte oculi, respiciantque se mutuo, versis vultibus in propitiatorium. Per propitiatorium Christum Dominum fuisse designatum; per alterum Cherubim, qui effigiem habebat foeminæ B. Virginem figurari negandum non est; per alterum B. Josephum designari similiter certum est, quia Josephi mores angelici dicendi sunt munditiam virginitatis semper spirantes, sapientiam exprimentes divinam, dum prudentissime concilia perficeret angelica ac divina ardens charitate Deum verum manibus pertractaret. Deo semper stat chorus angelorum, quorum nonnulli in ministerium mittuntur, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Putas ne Joseph Christi præsentiam, sive in infantili aetate, sive in adolescentia, sive in iuventute sponte aliquando deseruisse? Eisdem pariter Christo semper et pro semper deserviebat magno cordis iubilo etiam propter nos, qui in suo sancto Instituto hæreditatem accepturi eramus salutis. Propitiatorium ex auro mundissimo, id est, Christus Jesus, impeccabilis est ex natura sua; uterque quoque Cherubim etiam est impeccabilis per gratiam et privilegium; hac de causa tum absque peccato actuali, tum sine labe originali conceptus. Maria ergo et Joseph sunt illi duo Cherubim se mutuo respicientes, sicut Christus Dominus est illud Propitiatorium aureum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quanta dignitate Christus esset, quanta Virgo, quanta Joseph. *Ignorabatur Christi divinitas, Deiparae Virginitas et Josephi castitas. ¶ Scissum est velum et per fidem Christi sacrosancta mysteria orbi universi patuere. Ignorabatur....

LECTIO III

Joseph fuit velum pretiosum ante Mariam et Jesum.

Quum intulissent arcam in tabernaculum testimonii, appenderunt ante eam velum. Arca autem quid nisi S. Maria? Siquidem arca intrinsecus portabat testamenti tabulas; Maria autem ipsius testamenti gestabat haeredem, id est, Christum Jesum; et tum Mariae, tum Jesu pulcherrimum aliud velum admirabiliori varietate contextum appenditur. Velum autem quid nisi S. Joseph? Certissime, quia ille fuit revera velum mira varietate omnium virtutum contextum; fuit aptissimum velum ex coelesti hyacintho, regia purpura, candidaque bysso fabricatum; scilicet, absque peccato tum actuali, tum originali. Hac de causa nostra regina sanctorum omnium sic aiebat; Nigra sum, sed formosa, filiae Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nigra sum, id est, grayida inventa sum, sed formosa, id est, salva mea virginitate, quoniam per consensum Josephi ex Spiritu Sancto concepi; Nigra sum secundum opinionem male videntium; sed formosa secundum fidem bene credentium; Nigra sum, quia virginitatem amississe ignorantibus videor; sed formosa sum, quia magno cum virginitatis splendore conceptum Dei Filium gero, quia sum vera virginalis Mater, quia meus Sponsus

Joseph est verus virginalis Pater. Ergo fuit Joseph velum praetiosum ante Arcam et Propitiatorium, ante Mariam et Jesum.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit in quo omnes peccaverunt. *Ne timeas, Maria, invenisti gratiam apud Deum. ¶ Ne timeas, Joseph, quia Spiritus Sanctus proclamavit tuam innocentiam, dicens, Quum esset iustus. Ne timeas, Maria....

—DIA 16 DE ABRIL—

LECTIO I

—EX DOCTORIBUS.—

Domine Sancte Joseph ineffabilibus benedictionibus dotate, Patriarcharum culmen, adjutorium Mariae simillimum; Vir virgo virginis Matris, ante signatae Virginei conjugii, solatium Dei genitricis atque filii David. Domine Sancte Joseph, cujus Filius dici et putari dignatus est Filius Dei; cui Dominus universorum se subjecit; quem tanquam alterum David, Deus invenit secundum cor suum; qui dignus habitus est, cui tuto committeret Deus secretissimum atque sacratissimum cordis sui arcana. Domine Sancte Joseph, cui datum est non ignarum esse mysterii quod nemo Principum hujus saeculi agnovit; qui quem multi reges et prophetae, voluerunt videre ac audire, et non viderunt, neque audierunt; meruisti non solum videre et audire, sed etiam portare et deducere, amplecti et deosculari, nutrire et custodire.—*Litan.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Fiet ergo de nostro divino Josepho festum præcipuum et magis venerabile. *Mandet Christi Vicarius in terris, sancto suadente spiritu. ¶ Ut festum illius cum honore summae dulciae revera ab omnibus celebretur. Mandet. . . .

LECTIO II.

Noster Joseph est tabernaculum Mariae et Jesu.

Tamquam revera immaculatus fuit noster Joseph Christo Domino et Deiparae præstantius tabernaculum Cedar tabernaculis, quod exterius paupertate, laboribus, peregrinationibus et persecutionibus denigratum est, pulchrum tamen et decorum interiorius. Et, tamquam coeleste velum miravarietate contextum donis admirabilibus virtutum in eo cognitarum et eius conversatione circumstantium, semper fuit utilissimum Mariae et Jesu. Noster Sanctissimus Joseph, ut tabernaculum Dei et Mariae, semper cum hominibus habuit pias ac religiosas conversationes, utpote Christo Domino Deo vero dies ac noctes serviebat; fuit eius conversatio magis in Deo et Maria quam inter homines; fuit denique eius conversatio divina officio, habitatione ac coniugio; gessit enim personam Dei Patris omnium conditoris, dum Verbi Incarnati erat revera virginalis Pater; cum Christo itidem conversatus, ut Pater cum Filio suo, et cum quo multos per annos comedit, vivit et sub eodem tecto habitavit. Fuit quoque Sponsus Virginis, in qua habitavit Spiritus Sanctus, Deus verus plenissime. Ac fuit tandem Christi Pueri ac Matris eius Mariae contra insidias diaboli defensor, cui Deus Omnipotens incognitas Josephi virtutes opposuit. Altior coelis est Joseph et abyso profundior, cui

laudes dicere conamur, tamquam sine labe concepto. Si coelo te vocem, altior tu es; si Patrem gentium, præcedis; si virginalem Dei Patrem te appellem, dignus existis, si Dominum omnium sanctorum, primus esse probaris.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Eripuit Dominus animam meam de morte et contra inimicum peccati factus est protector meus. * Transite ad me, omnes qui concupiscitis me. ¶ Et narrabo vobis filiis meis quanta fecit Deus animam meam. Transite. . . .

LECTIO III.

Christus urbs, Virgo murus et Joseph antemurale.

Juxta Isaiam; Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvator, ponetur in ea murus et antemurale; Dominus Jesus est urbs fortitudinis; murus autem civitatem cingens est B. Virgo, antemurale autem civitatis huius fuisse B. Josephum non est dubitandum; quia quemadmodum tormenta bellica et bellatores prius et efficacius irruunt in antemurale, et postea in interiorem murum, ut secure ingrediantur, spolient et possideant civitatem; sic etiam persecutiones, tribulationes et difficultates prius irruerant in Josephum, ut patet in fuga Ægypti; Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph dicens, Surge et accipe Puerum et Matrem eius et fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi; futurum est enim ut Herodes quærat Puerum ad perdendum eum. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Josephi dicens; Surge et accipe Puerum et Matrem eius et vade in terram Israel; defuncti sunt enim, qui quærebant animam Pueri. Ergo si

Christus urbs fortitudinis est impeccabilis essentialiter, et per se; murus et antemurale huius urbis fortitudinis, id est, Joseph et Maria, sunt etiam impeccabiles per gratiam et privilegium; et ambo esse debent absque macula originali concepti. Hac de causa dixit B. Virgo Domino Jesu; Ecce Pater tuus et ego quærebamus te.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Dilectus meus candidus sicut nix in Libano,* sicut favus distillans labia eius; mel et lac sub lingua illius. ¶ Vivit Dominus, quoniam adimplevit in me misericordiam suam. Sicut favus....

—DIA 17 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Domine Sancte Joseph Christi Pueri per Virginem adorator prime; moderator incarnatæ Sapientiæ, nutritie Pastoris universi, organum verbi silentis, custos thesauri cælorum, et redemptor redemptoris oblatis. Domine Sancte Joseph servator Salvatoris mundi, dux rectoris omnium, hospes Dei peregrinantis, coadjutor magni concilii, caput nobilissimæ et sanctissimæ familiæ, et cui rex et regina cælorum servierunt. Domine Sancte Joseph Jesu et Mariæ singulariter dilecte, cui par in terra non est natus, tanto melior angelis effecte, quanto differentius præ illis nomen hæreditasti, cui gratiam Jesus et Maria vultu, voce, vita et continua conversatione per tot annos afflarunt.—*Litan.*

Noë hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Velo voluntatis Dei tegebatur quantum dignitatis et sanctitatis erat in divino Josepho.* Sed velum scissum est. ¶ Et secutæ sunt voces concionatorum et doctorum quæ de illo perfectissime scripserunt. Sed velum....

LECTIO II.

Deipara pendebat a suo marito Josepho.

Nostra immaculata et divina Maria non solum potuit, sed etiam debuit pendere a viro suo Josepho, atque sub eius esse potestate. In primis, in externis et domesticis rebus, debuit suo modo esse subdita viro suo Josepho, tum quia caput mulieris est vir; tum quia ad illum familiæ gubernatio pertinebat. Unde, quando aliquid huiusmodi agendum erat, ex divino instinctu illi fiebat revelatio, ut patet de fuga in Ægyptum et de reditu ex Ægypto. Unde etiam impositio nominis Jesu illi iniuncta est; Vocabis nomen eius Jesum. In his quæ pertinet ad mysteria Incarnationis Fili Dei et ad privilegia huius gratiæ suscipienda, pendebat etiam a nostro immaculato Josepho; et videtur mihi verbum factum esse carnem in Virgine Maria post suum consensum, quia caput mulieris desponsatæ est vir cum illa desponsatus; ergo Deipara etiam in hoc mysterio pendebat a suo marito Josepho. Licet enim B. Virgo respectu sui et nostræ terribilis, ut castrorum aciei ordinatæ caput serpentis facillime contriverit; tamen respectu boni nominis, honoris et famæ propriæ et Christi Filii sui eguit Josepho, pendebat de Josepho tamquam divino antemurali quo deficiente, corrueret virginalis muri existimatio et Christi civitas pateret; ergo Deipara pendebat a suo marito Josepho; ergo

subdita fuit Josepho, sicut Jesus voluit esse subditus Mariae et Josepho.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tamquam iustus diffusa est gratia in conceptione eius et speciosus apparuit inter homines.*Adiuvit eum Deus mane diluculo. ¶ Sanctificavit in suo Patre virginali Josepho tabernaculum suum.—Adiuvit....

LECTIO III.

Mariam desponsari Josepho conveniens fuit propter nos.

Conveniens fuit propter nos Virginem Mariam desponsari virgini Josepho; quia testimonio Josephi comprobatum est Christum ex Virgine natum; quia ipsa verba Virginis Matris magis credibilia redduntur suam virginitatem asserentis; ut tolleretur excusatio Virginitatis quae propter suam cautelam non vetant infamiam; quia per hoc significatur universa Ecclesia, quae cum Virgo sit, desponsata tamen est uni Viro Christo, ut in persona Deiparae Virginitas et matrimonium honorarentur; ut S. Joseph tantae fungeretur Virgini, ne homines paupertate spernamus, quia saepenumero Deo chariores existunt; ut placere studentes moribus praecipue coram Deo et angelis clarescere satagamus, opinione hominum relicta, et tamquam Dominus Joseph sanctis erudiamur exemplis; ut virginitatis lilium in virili sexu a Deo consecratum et ab angelis intelligamus; ut ex modo vivendi Domini Josephi ad angelicam familiaritatem ascendere discamus; ut secreta Dei nobis mortalibus inscrutabilia missa faciamus; distant enim cogitationes Dei atque eius consilia a cogitationibus

hominum, amplius quam distet coelum a terra; ut B. Virgo, et Sanctissimus Joseph simul desponsati et matrimonio copulati et in virginitate perseverantes dedissent exemplum aliis coniugatis similiter faciendi et caste in omnibus vivendi.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ut noster immaculatus Joseph et sua Sponsa Maria omnem subeuntes statum.*Per omnia in omnibus tentati. ¶ Discerent omnibus misereri et subvenire. Per omnia....

—DIA 18 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Domine Sancte Joseph, in castitate mundissime, in humilitate profundissime, in charitate ardentissime, in contemplatione altissime, vir juste atque perfecte pretiosissima inter brachia Christi et Mariae morte functe Domine Sancte Joseph qui cum Christo inter alios resurrexisti, qui corpore et animo peculiaribus gloriae donis frueris, qui solio Matris et Filii tam proxime assides, in salutem electorum Dei maxime. Domine Sancte Joseph princeps fratrum, firmamentum gentis, stabilimentum populi, protector morientium atque praesidium nostrum.—*Litan.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ego benedicam, ait Jesus, et ero auxiliator omni homini.*Qui ad honorem Patris mei Josephi sacrificium obtulerit, et meditabitur in vita sua et in laboribus suis. Qui....

LECTIO II.

Aliquæ proportiones inter Deiparam et Josephum.

Sicut decuit ut Maria summa puritate niteret, sic decuit ut haberet suo modo parem Sponsum purissimum; Joseph et Maria regali ex progenie renitenti et illustri; Joseph et Maria sanctificati in sua conceptione immaculata diversimode tamen recipientes gratiæ mensuram; vovit Maria virginitatem, vovit etiam illam et ipse Joseph; novit Maria mysterium Incarnationis a sæculis absconditum, angelo nuntiante; novit et Joseph admonitus super hæc ab angelo; turbata est Maria in angelica salutatione, turbatus est et ipse Joseph ad stupendum tantæ novitatis miraculum; quemadmodum enim Virgo Maria ex profundissima humilitate propter incogitatum et incomprehensibilem honorem turbata fuit turbata est, inquit Evangelista in sermone eius, sic etiam turbatus est S. Joseph ex gravissima sua humilitate, indignum quippe sese iudicabat. Angelus timorem a Maria amovens, dicebat; Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum; idem Angelus eisdem fere verbis utens dixit ei; Joseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: Visitavit Maria Elisabeth, et cum illa Joseph, decantavit canticum Maria cecinit et ipse cum Zacharia; Congratulata est Maria cum ceteris, et congratulatus est Joseph cum propinquis; obedivit Joseph edicto Cæsaris, obedivit pariter et Maria; Maria cum summo gaudio adoravit Filium suum, et Filium suum adoravit Joseph.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Maria conservabat in corde suo, quæ diceban-

tur a Puero Jesu.* Joseph conservabat in corde suo, quæ dicebantur a Puero Jesu. † Pater Jesu et Mater mirantes erunt super his, quæ dicebantur de Puero. Joseph....

LECTIO III.

*Maria et Joseph fuerunt a Deo electi per
—modum omnium—*

Beatissimam Virginem Mariam fuisse ab aeterno praevisam et electam in Dei Matrem certissimum est. Beatissimum quoque Josephum electum fuisse ab aeterno in Sponsum dulcissimum eiusdem Virginis verumque Christi virginalem Patrem, certissimum est. Maioris tamen claritatis gratia debet dici, quod quaecumque fiunt sub sole ab aeterno praevisa sunt a Deo, quia non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius, omnia autem aperta sunt et nuda oculis eius, et quia Dei cognitio mensuratur aeternitate, sicut suum esse, aeternitas tota simul existens ambit totum tempus. Ergo omnia, quæ contingunt, facta sunt, ut dispositio Dei et consilium suum sortiret effectum, nullam tamen impo-
nendo necessitatem rebus volitis a libero arbitrio; ergo ambo vocati sunt ut essent non solum absque peccato originali, sed etiam absque ullo peccato actuali, etiam levissimo; ergo ambo vocati sunt ut essent, sancti sed maxima sanctitate, maxima puritate, ita ut nostra immaculata et divina Maria haberet infinitam puritatem, infinitam sanctitatem, ut esset revera idonea ad Dei maternitatem; et noster immaculatus Joseph haberet etiam quasi infinitam sanctitatem ut esset revera idoneus ad Dei virginalem paternitatem.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Totum factum est ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam. *Ecce in utero Virgo habebit et pariet Filium. † Et Joseph vocabit nomen eius Jesum. Ecce in utero....

—DIA 19 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Beatus ille servus, quem constituit Dominus suae Matris solatium, suae carnis nutritium, solum denique in terris magni consilii coadjutorem fidelissimum.— Ora pro nobis, Sancte Joseph.— Ut digni efficiamur promissionibus Christi.— Oremus.— Sanctissimae Genitricis tuae Sponsi quaesumus, Domine, meritis adjuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Fecit me Dominus quasi Patrem Regis et Dominum universae terrae; venite ad me, et ego dabo vobis omnia bona. Sancte Joseph, noli despiciere animam meam; et animas servorum tuorum.— Oremus.— Custodi nos Domine, protectione perpetua, qui beatum Joseph Unigenito tuo nutritium et Virgini Matri custodem providisti. Per eundem Christum Dominum nostrum.— Amen.

—Eccl.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Exaltet nostrum sanctum Institutum, divinum Josephum. *Quia Jesus et Maria plenissime gaudent. † De cultu Sanctissimo Joseph devote exhibete.— Quia Jesus....

LECTIO II.

Præcipue circumstantiæ matrimonii Mariae et Josephi.

Quum Virgines in templo Hierosolymitano usque ad nubilem aetatem pervenissent, tunc Pontifex publice denuntiabat ut Virgines in templo constitutae et quae pubertatem implessent, domum reverterentur propriam ut nuptiis operam darent. Sola Virgo Maria hoc se facere non posse respondit, quia Domino Virginitatem voverat. Pontifex in angustia constitutus ad consulendum Deum de more accedit, et vox de propitiatorio facta est requirendum esse cui Virgo illa desponsari et commendari deberet, cunctosque de domo David nuptui habiles non coniugatos Virgas suas allaturos ad altare perducere et cuiuscumque virga flores germinasset, et in eius cacumine Spiritus Domini in specie columbae consedisset, ipsum esse cui Virgo commendari et desponsari deberet. Quod quum in Josepho feliciter contigisset statim omnibus apparuit hominibus Virginem ei desponsandum fore, et tamquam magis idoneus divino miraculo iustus Joseph fuit electus ut benedictus inter viros, fidelis moribus ipsaque specie maior. Quid enim præstantius toto terrarum orbe reperiri potest quam coniugem esse Deiparae? Si laudatur maxime Joannes quod Virginem a Christo commendatam in suam acceperit, quibus laudibus afficiendus erit Joseph qui Virginem non in suam solum, verum in suam etiam coniugem accepit? Fuit revera noster Joseph simillimus suae Sponsae Mariae, et cum Maria sine peccato actuali, et cum Maria sine labe conceptus.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Totum factum est ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam. *Ecce in utero Virgo habebit et pariet Filium. † Et Joseph vocabit nomen eius Jesum. Ecce in utero....

—DIA 19 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Beatus ille servus, quem constituit Dominus suae Matris solatium, suae carnis nutritium, solum denique in terris magni consilii coadjutorem fidelissimum.— Ora pro nobis, Sancte Joseph.— Ut digni efficiamur promissionibus Christi.— Oremus.— Sanctissimae Genitricis tuae Sponsi quaesumus, Domine, meritis adjuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Fecit me Dominus quasi Patrem Regis et Dominum universae terrae; venite ad me, et ego dabo vobis omnia bona. Sancte Joseph, noli despiciere animam meam; et animas servorum tuorum.— Oremus.— Custodi nos Domine, protectione perpetua, qui beatum Joseph Unigenito tuo nutritium et Virgini Matri custodem providisti. Per eundem Christum Dominum nostrum.— Amen.

—Eccl.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Exaltet nostrum sanctum Institutum, divinum Josephum. *Quia Jesus et Maria plenissime gaudent. † De cultu Sanctissimo Joseph devote exhibete.— Quia Jesus....

LECTIO II.

Præcipue circumstantiæ matrimonii Mariae et Josephi.

Quum Virgines in templo Hierosolymitano usque ad nubilem aetatem pervenissent, tunc Pontifex publice denuntiabat ut Virgines in templo constitutae et quae pubertatem implessent, domum reverterentur propriam ut nuptiis operam darent. Sola Virgo Maria hoc se facere non posse respondit, quia Domino Virginitatem voverat. Pontifex in angustia constitutus ad consulendum Deum de more accedit, et vox de propitiatorio facta est requirendum esse cui Virgo illa desponsari et commendari deberet, cunctosque de domo David nuptui habiles non coniugatos Virgas suas allaturos ad altare perducere et cuiuscumque virga flores germinasset, et in eius cacumine Spiritus Domini in specie columbae consedisset, ipsum esse cui Virgo commendari et desponsari deberet. Quod quum in Josepho feliciter contigisset statim omnibus apparuit hominibus Virginem ei desponsandum fore, et tamquam magis idoneus divino miraculo iustus Joseph fuit electus ut benedictus inter viros, fidelis moribus ipsaque specie maior. Quid enim præstantius toto terrarum orbe reperiri potest quam coniugem esse Deiparae? Si laudatur maxime Joannes quod Virginem a Christo commendatam in suam acceperit, quibus laudibus afficiendus erit Joseph qui Virginem non in suam solum, verum in suam etiam coniugem accepit? Fuit revera noster Joseph simillimus suae Sponsae Mariae, et cum Maria sine peccato actuali, et cum Maria sine labe conceptus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph cum Maria multos annos vixit.*Cum ea habitavit, cum ea familiarissimae, ut cum Sponsa, conversatus est. ⁊ Catena aurea pretiosissimis gemmis ornata divini matrimonii vinculo circumdatus est. Cum ea habitavit. . . .

LECTIO III.

*Hominum ruinam per Hevam et Adamum
—reparatio autem per Mariam et Josephum—*

Quum Deus Omnipotens de reparanda primorum parentum ruinam curam gereret, summa sua sapientia ordinavit et decrevit quod sicut illi matrimonio coniuncti proditionis causa extitere, reparatio nostra a Maria et Josepho matrimonio copulatis initium sumeret, et sicut mali origo ab Heva processit serpenti praebente assensum; eodem modo a Virgine angelo consentienti fieret nostrae salutis initium. Per foeminam et hominem mors, per foeminam et hominem vita; per Hevam et Adam interitus, per Mariam et Josephum salus; et sicut serpens prius mulierum seduxit et postea virum, sic etiam angelus prius Virgini Incarnationis mysterium declaravit, ingressus Angelus ad eam dixit; Ave, gratia plena, ecce concipies in utero et paries Filium et vocabis nomen eius Jesum; et postmodum Josepho, ingressus Angelus ad illum dixit; Ave, juste, id est, gratia plenus, ecce Virgo tua concipiet in utero habens de Spiritu Sancto, pariet Filium tuum, et ut revera virginalis Pater vocabis nomen eius Jesum. Quomodo cogitare potest meus discreta quod Spiritus Sanctus tanta unione coniugii, scilicet, uniret menti tantae Virginis aliquam animam nisi ei virtutum operatione simillimam? Credo Joseph fuisse mun-

dissimum in virginitate, profundissimum in humilitate, ardentissimum in charitate, altissimum in contemplatione.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ergo fuit absque peccato actuali.*Etiam levisimo. ⁊ Ergo fuit etiam sine labe originali conceptus, tamquam vir simillimus suae Sponsae Mariae. Etiam levissime. . . .

—DIA 20 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ave, Joseph, gratia plene, Jesus et Maria tecum benedictus tui in hominibus, et benedictus fructus Sponsae tuae Jesus. Sancte Joseph, Pater nutricio Jesu et beatæ Virginis Mariae Sponse, ora pro nobis clientibus tuis, nunc et in hora mortis nostrae. —Amen.—Magna est gloria ejus in salutari tuo Domine Joseph; gloriam et magnum decorem imposuisti super eum.—Oremus.—Fac nos Domine genitricis tuae Sponsi merita digne recolere; virtutes ejus puritatis, charitatis et vitæ absconditæ perpetuo imitari; ut ejus apud te intercessione, omnia nobis adversantia, in hora mortis superare valeamus, et ad te feliciter pervenire. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.—Amen.—*Eccl.*—Cum omnia quae sunt uxoris sunt viri, credo quod beata Virgo totum thesaurum cordis sui, quem Joseph recipere poterat ei liberalissime exhibebat.—*S. Bern.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Si ergo Virgini Matri tota Ecclesia Sancta de-

bitrix est.*Quæ Christum suscipere digna facta est.
 ¶ Sic profecto post eam divino Josepho debet gratiam et reverentiam singularem. Quæ. . .

LECTIO II.

Joseph fuit coadiutor Jesu et Maria in omnibus.

Fuit ergo divina sorte Sanctissimus Joseph electus, non solum in adiutorium Mariæ, sed etiam in adiutorium Christi. Non est bonum Virginem Matrem Filii mei esse solam, faciemus ei adiutorium Josephum simile sibi, ut esset carnis Jesu virginalis Pater, suæ carnis nutritius, et magni consilii adiutor fidelissimus; et ut in omnibus Christo Domino et Virgini Deiparæ adiuveret, et sit perfecte et integre de hominum ruina per Mariam et Josephum humani generis copiosa resurgeret redemptio, et nostræ damnationis instrumentum in cruce rumperetur, quia scriptum est; Affigens cruci chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, spolians principatus et potestates; et Christus condonabit omnia et hoc deleus chirographum adversum nos. Ad cuius tantæ rei adiutorium tum Maria, tum noster Joseph electi sunt ut ambo essent revera almi parentes Christi. Ad hoc autem munus aptissimus inventus est Joseph in virili ætate, ad perferendos labores aptus, ex eadem tribu et patria virginis; erat ergo Joseph iuvenis, splendidus, staus præcinctus et quasi paratus ad omnia sicut Maria. Licet utriusque sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis recte honestate nuptiarum excipitur, et quod sanis esset officium sit ægrotis remedium; tamen cum neque infirmitas Virginem Mariam et Virginem Josephum impelleret; matrimonii vinculo stent ut almi parentes Jesu sint.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Coniugium inter Mariam et Josephum fuit coniugium cœleste, totum divinus.*Unus spiritus, una fides et una virginalis caro fuit in eis. ¶ Sola illic carnis corruptio omnino et semper et in omnibus plenissime defuit. Unus spiritus. . .

LECTIO III.

Coniugium inter Mariam et Josephum fuit divinum.

Omnem nuptiarum bonum impletum est in parentibus Christi, solus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccatum fieri non poterat sine illa carnis pudenda concupiscentia quæ accidit ex peccato, sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato. Erga almi parentes Christi sunt revera sine peccato concepti. Magnum profecto fuit coniugium, quia non humanum, sed cœleste et magis magisque divinum, quia inter maguos coniuges, et quo maiores sunt coniuges eo maius est coniugium; ergo inter nobiles fuit magnum, inter comites et marchiones majus, inter duces maximum, inter reges et reginas excellentius; ergo coniugium inter Virginem Deiparam, quæ seraphinis ipsis nobilior erat et Josephum virum præstantissimum contractum, magnum, maius, maximum, excellentius et excellentissimum fuit; tum quia Maria Virgo et Mater concepta est sine macula originale; tum quia Joseph, virgo et Pater etiam sine macula originali conceptus est. Huius coniugii dos maxima fuit, quia non terrenas opes, non aurum, gemmas, pecuniæ ve magnam vim, sed sanctitatis ingentes divitias ambo attulerunt; magnum fuit, quia virginitate floruit, maximum, quia ab omni mundi sollicitudine alienum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Habitabit iuvenis cum Maria et gaudebit sponsus super sponsam.*Magna enim et inenarrabilis fuit Josephi consolatio. ¶ Quando sibi divino nutu et voluntate tam præstantissima atque dignissima Virgo fuit copulata.

—DIA 21 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Magne Joseph, fili David,
Custos date Virgini,
Quem et Virgo nuncupavit
Patrem Christi Domini.

Qui fidelis servus Dei
Datus est familiæ
Precor velis curam mei
Tanquam Pater gerere.

Invenit Joseph gratiam coram Domino suo, et ministrabat ei.—Oremus.—Præsta quæsumus Omnipotens Deus, ut sicut beatus Joseph Unigenito tuo, nato de Maria Virgine, suis manibus reverenter ministrare meruit: ita nos facias cum cordis munditia, tuis altaribus deservire. Per eundem Christum Dominum nostrum.—Amen.—Non irrationabiliter apparet, quod post anuntiationem, beata Virgo cum conjugè iverit in Nazareth Galileæ civitatem Judæ.

—Bonav.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinum Josephum a nostro Instituto debite honore veneretur.*Quem Deus Pater honorificat in

cœlis. ¶ Et in terris Deus Filius honorat ut Patrem et Deipara ut maritum. Quem....

LECTIO II.

*D. S. Josepho nostris temporibus multas
questiones evolvere convenit.*

Sicut enim de Deo uno ac trino, de immaculata Virgine Maria, de gratia angelorum ac illorum mente, de statu animarum ac de earum gloria de cœterisque scientiæ et gratia donis et ministeriis accurate plures theologi disputavere de angelorum vero rege, nostro Josepho, eiusque dignitate gratia scientia, meritis ac singulari felicitate longe maiori diligentia nostris miserrimis temporibus videtur a nobis tamquam dilectis filiis suis disserendum esse. Id revera facere convenit, tum, quia est per se dignius, iucundiusque atque ad pietatem accomodatius de SS. Patriarcha prolixas contexere disputationes, tum, quia cum sit ille revera Pater noster, qui in Sancta Ecclesia prodigiosam ambabus familiis Iosephinis vitam donavit, et certissime regulis gratitudinis maxime proprium est de Patre nostro S. Josephi dicere ad eius laudem omnia, quæ possimus. Quum alioquin dignitas S. Josephi supra omnem angelicam dignitatem et officia altus assurgat; cur de collatis illi a Deo præclarissimis donis, non modo quæ ex fidei principiis, verum probabiles etiam coniecturas non proferamus? Quod si pro nostra tenuitate aliquid ad id proferamus, fiet ut immaculatus noster Joseph et rostris honorabitur et cathedris, quia melius est de illo vel panca ad hunc finem coniectare, quam inferiores creaturas certitudine etiam mathematica cognoscere.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Gloriosa dicta sunt de te, o bone Joseph, tamquam de Patre Dei, fundavit te Dominus in montibus.*In hoc cognovi, quoniam Deus voluit me munificare. ¶ Quoniam ut immaculatus non gaudebit inimicus meus super me. In hoc....

LECTIO III.

*Permulta de immaculato Josepho loqui debent
Sancti Dei homines.*

Quamvis Sancti aliqui Patris alique auctores gravissimi, aut sacras consulendo scripturas, aut pro S. Josepho e suggestibus declamando, laudes eximias, encomiaque illustra sæpe congesserint; quamvis ardentissimo capti amore erga S. Josephum precibus et hortamentis nostrorum filiorum et filiarum ut calamum arriperemus, tamen incerti animi multo hæsimus tempore, et tenuitatem ingenii nostri et eruditionis inopiam iure timentes; verum, tum amor nostri Josephi, tum debita filiis nostris suspiria timorem excusere, et gratum deinde nobis fuit et elaborasse opus et absolvisse, quoniam illud non theologiæ studiosis tantum et Verbi divini Prædicatoribus, verum etiam nostris duabus familiis, quia hoc officium persolvere debent, maximam allaturum erit utilitatem. Quid enim ad seriam concionem efforandam utilius, quam eam non quasi reiturum ædificium super arenam, sed solidis fundamentis posse firmare? Quid enim sinceræ menti et linguæ gratius, quam, inventa veritate, secure eloqui verisque et non fictis præconiis orationem illustrare? Quid obsequio nostri S. Josephi dignius, quam legitimam scripturarum interpretatione, sanctorum Patrum

eloquiis, theologorum firmis ratiociniis ad solum famæ et immortalitatis illum evehere? Hoc quidem nostro opere ambæ familiæ Iosephinæ assequuntur, tot enim ad quotidianas orationes ex eo haurire poterunt, quot quæstiones unius diei seria meditatione ponderarint.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Deus enim creavit me in iustitia.*Deus per suam misericordiam apprehendit manum meam. ¶ Et servavit me ab omni peccato actuali. Deus per suam....

—DIA 22 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

O felicissimum virum beatissimum Joseph cui datum est Deum, quem multi reges voluerunt videre et non viderunt, audire et non audierunt; non solum videre et audire, sed portare, complecti, nutrire et custodire. Tu, Joseph, es refugium meum, a tribulatione quæ circumdedit me.—Oremus.—Deus qui dedisti nobis regale sacerdotium, præsta quæsumus; ut sicut beatissimus Joseph, Unigenitum tuum natum de Virgine Maria, suis manibus in hoc mundo reverenter tractare meruit, et portare, ita nos facias cum carnis nuditia, et operis innocentia tuis sacris altaribus deservire, et sacrosanctum corpus ejusdem Filii tui, hic digne sumere, ut in futuro præmium habere mereamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Congruit nostro Instituto laudis aliquid vel honoris.* Pro Patre nostro divino Josepho instituere. ⁊ Cujus honor in Jesum et Mariam mirabiliter redundat. Pro....

LECTIO II.

Quia multum diligimus S. Josephum, multum de illo loquimur.

Multa de S. Josepho Scripturæ divinæ Patresque nos edocent, plurimaque pro iusta materia coacti sumus sola, sed certa probabilitate nixi, in parvulo hoc breviario adducere. Quod si eorum aliqua, quantumvis verisimilia, vera non exstiterint, (ut in mere probabilibus persæpe evenire necesse est) gloriabimur tamen, quod pro honore et laudatione tua, S. Joseph, in lucem ea publicam produxerimus. Cogitare siquidem de te magna, etiam quæ non possedisti, est tibi quodammodo dare et hæc nobis est permagna gloriatio. Quotus enim quisque amantium est, qui in persona cuius flagrat affectu non miram pulchritudinem, non egregias dotes, non omnes charitates, ab amore ipso pro pennicillo arrepta penna non in mente depingat. Quoniam in delecti laudatione non tam intellectus loquitur quam voluntas, ut loco desertæ linguæ eloquens orator est amor. Sed loquendo de te, quid dicere possimus, quod minus non aestimetur tuis donis? Te, in Patrem virginalem; te, in Patrem putativum Deus assumpsit; et te in Dei genitricis elegit Sponsum. Igitur, quidquid de tua gloria, aut conceperimus, aut fuerimus elocuti, infra tuum iacebit meritum, et altissima tua dignitas a longe venerabitur.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ergo pie credimus vera, quæ de te loquimur,* Atque enixa tua benignitate contendimus. ⁊ Ut ea protegas umbra, patrocinio defendas, serenoque vultu aspicere digneris. Atque....

LECTIO III.

De prædestinatione Trinitatis terræ.

Prædestinatio est specialis Dei erga salvandos Providentia, quæ, nimirum, eos in vitam æternam per certa media infallibiliter et cum effectu perducit; aut præscientia et præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. Et quis inter plures actus Dei, tum voluntatis, tum intellectus, datur ordo intrinsecus et objectivus et virtualis prioritat'is, nos affirmare debemus prædestinationem terrenæ Trinitatis, scilicet, Jesu, Mariæ et Josephi, primum locum occupare in ordine ad omnes alios prædestinatos. Hac de causa videtur nos dicere posse; ex meritis Sanctissimæ et Augustissimæ Trinitatis terræ datur pro signo libertatis ad prædestinationem omnium hominum. Nempe, ex meritis Christi movetur Deus ad illos prædestinandos. Atque idem dicendum est suo modo de meritis Beatissimæ Virginis Mariæ ac de meritis Sanctissimi Josephi, quia ambo sunt revera almi parentes Christi.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Etiam ante peccatum primum obtinet locum signum prædestinationis Christi *Secundum autem prædestinationis est Mariæ. R Post Mariam immediate sequitur signum prædestinationis S. Josephi. Secundum....

Piissima

28

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph dux est omnibus sacramentum eucharistiae frequentantibus.—*Pet. M.*—Quamvis Sanctissimus Joseph, post beatam Virginem Sponsam suam omnibus hominum statibus sit in exemplum imitationis propositus; in particulari tamen dux et magister eorum est ut qui eucharistiae mirabile frequentant sacramentum.—*Canis.*—Suo exemplo nos admonet Sanctissimus Joseph, ubique Christus in oculis iure, circa illum praesertim in sacra eucharistia praesentem, tum reverenter, tum accurate versari, et sacras functiones officiosa sedulitate coonestare.—*Canis.*—Christus Dominus per Virginem Matrem Mariam, et per Josephum Patrem ad nos venit, et in sanctissimo eucharistiae sacramento voluit pasci et nutriri.—*Pet. M.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Joseph post Mariam in omnibus locis primus nominandus est. *Non enim ejus esse videtur ut in feriorem obtineat locum. ¶ Cui Salvator supra se locum concessit. Non....

LECTIO II.

Prædestinatio almorum parentum Christi facta est per modum unius.

Prædestinatio B. Mariae Virginis et S. Josephi eius Sponsi est in signo ita immediate coniuncto, ut dicere possimus ambas prædestinationes factas

esse per modum unius. Hac de causa bene aiebat Isaias de parentibus Christi loquendo; Habitabit iuvenis cum Virgine et gaudebit Sponsus super Sponsam. Atque hæc coniunctio supponit eandem divinam prædestinationem, ita ut utraque prædestinatio fuerit in eodem signo, seu prædestinatio almorum parentum Christo facta est per modum unius. Ex Jesu Maria Joseph resultat in divina Familia Sacra per unionem moralem, cum debita tamen subordinatione, ideoque ita decretum est per divinam prædestinationem ut, post Jesum, prædestinatorum primum, sequatur immediate signum prædestinationis almorum parentum Christi, qui revera obtulerunt Deo omnia sua merita et etiam Filium suum in cruce pro salute et prædestinatione omnium hominum. Dum D. Mathæus aiebat; cum esset dispensata Mater Jesu Maria Joseph, nulum inter ea nomina punctum apponit, quod significare potest summam coniunctionem harum personarum, quae summa quidem est; quia ambo sunt prædestinati per modum unius. In eodem sensu Illustris Doctor ait: Mira cathena colligati sunt ab Evangelista Jesu Maria et Joseph, quia illos tres unum facit, quasi quidquid uni eorum tribuitur, alteri tribuatur.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ergo quam Maria et Joseph sint unum prædestinationis signum, quod tribuitur Mariae suo modo debet tribui Joseph, *quia ambo sunt almi parentes Christi. ¶ Et Dominus Jesus erat subditus illis, nempe, Mariae et Josepho. Quia....

LECTIO III.

*Beata Virgo et Immaculatus Joseph fuerunt causa
—omnium electorum.—*

B. Immaculata et divina Maria et B. Immaculatus et divinus Joseph fuerunt causa meritoria, quamvis secundaria, minus principalis et omnino dependens a Christo meritisque eius, tum praedestinationis omnium electorum, tum existentiae omnium creaturarum, quia omnis creatura facta est ad maiorem Mariae et Josephi gloriam et honorem. Deus in suo decreto efficaci prae definitivo vidit per scientiam suam omnia Virginis et Josephi merita, oblationem et applicationem, ac per consequens dixit tum ad creationem omnium creaturarum, tum ad electionem omnium praedestinatorum, ut essent de facto B. Virgo et immaculatus Joseph causa omnium electorum et causa existentiae omnium creaturarum. Quod est proprium Virginis in nostro casu videtur mihi dicere posse proprium Josephi; quia quoties datur inter aliquas personas maior similitudo fundata in vero et legitimo titulo, ad coniunctionem conveniens est ut ordine debito scribantur in libro vitae et gloria; et, quia inter Mariam et Josephum datur maxima similitudo fundata in maximo et perfectissimo titulo, tanquam parentes Christi, denuo concludere debemus praedestinationem Mariae et Josephi factam fuisse per modum unius, ideoque illos fuisse causam omnium electorum, et omnium creaturarum, quamvis secundariam, minus principalem et omnino a Christo dependentem.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R B. Virgo Maria, omnibus modis, secundum obiectum charitatis magis dilexit Josephum, quam coeteros alios,* nam Sponsus eius Joseph prae omnibus similior est Deo. ¶ Propter paternitatem Unigeniti sui, quam illi Pater Aeternus communicavit. Nam Sponsus....

—DIA 24 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Cum omnia quae sunt uxoris sint viri, credo quod beata Virgo totum thesaurum cordis sui, quem Joseph accipere poterat ei liberalissime exhibebat.—*Bern.*—Inter alia ad quae Joseph Mariae datus est in Sponsum, hoc unum est, ut esset adiutorium simile sibi.—*Orosio.*—Cum quo Mariae loquendum est? Certe cum Sponso suo de divinis donis colloquia habebat, i aestus cordis illius patebant illi, rubrum illum ardentem videbat, audiebatque. O felix homo qui talia audire meruisti.—*Pet. M.*—Beatissima Virgo etiam deprecatione sua, quam plurima Dei dona Josepho impetrabat.—*Pet. M.*—Si qui in terris devoti sunt Matris Dei mirabiles in sanctitate progressus faciunt, quantos putavimus fecisse eum qui per multos annos cum ipsa vivebat ac familiariter agere meruit? qui Filium Dei educavit et suis obsequiis praesens venerabatur?—*Tolet.*—O Joseph vere fuisti tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.—*Pet. M.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Propter Christum et Virginem Matrem ejus.*

Omnis honor divino Josepho per nostrum Institutum exhibitus. ¶ Semper et pro semper magis præclarissimus esse debet. Omnis....

LECTIO II.

De excellentia dignitatis Domini S. Josephi.

Altissima dignitas nostri Immaculati Josephi est in eo quod fuerit a Deo electus ut esset Pater virginalis, Pater putativus Unigeniti Filii sui, eius nutritius, qui illum aleret, vestiret, portaret in ulnis, ab hostibus defenderet, in itineribus comitaretur; est in eo quod esset verus Sponsus genitricis Dei, eiu que quodammodo dominus ac superior, custosque fidelissimus ac demum Sacræ Familiæ caput. Ut dignoscamus quanta sit excellentia dignitatis nostri immaculati Josephi, statuendum est eam esse maximam et supremam inter omnes dignitates creatas, excepta solum Dei maternitate, etiamque aliquo sensu infinitam. Quum omnis creata dignitas sit de genere morali, consistens in hominum existimatione, loquendo de dignitate S. Josephi illa est juxta homines infinita, tum asim fundata in veris titulis nuper propositis, tum etiam quia enumerando omnes eius perfectionis gradus, nunquam perveniri possit ad ultimum. Dignitas adeo S. Josephi est principaliter de ordine supernaturali hypostatico, nam eius iam enumerata ministeria proxime attingunt unionem hypostaticam et adeo sunt ordinata, ut illi inservirent. Itaque, sicut dignitas Matris Dei; quia est in ordine superiori ad reliquas alias perfectior est omnibus illis, pariter dicendum est de S. Josephi dignitate. Præterea ordo hypostaticus est immediata coniunctio cum Deo per substantialem unionem, et proximus est

ordini divino, in quo divina natura participatur per identitatem cum tribus personis.

Nos hæc sublimia. &c.

R. Deo gratias.

R. Primo loco est Christus, secundo Maria et tertium et infimum occupat S. Joseph,* Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. ¶ Quoniam confirmata est super Jesum, Mariam et Josephum misericordia eius. Laudate.

LECTIO III.

Dignitas nostri Immaculati Josephi est maxima —et suprema.—

Post loquutionem in genere de dignitate Patris nostri Josephi, videtur nos affirmare posse illam dignitatem esse revera inter omnes dignitates creatas et puræ creaturæ concessas maximam et supremam, excepta solum Maternitate Dei. Huius conclusionis fundamenta sunt talia ut per illa iudicare possumus non solum esse vere probabilem, sed etiam omnino tutum demonstrare. Hac de causa ait Scriptura; Constituit eum, (id est, Josephum) Dominum domus suæ et principem omnis possessionis suæ. Et juxta S. Bernardum, Noster Joseph fuit ille servus prudens et fidelis, quem constituit Dominus suæ Matris solatium, suæ carnis nutritium, solum denique in terris magni consilii coadiutorem fidelissimum, et non immerito illi accommodari potest quod de alio Josepho dictum est; constituit eum Dominus domus suæ. Nulla ideoque est dignitas creata etiam angeli, præcursoris, aut apostoli, cuius possessioni concedatur dominatio supra Filium Dei et Mariam, dignitas autem S. Josephi talis est ut vi illius dominationem exerceat supra

Filium Dei et Mariam, nam haec est domus Dei. Ergo nulla est dignitas create, quae non superetur dignitate S. Josephi, ac proinde ea est maxima inter omnes et suprema.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Dignitas S. Josephi tanta est, ut Filius Dei illi dixerit; *Tu es Pater meus. ¶ Et Joseph Filio Dei; Filius meus es tu, et virginaliter ego genui te. Tu es....

—DIA 25 DE ABRIL—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Domine Jesu Christe, Æternaliter Deus de Deo, et ineffabili humilitate temporaliter homo factus de Virgine, qui Sanctum Joseph Beatissimæ Mariæ Matris tuæ, Virginem Virgini, desponsari, et humilem humili sociari voluisti, et eum de parvo magnum, de humili excelsum multis virtutibus et magnis honoribus augmentatum, mirabiliter sublimasti: da nobis quaesumus ejus exemplo, meritis et præcibus, cum cordis et corporis munditia, veram humilitatis virtutem; nobisque in humilitate fundatis, da fidei, spei et charitatis omniumque virtutum augmentum, uti per virtuosa merita, gloriosa secum præmia consequi velemus. —*Ord. Carm.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Decet profecto immaculatum Josephum *Quem Christus veluti Patrem honorat in cælis et quem Mater ejus honorat ut maritum. ¶ Nos omnes

Josephini et Josephinae supra omnem modum veneremur. Quem....

LECTIO II.

Dignitas S. Josephi est super Angelos, Apostolos —et Præcursores.—

Cui dixit aliquando angelorum Deus; Filius meus es tu? Nullius angeli est tanta dignitas ut illi dixerit Deus; Filius meus es tu, aut ut ille dixerit Deo; Pater meus es tu. Et evidens, quia Pater et Filius sunt correlativi, et quoniam dignitas S. Josephi tanta est ut Filius Dei illi dixerit; tu es Pater meus, et ille Filio Dei; Filius meus es tu; sequitur quod revera dignitas S. Josephi est supra omnem dignitatem angelorum. Aliter, sicut nullius angeli est tanta dignitas ut Deus illi dixerit; Filius meus es tu, et quia dignitas S. Josephi tanta est ut Verbo Unigenito Patris dixerit; Filius meus es tu, sequitur quod dignitas S. Josephi est maxima et suprema inter angelicas. Loquendo de dignitate apostolica sic aiemus; dignitas apostolorum habet ex Christi ordinatione annexum principatum omnis terræ; dignitas autem S. Josephi habet ex Dei ordinatione principatum omnis possessionis Dei, tam principalis, quam minus principalis. et quia principatus omnis possessionis Dei includit Jesum et Mariam; major est ergo dignitas S. Josephi quam dignitas apostolorum. Illum, qui fuit magis dilectus inter apostolos, extulit Christus ad dignitatem Filii Mariæ et fratris sui, nostrum autem Josephum extulit ad dignitatem Patris sui; ergo maior est dignitas S. Josephi, quam Apostoli magis dilecti, et quia ministeria, ad quæ destinatus est S. Joseph sunt altiora ordine quam ministeria, ad quæ destinati sunt angeli,

Filium Dei et Mariam, nam haec est domus Dei. Ergo nulla est dignitas create, quae non superetur dignitate S. Josephi, ac proinde ea est maxima inter omnes et suprema.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Dignitas S. Josephi tanta est, ut Filius Dei illi dixerit; *Tu es Pater meus. ⁊ Et Joseph Filio Dei; Filius meus es tu, et virginaliter ego genui te. Tu es....

—DIA 25 DE ABRIL—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Domine Jesu Christe, Æternaliter Deus de Deo, et ineffabili humilitate temporaliter homo factus de Virgine, qui Sanctum Joseph Beatissimæ Mariæ Matris tuæ, Virginem Virgini, desponsari, et humilem humili sociari voluisti, et eum de parvo magnum, de humili excelsum multis virtutibus et magnis honoribus augmentatum, mirabiliter sublimasti: da nobis quaesumus ejus exemplo, meritis et præcibus, cum cordis et corporis munditia, veram humilitatis virtutem; nobisque in humilitate fundatis, da fidei, spei et charitatis omniumque virtutum augmentum, uti per virtuosa merita, gloriosa secum præmia consequi velemus. —*Ord. Carm.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Decet profecto immaculatum Josephum *Quem Christus veluti Patrem honorat in cælis et quem Mater ejus honorat ut maritum. ⁊ Nos omnes

Josephini et Josephinae supra omnem modum veneremur. Quem....

LECTIO II.

Dignitas S. Josephi est super Angelos, Apostolos —et Præcursores.—

Cui dixit aliquando angelorum Deus; Filius meus es tu? Nullius angeli est tanta dignitas ut illi dixerit Deus; Filius meus es tu, aut ut ille dixerit Deo; Pater meus es tu. Et evidens, quia Pater et Filius sunt correlativi, et quoniam dignitas S. Josephi tanta est ut Filius Dei illi dixerit; tu es Pater meus, et ille Filio Dei; Filius meus es tu; sequitur quod revera dignitas S. Josephi est supra omnem dignitatem angelorum. Aliter, sicut nullius angeli est tanta dignitas ut Deus illi dixerit; Filius meus es tu, et quia dignitas S. Josephi tanta est ut Verbo Unigenito Patris dixerit; Filius meus es tu, sequitur quod dignitas S. Josephi est maxima et suprema inter angelicas. Loquendo de dignitate apostolica sic aiemus; dignitas apostolorum habet ex Christi ordinatione annexum principatum omnis terræ; dignitas autem S. Josephi habet ex Dei ordinatione principatum omnis possessionis Dei, tam principalis, quam minus principalis. et quia principatus omnis possessionis Dei includit Jesum et Mariam; major est ergo dignitas S. Josephi quam dignitas apostolorum. Illum, qui fuit magis dilectus inter apostolos, extulit Christus ad dignitatem Filii Mariæ et fratris sui, nostrum autem Josephum extulit ad dignitatem Patris sui; ergo maior est dignitas S. Josephi, quam Apostoli magis dilecti, et quia ministeria, ad quæ destinatus est S. Joseph sunt altiora ordine quam ministeria, ad quæ destinati sunt angeli,

praeursor et apostoli, dignitas S. Josephi est suprema inter omnes dignitates, et quia dignitas S. Josephi est maior quam dignitas angelorum, praecursoris et apostolorum accedit ad dignitatem Matris Dei.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Dignitas nostri immaculati S. Josephi est maxima et suprema,*est super omnes angelos et praecursorem et apostolos. ¶ Propter ministeria circa unionem hypostaticam magis accedit ad dignitatem Matris Dei....

LECTIO III.

Dignitas S. Josephi est infinita aliquo sensu.

Dignitas Patris nostri Josephi est quodammodo infinita, quia gradus perfectionis illius nullus intellectus creatus numerare poterit. Quod est quodammodo supra infinitum aliquod simpliciter tale, quamvis absolute sit inferius, non potest non esse quodammodo infinitum, et quia dignitas nostri Josephi, quamvis absolute sit inferior est quodammodo supra dignitatem Matris Dei, quae quidem est simpliciter infinita, ergo dignitas Patris nostri Josephi est quodammodo infinita. Est revera infinita, quia ex modo loquendi B. Virginis est noster Joseph supra dignitatem ipsius, nam ipsa ait; Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te; ubi paternitatem Joseph anteponit maternitati suae. Ulterius, B. Virgo non dixit; Pater tuus et Mater tua, sed Pater tuus et ego; ergo in conspectu Paternitatis Josephi noluit apparere Maternitatem suam; et quia hoc est quodammodo extollere dignitatem Joseph supra suam dignitatem, ergo quodammodo

extulit, ac proinde ea est quodammodo supra dignitatem Matris Dei. Et revera, quia omnis filius aequalis Patri est, et S. Joseph, ut Pater Christi, ut vere virginalis Pater Christi, ut pater etiam in opinione hominum est certe quodammodo aequalis Filio suo, et quia dignitas Filii Joseph, est simpliciter infinita, ergo dignitas Joseph, quamvis absolute sit inferior, est vere aequalis dignitati simpliciter infinitae ac proinde est quodammodo infinita, quia nullum finitum potest esse aequale infinito.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Dignitas infinita Domini S. Josephi est tantum quodammodo infinita.*Tum ratione paternitatis putativae, tum ratione paternitatis virginalis ¶ Hic est Filius meus dilectus, in te complacui mihi.—Tum ratione....

—DIA 26 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Invocavi Patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis. Sub umbra illius quem desideraveram sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo. Accepit Joseph benedictionem a Domino Deo, quoniam Jesus, Dominus et Deus caeli et terrae erat subditus illi. Anuntiate inter gentes gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.—Oremus.—Deus pietatis et bonitatis invictae, te supliter exoramus, ut omnes qui beatum Joseph ex intimo cordis affectu venerantur, meritis passionis dulcissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi, et humilitatis dilectae Matris illius, nec non virginitatis sanctissimi sui

Sponsi Joseph, ad æternam mereantur pervenire lætitiā. Per eundem Christum Dominum nostrum.

—*Ordo. Carm.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In kalendariis sanctum nomen S. Josephi pene in caudam decantabatur. *Sed in nostris temporibus in caput collocandum est. ¶ Quia ut justus eminenter in Evangelio canonizatus est. Sed....

LECTIO II.

De perfectione Patris nostri Josephi.

Inter divinus actus tum intellectus, tum voluntatis, nullus potest esse entitative perfectior alio; nam omnes realiter identificantur cum tota perfectione divina et æque illam participant; sed, quatenus unus actus respicit excellentiores terminos vere unus perfectior esse potest altero. Et loquendo de Patre nostro Josepho, dicere debemus eius perfectionem esse perfectissimam omnibus modis, et solum inferiorē perfectioni Christi et Mariæ; quia illius prædestinatio est perfectior omnibus aliis prædestinationibus, excepta tantum prædestinatione Christi et Mariæ. Perfectio Patris nostri Josephi ex parte Dei est ita perfectissima ut in primis esse debet sine macula originali in sua conceptione, et ita etiam absque peccato actuali et ulla imperfectione, ut ex parte Dei semper et pro semper esset dignissimus Paternitate Filii Dei, desponsatione cum Dei genitrice, et ita Dominus supra utrumque, ut ambo essent illi subditi. Quæ cum ita sint ex parte Dei, affirmare debemus ex parte eius perfectissimæ et ad æquatæ congruentiæ, semper dilexisse Dominum Deum suum ex toto corde suo, ex tota anima sua, ex tota mente

sua et semper et pro semper omnia fecisse illa infinita perfectione. quæ revera est propria illius, qui fuit prædestinatus ad virginalem Sponsum Matris Dei, ad Patrem virginalem Christi, ad caput Sacræ Familiæ.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In Deo idæa S. Josephi est perfectior omnibus aliis idæis, excepta idæa Christi et Virginis Mariæ,* quia prædestinatus fuit ad paternitatem Filii Dei, et desponsatione cum Dei genitrice. ¶ Jesus et Maria erant subditi illi. Quia....

LECTIO III.

Dominus Joseph vere et proprie fuit maritus Virginis.

Tota et ea quidem maxima S. Josephi dignitas præcipue consistit, tum in paternitate Unigeniti Filii Dei, tum in desponsatione cum Dei immaculata Genitrice, quia verus titulus ob quem esset virginalis aut putativus appellatus Pater Jesu, fuit matrimonium cum beatissima Virgine Maria. Et non solum inter Josephum et Mariam fuit verum matrimonium ratum, verum etiam inter omnia matrimonia fuit perfectum, sanctum, admirabile, omnino cœleste et plane divinum. Omne nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides et sacramentum; prolem cognoscimus ipsum Dominum Jesum Christum; fidem, quia nullum adulterium; sacramentum, quia nullum divortium; et solum ibi nuptialis concubitus non fuit. O coniugium verum, aiebat Rupertus, et sanctum, coniugium cœleste non terrenum, quomodo enim vel in quo coniugati fuerunt? Nimirum in eo, quod unus spiritus

et una fides erat in eis, sola illic defuit corruptio carnis Ergo matrimonium nostri immaculati et divini Josephi cum Beatissima Maria fuit perfectissimum, fuit omnino coeleste, fuit plane divinum, et fuit etiam incarnationis tegumentum, ut homo Deus haberet nutritum et custodem, ut dum fuerit coniugium cum virginitate utriusque coniugis, ambo essent revera almi parentes Christi.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Cum S. Joseph Mariam duxit uxorem, erat vir.

*Ut sub illius umbra servaretur ab omni infamia Mariæ existimatio. Fuit matrimonium abs dubio perfectissimum. Ut sub.

—DIA 27 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quid putamus quaenam illa fuerit Josephi exultatio et in virtutibus progressio, cum et vocem audiret, et videret faciem Mariæ Virginis; et ejus non solum praesentia, sed etiam conjugali familiaritate et amicitia frueretur?—*Barr.*—Quod paucissimis fuit concessum, credi debetur non fuisse Josepho denegatum.—*Suar.*—Illud vero advertere non praetermittam ex quadam satis recepta sententia divi Hieronimi: Sanctum Josephum corpore et animo glorioso, cum Christo regnare, qui cum ante Christum mortuus fuerit, verisimile est fuisse unum ex illis, qui tempore mortis et resurrectionis Christi surrexerunt; quos multi sentiunt ad immortalem vitam animo et corpore transiisse.—*Suar.*—Josephum post mortem

cum Christo inter coeteros patriarchas resurrexisse.

—*Corn.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Prae ceteris viris fuit divinus Joseph Domini amantissimus. *Ita ut ex ejus Virgine conjuge, nasci voluerit. Fuit illumque Patrem suum vocare dignatus est. Ita.

LECTIO II

Dominus S. Joseph votum virginitatis emisit.

Quod purissimus noster Joseph fuit semper Virgo expresse declaratum fuit a S. Petro Damiano in sua Epistola ad Papam Nicolaum sic se habente; Ecclesiae fides in eo est, ut non modo Deipara, verum etiam putativus pater atque nutritus Virgo habeatur. Alioquin, si S. Joannes Baptista, quoniam futurus erat Christi praecursor et semel in Baptismo sacratissimum illius corpus contrectaturus, electus est Virgo purissimus; sic etiam potiori iure Dominus S. Joseph, qui erat futurus Virginalis Pater Christi, pater putativus, pater legalis ut eum nutrirer, foveret in gremio, portaret in manibus et millies contrectaret debuit Virgo purissimus elegi et modo specialissimo Deo suo consecrari; ergo revera Dominus S. Joseph votum Virginitatis emisit. Uterius, Trinitas coeli nimirum, Pater et Filius et Spiritus sanctus Virgo est, ut Nazianzenus cecinit; ergo etiam Trinitas terrae, scilicet, Jesus, Maria et Joseph debet esse Virgo; non solum ergo Jesus et Maria sunt Virgines sed etiam noster Joseph est Virgo. Aliunde, semper etiam in lege veteri fuit in magno pretio Virginitas, tum quia in templo Hierosolimitano fuere Virgines Deo consecratae; tum quia viri sanctissimi Vir-

ginitatem, ut estimabiliorem coluere, tum etiam quia Essenii sancti à judaeis habiti perpetuam castitatem servabant, Tanquam filii praedilecti nostri sanctissimi Patris Joseph debemus honorare votum castitatis, quia est virtus magnae aestimationis, quia Virginitas maxime ad perfectionem spiritus conducit, atque a terrenis curis et sollicitudinibus homines abstrahit, quia est iuxta regulas aestimabilior et appetibilior.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ego cum mea sponsa ex ore Altissimi prodivi, et nostrum coniugium est primogenitum ante omnem creaturam *Ego feci in caelis ut oriretur lumen inficiens. ¶ Nondum erant Abyssi et ego iam conceptus eram. Ego fecit.

LECTIO III.

S. Joseph ante coniugium votum absolutum Virginitatis emisit.

Sicut B. Virgo Maria, uti ab omnibus theologis defensum est, votum absolutum Virginitatis emisit, ut iam suo tempore Pater Bolandus aiebat; Beatam Virginem Mariam votum emisisse Virginitatis nemo dubitat, nisi qui pariter et Ecclesiae catholicae et castitatis hostem se profiteatur; quo enim alio spectat plena admirationis interrogatio; Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? et hac de causa Beata Virgo speciali Spiritus sancti motione et instinctu matrimonium cum S. Josepho celebravit. Sic etiam Dominus S. Joseph, antequam cum Maria purissima iniret coniugium, votum absolutum Virginitatis emisit; primus omnium post Beatam Virginem tale votum nuncupavit. Haec omnia ita facta sunt quia Sapientia infinita Dei attingit à fine usque

ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Desponsata est ergo Maria Virgo iusto non ablaturus, sed potius custodituro illum thesaurum infinitum, quem ipsa iam voverat; et desponsatus est Joseph purissima Maria non ablatura, sed potius custoditura illum infinitum thesaurum, quem iam ipse etiam voverat. Vovit Maria Virginitatem; vovit et ipse Joseph, Joseph virgo fuit per Mariam et Maria Virgo fuit per Josephum, ut ex hoc virginali coniugio filius nasceretur, id est. Verbum, qui caro factum est ut habitaret in nobis.

Nos haec sublimia &c.

R. Deo gratias.

R. Pro certissimo scire debes, ait Maria ad Birgitam, *quod Joseph dilectus meus antequam desponsavit me. ¶ Intellexit in Spiritu sancto me vovisse Virginitatem. Quod Joseph,

—DIA 28 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Putabatur filius Joseph, Joseph virum Mariae, sponsum Mariae ex eo enim collige sanctum Josephum habuisse omnia iura, veri sponsi in virginem ac consequenter jure vereque vocari Patrem Christi.—*Suar.*—In omni gente, ego ipsem et Joseph, primatum habui; et omnium excellentium et humilium virtute calcavi, et in plenitudine sanctorum detentio mea.—*Suar.*—Joseph interpretatur augmentum, et suo matrimonio cum Virgine, plurimum fit augmentum per Joseph; quia sine carnali copula sanctius coniugium contraxerit, et conjux virgo, virginem custodierit, et debitum ministerio reddendo, et Ma-

Piissima

tri et Filio paterno affectu, inseparabiliter conjunctus fuit.—*Ab. M.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Supremam Josephi dignitatem in Christi Domini virginali paternitate. *Magis quam in Virginis desponsatione. ¶ Constituendam esse ab omnibus filiis et filiabus nostri sancti Instituti. Magis....

LECTIO II

*Joseph et Maria post matrimonium virginitatis
—votum emiserunt—*

Licet aliqui viri in lege veteri ut Jeremias et Elias, aliquæque mulieres ut Maria soror Moyseis et filia Jepte virginitatem servaverint, tamen de nullo constat votum virginitatis emisisse; sed inter Mariam et Josephum fuit tanta morum similitudo, qualis semper quæritur inter coniuges, propter quam si Maria fuit prima omnium in emittendo voto virginitatis, sic Joseph fuit etiam post illam primus in eo emittendo voto. Quod Virgo corde conceperat, simul cum viro labiis expressit, et uterque in virginitate permansit; et sicut B. Virgo et S. Joseph ante matrimonium corde concepere votum virginitatis, sic post illud simul labiis expressere. Eadem veritas probatur etiam auctoritate S. Bernardini Senensis aientis; Creditur revelatum fuisse Josepho Virginis propositum de Virginitate servanda; Contraxit igitur matrimonium committens se dispositioni divinæ, atque ex communi consensu vovit uterque sanctam Virginitatem. Quid clarius? quid evidentius? Dominus noster S. Joseph emisso voto virginitatis ante desponsationem sancte et licite, coeleste et divinum contraxit matrimonium cum B. Virgine

Maria, quod quidem cum eo voto bene potest stare; ut ambo cum essent immaculati et revera desponsati ex suo Virginali coniugio ambobus Filius nasceretur, verus Deus et verus homo.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. B. Virgo habuit revelationem divinam de proposito Virginitatis S. Josephi. *Joseph Sanctissimus vidit suam Mariam semper esse Virginem et Matrem. ¶ Ergo matrimonium Josephi cum Maria fuit inter omnia perfectissimum. Joseph....

LECTIO III

*Immaculatus Joseph in aliquo vero sensu est
Pater almus Jesu Christi.*

Tale divinum nomen Patris Filii Dei non solum convenit ei Paternitati extrinsecæ, stanti nimirum in electione nostri immaculati Josephi, qua ipse in tam sublimem dignitatem evehctus fuit; verum etiam videtur mihi in aliquo vero sensu illi perfectissime et adæquate convenire. Paternitas S. Josephi est de facto et aliquo modo intrinseca, consistens in aliqua qualitate ei intrinsece inherente, id est, in eius potentia voluntatis, in eius potentia naturali elevanti ad productionem Christi, ita ut conceptus sit de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et homo factus est. Per actum verum, proprium et adæquatum nostri immaculati Josephi Spiritus Sanctus supervenit in Mariam, virtus Altissimi obumbravit Mariæ et Verbum caro factum est post voluntatem Josephi divinissime manifestam per Mariam dicentem; Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Hac de causa honorabiliter dicebatur a S. Augustino; Propter fidele coniugium parentes Christi vocari.

ambo meruerunt; non solum debuit esse Pater Joseph Christi, sed maxime debuit; Quod Spiritus Sanctus operatus est, utrisque operatus est; et in amborum iustitia requiescens ambobus filium dedit, sed in eo sexu, cui parere decebat, operatus est hoc quod etiam marito nasceretur.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Te, Joseph, laudamus, te caste Matris Dei Sponse. *Te enim omnes terra veneratur, ut virginalem verum Dei hominis Patrem. ¶ Plexi sunt cœli et terra maiestatis gloriæ tuæ. Te enim....

—DIA 29 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Sponso itaque beatissimæ Matris Dei nomen Joseph divinitus contigisse, in mysteriorum revelatione et terræ prælatione. Quamvis enim nos lateat tacentibus scripturis, quoniam modo justus hic vocatus sit Joseph, quia tamen evenisse constat, ut Sponsus Dei Matris esset, Paterque ejus Filii putaretur, quod dona concessa Abraham, Jacob, ac Petro exploratum est præcellere, quibus fuere imposita nomina divinitus idem quoque de Joseph credere persuademus.—*Alb. M.*—Non cognito Verbo Dei, Joseph credendus est. Transmigratio Josephi in Ægyptum fuit jucundior, mirabilior et utilior ipsi beato Joseph, quia primogenitum totius universi secum deduxit Jesum Dominum nostrum.—*Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ex eo quod Jesus et Maria fuerunt almi pa-

rentes Christi. *Sunt etiam piissimi parentes nostri. ¶ Et Jesus Christus Filius eorum est etiam frater noster utroque latere coniunctus. Sunt....

LECTIO II.

Noster immaculatus Joseph est putativus Pater Filii Dei.

In nostro S. Josepho non solum invenimus aliquid de divina paternitate in re; sed etiam Paternitatem de quasi actione, scilicet, relationem superioris ad subditum, aut Patris ad Filium. Inde paternitas S. Josephi est relatio quædam prædicamentalis stans in quasi actione, videlicet in superioritate erga Christum et destinatione divina ad officia paternæ. Nostra conclusio; S. Joseph est Pater putativus Unigeniti Filii Dei; probatur ex Scriptura dicenti; Putabatur Filius Joseph; Nonne hic est Filius fabri? Erant Pater eius et Mater mirantes; Quum inducerent Puerum Jesum parentes eius; Et Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Noster S. Joseph est revera Pater putativus Filii Dei, quia, iuxta dicta, ipse Deus per ora Evangelistarum et Dei Mater per os suum nomen Patris Christi dederunt S. Josepho. D. Bernardus quoad nominationem ipsius Dei suam expressit intentionem dicens; Qualis sit S. Joseph conice ex appellatione, qua licet dispensatione, meruit nominari a Deo, ut Pater Dei dictus et creditus sit. Noster Sanctissimus Joseph igitur, tum fuit revera Pater virginalis Jesu per suam voluntatem; tum fuit etiam coram hominibus Pater putativus Jesu.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Semper et pro semper disserendum est et di-

verso modo loquendum de Paternitate S. Josephi et maternitate Mariæ. *Virgo enim vere Deum genuit verbo et opere. ¶ Joseph tantum genuit eum mente et corde. Virgo enim....

LECTIO III.

In aliquo vero sensu proprie et secundum rem S. Joseph est Pater Domini nostri Jesu Christi.

Non solum noster immaculatus Joseph est Pater putativus Unigeniti Filii Dei, et verus virginalis Pater per suum consensum circa Verbi incarnationem, sed etiam, iuxta aliquos doctores, est secundum rem Pater Domini nostri Jesu Christi, excepta carnali generatione. Antequam convenirent Joseph et Maria, hæc inventa est in utero habens de Spiritu Sancto, id est, non inscio Joseph, qui pene licentia maritali futuræ uxoris omnia noverat, et Joseph invenit in propria domo, in agro suo, scilicet, in Maria, invenit, inquam, thesaurum pretiosissimum Unigenitum Dei, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi; ergo acquisivit proprietatem illius, ac per consequens proprie et secundum rem, excepta carnali generatione, est Pater Christi. Ulterius et pulchre ex Patre Suaresio dicere possumus; Quod in aliquo solo nascitur vel ædificatur, sub illius dominium cadit, cuius est solum, etiam si miraculose in horto alicuius fons nasceretur, illius esset cuius est hortus; atqui fons sapientiæ, id est, Christus Dominus natus est de Spiritu Sancto in loco et horto S. Josephi, nimirum in Maria, quæ erat terra purissima propria illius, juxta Apostolum; Mulier corporis sui potestatem non habet, sed vir; Ergo Christus Dominus est proprius S. Josephi, in ratione

Filii; ergo proprie et secundum rem est Pater Christi Domini.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quamvis non sit proprie et secundum rem Pater ille, qui non generat Filium; sed noster immaculatus Joseph alium habet titulum. ¶ Vi cuius Filius Dei, Filius Mariæ sit etiam Filius Josephi. Sed noster....

—DIA 30 DE ABRIL.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph filius accrescans; ut ramus crescens Joseph, ut ramus fructificans juxta fontem.—*Pagnino*.—Pura omnia conjugum Josephi et Mariæ, si conjunctio fuit cœlestis.—*Rup.*—Et vocavit nomen ejus lingua ægyptia Salvatorem mundi; et noster Sanctus Joseph sic dictus est.—*Hugo*.—Ad Sponsæ Mariæ in Sponso honorificationem.—*Alb. M.*—Nonne vides quomodo in coelo millia millium ministrabant ei? Pro illis omnibus in terris usus est Joseph; ac unus Joseph pro millibus angelorum assistentium in coelo et ministrantium Domino æstimatur.—*Silv.*—Quibusdam Sanctis datum est in aliquibus specialibus causis patrocinari; ac Sanctissimo Josepho in omni necessitate, et negotio concessum est opitulari.—*S. Thom.*—Constituit cum dominum domus suæ et principem omnis possessionis suæ; ut erudiret principes ejus sicut semetipsum, et senem ejus prudentiam doceret.—*Le-Blanc.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R Patriarcha Joseph dixit se vidisse solem et lunam adorare eum.*Sed noster divinus Joseph vidit verum solem Jesum, et veram lunam Mariam. ¶ Sibi obsequentes et subditos ut Dominos domus suae.— Sed noster....

LECTIO II.

Laus nostri Josephi.

Jesus, Maria et Joseph in diversis considerationibus habent se tanquam excedens et excessum: ideoque quaeritur inter plures auctores. Sit ne aequalitas aut inaequalitas inter Jesum, Mariam et Josephum? Ratio: Genealogia Christi in Josepho terminatur, per cujus nobilitatem nobilitas Christi declaratur: nobilitas Christi per nobilitatem Josephi comprobatur, tanquam per ultimum parentem, qui revera ex opere Spiritus Sancti in Virgine sua Sponsa per consensum mirabiliter Deo suo datum. Per Josephum plurima beneficia a Deo obtinentur; quia Joseph ab Aeterno praedestinatus fuit in Virginis Sponsum, et Christi virginalem Patrem.

Nos haec sublimia &c.

R Deo gratias.

R Maria ab Aeterno praedestinata fuit in Matrem Dei.*Joseph ab Aeterno praedestinatus in virginalem Patrem Dei. ¶ Electio Mariae et Josephi simul comprobatur. Joseph....

LECTIO III.

Laus nostri Josephi.

Numquam fuit revera difficultas libros scribendi praecipue de nostro immaculato Josepho; quia in laudibus divini Josephi, vix dividi potest a Christo et Deipara; hac de causa ad Josephum vere laudandum angelorum linguae sunt necessariae. Intentio mea

est quod magis cognoscatur Joseph ab omnibus Missionariis Josephinis et ab omnibus sororibus nostris, et per illorum medium magis ac magis totus universus mundus illum laudet; et revera laudabitur quia cultus Jesepho exhibitus tum gratissimus est Christo, Deiparae et coelesti curiae; tum etiam omnibus hominibus et mulieribus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nomina Jesu, Maria et Joseph sunt in capite libri vitae.*Et inter eos nulla divisio. ¶ Quia tria haec sunt Trinitas terrestris ad similitudinem coelestis a Christo instituta. Et....

MES DE MAYO.

—DIA 1º—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Cum similis similem deceat iunctaque superno, Virgo parensque Dei nupserit alma Joseph,
Collige quantus erat, merito quo vicerit omnes,
Et fuerit tantum dignus habere decus.

Et natum curare Dei genitorque vocati,
Complecti et sacro saepius ore peti.
Et facile accipies, ut primum Sponsam sequentem
In superis Sponsus, sic habet ipse locum.

—Isid. I.

Nos haec sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum

R Patriarcha Joseph dixit se vidisse solem et lunam adorare eum. *Sed noster divinus Joseph vidit verum solem Jesum, et veram lunam Mariam. ¶ Sibi obsequentes et subditos ut Dominos domus suae.— Sed noster....

LECTIO II.

Laus nostri Josephi.

Jesus, Maria et Joseph in diversis considerationibus habent se tanquam excedens et excessum: ideoque quaeritur inter plures auctores. Sit ne aequalitas aut inaequalitas inter Jesum, Mariam et Josephum? Ratio: Genealogia Christi in Josepho terminatur, per cujus nobilitatem nobilitas Christi declaratur: nobilitas Christi per nobilitatem Josephi comprobatur, tanquam per ultimum parentem, qui revera ex opere Spiritus Sancti in Virgine sua Sponsa per consensum mirabiliter Deo suo datum. Per Josephum plurima beneficia a Deo obtinentur; quia Joseph ab Aeterno praedestinatus fuit in Virginis Sponsum, et Christi virginalem Patrem.

Nos haec sublimia &c.

R Deo gratias.

R Maria ab Aeterno praedestinata fuit in Matrem Dei. *Joseph ab Aeterno praedestinatus in virginalem Patrem Dei. ¶ Electio Mariae et Josephi simul comprobatur. Joseph....

LECTIO III.

Laus nostri Josephi.

Numquam fuit revera difficultas libros scribendi praecipue de nostro immaculato Josepho; quia in laudibus divini Josephi, vix dividi potest a Christo et Deipara; hac de causa ad Josephum vere laudandum angelorum linguae sunt necessariae. Intentio mea

est quod magis cognoscatur Joseph ab omnibus Missionariis Josephinis et ab omnibus sororibus nostris, et per illorum medium magis ac magis totus universus mundus illum laudet; et revera laudabitur quia cultus Jesepho exhibitus tum gratissimus est Christo, Deiparae et coelesti curiae; tum etiam omnibus hominibus et mulieribus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nomina Jesu, Maria et Joseph sunt in capite libri vitae. *Et inter eos nulla divisio. ¶ Quia tria haec sunt Trinitas terrestris ad similitudinem coelestis a Christo instituta. Et....

MES DE MAYO.

—DIA 1º—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Cum similis similem deceat iunctaque superno,
Virgo parensque Dei nupserit alma Joseph,
Collige quantus erat, merito quo vicerit omnes,
Et fuerit tantum dignus habere decus.

Et natum curare Dei genitorque vocati,
Complecti et sacro saepius ore peti.
Et facile accipies, ut primum Sponsam sequentem
In superis Sponsus, sic habet ipse locum.

—Isid. I.

Nos haec sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum

in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R. Deo gratias.

R. Christus est credentium omnium frater.* Ergo Joseph qui virginaliter eum genuit omnium credentium est Pater. ¶ Ergo a fortiori est Pater omnium filiorum devotissime invocantium. Ergo. . .

LECTIO II.

*Juxta Patres S. Joseph proprie et secundum rem
— est Pater Jesu. —*

A Sancto Joanne Chrisostomo potest in primis nostra conclusio probari, quia cum S. Josepho agebat: Etsi nihil habeas, B. Joseph cum hac generatione comune; tanquam quod Patris est proprium quodque nihil lædit Virginis dignitatem, hoc tibi facile concedo; ergo concedendum est nostro immaculato Josepho quod est proprium Patris, ac proinde quod in aliquo vero sensu sit proprie Pater Domini Nostri Jesu Christi; ergo Incarnatio Domini Nostri Jesu Christi facta est post consensum Josephi, ergo propter suam voluntatem Pater Dei factus est. Item Rupertus sic se habet: Virum Mariæ, eum dicit, magnum et verum nomen Josepho attribuit Evangelista; quia si est vir Mariæ, est Pater Domini, id est excepta solum commistione carnis, est proprie et secundum rem Pater Domini. Alioquin ratione vinculi matrimonii vir et uxor fiunt quodammodo unum ita ut per commistionem carnalem fiant una tantum caro; sed in matrimonio Mariæ et Josephi per sacratissimam commixtionem suæ purissime Virginitatis (in qua illa consistit, Deus scit, sed loquimur cum Hyeronimo dicente; ex virginali conjugio Virgini Filius nasceretur.) præcise per ipsum et via,

culum sumptum facti sunt cor unum et una voluntas; et quia et hac unitate fit ut habeant bona communia et quod ad alterum pertinet, pertinet etiam ad alium, sequitur inde quod est Mariæ proprium est Josephi proprium; et si Christus est proprie Filius Mariæ est etiam quodammodo proprie Filius Josephi, ergo juxta Patres, noster immaculatus Joseph proprie et secundum rem est Pater Christi.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis, esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R. Deo gratias.

R. Maria ait Jesu: Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te.* Nonne hic est Filius fabri, nonne hic est Filius Joseph. ¶ Quod est proprium Patris hoc tibi do: Vocabis nomen ejus Jesum. Nonne hic est. . .

LECTIO III.

*Noster immaculatus Joseph habuit supra Filium
Dei patriam potestatem.*

Christus Dominus, qui quidem non erat filius carnalis Josephi habebatur ab eo et ab aliis illius filius et ut ita dicam, Filius adoptivus Josephi, nam quilibet ab alio adoptatur esse potest tanquam naturalis Filius, id est, tanquam genitus per naturalem generationem, ergo Christus Dominus, Filius adoptivus Josephi dici potest, ergo noster immaculatus Joseph habuit supra Filium Dei patriam potestatem. S. Josephum habuisse in Christum Dominum patriam potestatem certum est, quia patria

potestas in adoptione existit quia quis alium qui ipsius non est natus sibi adiscit et proprium facit; et quia lex adoptionis antiquissima est apud Hebræos, et hoc ita factum est quia ipsi dixerunt Evangelistæ et Jesus putabatur Filius Josephi. ergo revera habuit noster immaculatus Joseph patriam potestatem in Christum Dominum et tamquam Pater adoptivus Jesu in eum translatus est temporale ius in regnum Judæorum. At maxime quidem habenda fuit Josepho potestas patria in Christum Dominum quia revera virginalis Pater ejus erat, teste Augustino sic se habente: Non solum debuit esse Pater Jesu, sed maxime debuit, major puritas confirmet Paternitatem, ne ipsa S. Maria nos reprehendat.

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesus, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R. Deo gratias.

R. Propter quoddam cum Jesu Matre sanctum et virginalis confugium. *Etiam Joseph parens Christi meruit appellari. ⁊ Joseph maritus Mariæ et Josepho dictum fuit: vocabis nomen ejus Jesum. Etiam....

—DIA 2 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph natione Galilæus extitit; Galilæam autem provinciam, non multum ab Hierosolimis remotam inhabitasse Judæos, et gentiles. Conveniens fuit Joseph eam partem Judææ patriam habuisse, prop-

ter officii commendationem, educaturus enim erat salvatorem judæorum atque gentilium: propter loci conditionem, inhabitabant enim Galilæam judei et gentiles, eaque erat gens malæ opinionis apud Judæos: propter nominis interpretationem; interpretatur enim Galilæa revelatio. Convenit igitur patria nomine revelatio Josepho Sanctissimo, propter revelationem passive acceptam. Revelatio quoque activa Verbi Dei facta est mediante Josepho, toti orbi terram; ipse enim enutrivit et custodivit usque ad tempus, quo omni populo manifestaretur.—*Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Eia, omnes Josephini et Josephinæ gaudeamus dicentes: *Benedictus Jesus noster frater per quem Joseph Pater est. ⁊ Et benedictus Pater per quem talem habemus fratrem. Benedictus....

LECTIO II.

S. Joseph est sicut Maria Pater virginalis Filii Dei.

In honorem nostri immaculati Josephi nobis eius virginalis paternitatem proponere et defendere placuit. Ut de facto S. Virgo Maria esset vera Dei Mater, debuit influere in hypostaticam unionem per duplicem qualitatem supernaturalem ipsi intrinsece inhærentem, quia alioquin vera Dei Mater non fuisset, cum non esset causa per se, nec genuisset suppositum divinum, similiter nobis videtur dicendum esse de nostro immaculato Josepho virginali Christi Patre, videlicet ipsum elevandum fuisse ad productionem unionis hypostaticæ duabus similibus qualitibus, inhærentibus ipsius animæ altera, alia vero corpori, illis tamquam Dei instrumentis utramque generaret unionem, scilicet et eam qua Verbum ani-

mae Christi unitur et eam qua corpori unitur, et hæc omnia a nostro S. Josepho certe peracta sunt propter ejus consensum circa incarnationem Filii Dei idque operans per gratiam privilegiumque tamquam omnipotens; et sicut Pater omnipotens ipsi dixit et omnia facta sunt, ita in nostro casu immaculatus Joseph ipse dixit et Verbum divinum factum est Verbum incarnatum; et quemadmodum propter ejus consensum Virgo Maria ejus Sponsa facta est Dei genitrix, a fortiori propter ipsum consensum ille factus Pater Dei. Nunc loquendo cum S. Agustino aiemus: Quod Spiritus Sanctus operatus est, utrisque operatus est, et in amborum justitia requiescens ambobus Filium dedit; sed in eo sexu cui parere decebat operatus est hoc, quod etiam marito nasceretur.

Noe hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quod diximus de Virgine Maria Matre Dei,* pariter dicendum est de Virgine Josepho Patre Dei. ¶ Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi. Pariter. . . .

LECTIO III.

Convenientissimum fuit ut noster immaculatus Joseph esset Pater Dei virginalis.

Christus Dominus in alia providentia habere potuisset Patrem naturalem in terris, quis in alia deceptorum serie potuit concipi et nasci de Matre non Virgine, per consortium Josephi, qui in ea hypothesi foret verus illius atque naturalis pater, sed revera conveniens admodum fuit ut noster immaculatus Joseph fuisset virginalis Dei Pater magis quam naturalis quia divina hæc paternitas excellentior qui-

dem est. In nostro casu, vera actio generativa hominis Dei fecit in primis potentissimus nostri immaculati Josephi consensus post quem opus quidem divinum Spiritus Sanctus est operatus, et Virgo Maria facta foecundissima Virgo quae in ejus utero habuit Verbum caro factum; sed in alia providentia per quam noster Joseph esset naturalis Pater Jesu eo fuisset producta, tum unio inter animam et corpus, tum hypostatica unio inter Deum et hominem, id est, Jesum Christum. In hoc autem casu quamvis adaequata causa unionis hypostaticae, ex naturali S. Josephi virtute resurgeret, et ex qualitatibus eam elevantibus indeque huic conjuncto, tamquam causa per se esse deberet, essetque connaturalis unionis productio, et certe S. Joseph per se vocaretur naturalis Pater Christi; in hoc tamen altissimum Incarnationis mysterium perfectius foret ut almi Christi parentes essent virgines, foecunditate a Deo illis communicata. Non solum B. Virgo Maria, sed etiam Beatus Virgo Joseph fuerunt certissime almi parentes Christi per virtutem Spiritus Sancti; et hac de causa sic agebat D. Agustinus; Ergo pietati et charitati Joseph natus est de Maria Virgine, Filius Dei, quia non Jesu parentem solam Mariam sed ambos parentes ejus appellare minime dubitavit ipse Lucas Evangelista.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Deipara elevata fuit in tantam foecunditatem divinæ generationi similem.* Beatus Joseph elevatus fuit per suum verbum in tantam foecunditatem suæ divinæ Sponsæ similem. ¶ Incomprehensibilia sunt judicia Dei. Beatus. . . .

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Non est mirum si Christus voluit quod omnes creaturae obedirent Joseph, cum et ipse illi obediens extiterit et subjectus.—*Bern. de Bust*—Christo debetur cultus patriae B. Virgini hyperduliae, Josepho summae duliae.—*Corn.*—Tutor meus non maritus mihi cognitus est.—*Andr. de Hier.*—Neque de ejus partu ambiguitas existeret, ipse concepti Christi ex Spiritu Sancto testis assumitur.—*Zachar.*—Divus Joseph semper fuit patronus Virginis.—*Alb. M.*—Nisi Maria ita egisset, laborando ut ejus Sponsus Joseph debite honoraretur, posset ingratitude argui, quæ ab ea semper longissime abiit.—*Lansp.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinus Joseph tanquam Pater, Christo nomen imposuit.*Quia angelus ait ad eum; vocabis nomen ejus Jesum. ¶ Altissima hæc est Josephi dignitas, quod Christo nomen imponat tanquam Pater. Quia angelus....

LECTIO II

Christus Dominus subjectus fuit Sancto Josepho.

Loquimur de illa subjectione, cujus vi Filii subduntur et obediunt parentibus suis; et quamvis Christus ut Deus nulli creaturae, immo neque ipsi Deo potest dici subjectus, cum subjectio dicat inferioritatem quam Christus, ut Deus neque respectu creaturae, neque respectu ipsius Dei potest habere; Christus tamen, ut homo videtur revera subjectus Patri suo Josepho. Ut habet eximius Doctor Suaresius; tum

superioritas S. Josephi respectu Christi, tum hujus obedientia magis significant usum quam debitum; quia Christus propter suam ipsius dignitatem nulli hominum subjei proprie debuit; habuit tamen in usu veram subjectionem et perfectam obedientiam Patri ejus Josepho. Neque id derogat excellentia dignitatis S. Josephi, cum ad illam declarandam sit satis, et quod præcisse considerata humana conditione atque origine futurus fuisset Christus jure paternitatis nostri immaculati Josephi, ipsi subditus; et quod quamvis ratione divinitatis exemptus esset, de facto tamen voluit esse Josepho subjectus eique veluti suo virginali Patri et superiori veram obedientiam præstare honoreque eum afficere. Hac de causa bene agebat S. Augustinus, dicens: Tota vita Christi in terris per hominem quam gessit disciplina morum fuit; et præcipue ita in eo obedientia resplendit, ut apostolus dicere potuisset; factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; ergo revera Christus Dominus subjectus fuit suo Patri Josepho.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sicut per obedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi.*Ita per obedientiam Christi justi constituentur multi. ¶ Primum hominis peccatum fuisse videtur inobedientiam. Ita....

LECTIO III.

Christus Dominus revera fuit subjectus Patri (R)
—suo Josepho.—

Cum igitur primario venerit Christus ut homines a macula originali, quæ in Adamo personalis fuit inobedientia redimeret: necesse ergo fuit ut ille

Piissima

30

excelleret obedientia, non solum respectu Patris Aeterni, verum etiam respectu Josephi virginalis ejus Patris. Hæc ergo probatur veritas ex Scriptura, ubi expressa est in Luca dicente: descendit cum eis, id est Maria et Josepho et venit Nazareth et erat subditus illis; ergo Christus aliquo modo, nempe ut homo, fuit subjectus suo virginali Patri Josepho. Divus Bernardus circa nostram sententiam, sic agebat: Quis? Quibus? Deus, hominibus; Deus inquam, cui angeli subditi sunt, cui Principatus et Potestates etiam obediunt, subditus erat etiam Josepho. Et Gerson inquit in eodem sensu: Dominus Noster erat subditus Josepho; sub fabro is qui auroram et solem fabricavit. Ut revera magis magisque Dominum nostrum Josephum honoremus nec omittendum duxi quod circa nostram sententiam ex historia catholicorum orientalium in latinum ex hebræo idiomate traducta Isolanus refert; tamquam ex ore ipsius Christi probata; Ego conversatus sum cum Josepho, in omnibus et eram per omnia sicut ipse et obediebam ei in omnibus; nec umquam transgressus sum verba illius et eram subditus illi tamquam Filii parentibus et diligebam Josephum valde sicut pupillam oculi mei: ergo pro certo dicendum est; Christus Dominus subjectus fuit Josepho.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Christus venit in mundum ut opere nos et verbo et humilitatem et obedientiam edoceret. *Non solum coram Deo verum etiam hominibus. ¶ Ergo præcessit exemplo subjiciens se suo Patri virginali Josepho. Non solum. . . .

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Conveniens fuit civitas Joseph esse Nazareth; Nazareth autem interpretatur unctio, medicina, custodiens, vel separatio. Quæ quidem interpretatio aptissime convenit vitæ Josephi, quæ munda semper fuit, propter observationem virginitatis. Convenit officio ejusdem; custos enim fuit immaculatae Virginis et Sponsus, cum qua vitam duxit usque ad extremam horam. Ipse enim in deliciis virginitatis perseverans, cum diva cælorum Regina, unctus suprema gratia, mundus puritate mira, custos terrestris paradisi, ab omnibus angelis primo cognitus, fuit quam clarissime, deinde mortalibus significatus. O lector, ad cor tuum accede, et in interioribus tuæ domus sedens, dicta duce clarius cognosces illis assenties, ac majora de Sancto Josepho affirmabis.—*Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Noster divinus Joseph est revera valde bonus.

*Bonus angelis quia per eum reparantur eorum cathedræ. ¶ Et valde bonus hominibus quia per ipsum habent redemptionem. Bonus. . . .

LECTIO II.

Beatissima Virgo Maria fuit subjecta viro
—suo Josepho.—

Sicut Apostolus ait: caput mulieris vir, et D. Petrus præcepit ut mulieres subditæ sint viris suis; et et quia B. Virgo omnia semper præcepta adimple-

vit semperque D. Josephum coluit tanquam caput suum; sic etiam dicendum est illam viro suo fuisse subjectam. Sara juxta Patres fuit typus B. Virginis Mariae, nam haec peperit meliorem Isaac, qui tulit humeris suis lignum crucis ad montem Moriam, ut pro nobis immolaretur; et sicut Sara virum suum Dominum vocat eique subiciebatur et obediebat certe fatendum est melius gessisse locum Saræ erga sanctissimum virum suum Josephum. Haec nostra veritas confirmata est ab omnibus Ecclesiae patribus, et hac de causa devotissimus Gerson sic exclamat: O miranda prorsus, Joseph, sublimitas tua! O dignitas incomparabilis ut Mater Dei, Regina coeli et Domina mundi appellare te Dominum non indignum putaverit! B. Virgo fuit simillima Filio suo in donis gratia et virtutum, ergo sicut magis enituit in Jesu virtus subjectionis et obedientiae virginali ejus Patri Josepho, sic etiam dicendum est hanc virtutem pariter illoxisse in Maria in ordine ad domesticam gubernationem et in rebus externis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In oratione ad mysteriorum Dei cognitionem non debuit Virgo pendere a Viro suo Josepho.* In externis autem et domesticis rebus, revera debuit illi esse subjecta in omnibus. ¶ Quia ad immaculatum Josephum pertinebat Sacrae Familiae gubernatio. In externis....

LECTIO III.

Omnis creatura subijci possit nostro potentissimo Josepho.

Imperium quidem et dominium consistens in pe-

testate imperandi et gubernandi omnes creaturas et in pleno dominio supra res omnes temporales fuit revera nostro immaculato Josepho. Dixit Pharao ad Joseph: ad tui oris imperium cunctus populus obediet; ecce constitui te super omnem terram Ægypti. Dixit melius Jesus nostro Josepho; Pater meus es tu, non solum do tibi omnem terram Ægypti, sed etiam omne regnum meum; et ut tuis obediat imperiis subijcio tibi universas creaturas, ac per consequens omnia subjecta sunt tibi. Accedit ad hæc auctoritas Gersonis et S. Bernardini de Bustos quorum pulcherrima est hæc ratiocinatio; Tenendum igitur est quod in toto mundo non fuit Vir ita sufficiens ad tam dignum opus sicut B. Joseph, fuisset enim sufficiens absque dubio ad totius mundi regimen; qui autem fuit sufficiens ad maius et ita maius, multo magis esset ad minus juxta utriusque juris regulam; sed B. Joseph fuit a Deo electus et inventus idoneus ad regimen et gubernationem Filii sui, qui infinite universo excellit mundo et ad gubernationem Sponsae quæ toto etiam orbe dignior habetur; ergo multo magis est credendum fuisse eum sufficientem ad regendum universum mundum. Et vide quam advertenter et proprie dictum sit nostrum immaculatum Josephum fuisse sufficientem ut denotetur dominium et gubernationem totius mundi concessum fuisse potentissimo Josepho in primis de jure, et secundo quoad exercitium et usum, si necessitas id postulasset.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Omnes gentes adorent Josephum tanquam regem.* Adorent eum omnes angeli et regem et prin-

cipem. ¶ Atque adoret eum omnis multitudo hominum, et reliquarum creaturarum. Adorent....

—DIA 5 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Per Joseph genealogizatur, ut mos legis observetur, ut Sancti Josephi excellentissima virtus commendetur, et ut Beatissimæ Virginis humilitas amplius exaltetur. In hac autem genealogia advertito Joseph esse ultimum inter patres veteris Testamenti, nomen ejus locari ante nomen Mariæ, et per ipsius originem Christi nobilitatem describi, Joseph ultimum patrem constitui, indicat virtutes eorum in uno homine colligi, sicut in termino refulgent aliquo modo ad illum ordinata. Virtutes vero signantur congruenter; justitia quidem in David, obedientia in Abraham, sapientia in Salomone, experientia exilii in Jeconia, patientia in Zerobabel, atque humilitas in coeteris patribus.—*Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Immaculatus Joseph est revera valde bonus.* Bonus peccatoribus quia per ipsum consequuntur veniam. ¶ Et valde bonus justis, quia per eum consequuntur perseverantiam in omnibus. Bonus peccatoribus....

LECTIO II.

Omnis creatura a reipsa subjecta est nostro potentissimo Josepho.

Christo Domino utpote regi regum et domino dominantium omnis obedit creatura; sicut ipse Christus obediebat Virgini Matri et Virgo Maria. D. Jo-

sepho sicut ejus capiti et Sponso, ergo totus orbis obedit et subjectus est. S. Josepho. Uterius B. Virgo est Regina universi ergo Joseph est etiam rex totius universi sed ex eo ipso quod totus universus qui omnem creaturam amplectitur subjici debet S. Josepho, sequitur quod omnis creatura ei est reapse subjicienda. Sponsus Reginae, cujus est aliquod regnum, est rex illius regni, et quia S. Joseph est Sponsus Reginae totius universi, sequitur illum esse regem totius universi. Apud omnes nationes Sponsus Reginae, rex est, quia in talibus personis habentibus dominium absolutum, maritus sequitur conditionem ejus uxoris; ergo Sponsus nostræ Reginae cujus est proprius universus mundus, est rex totius mundi; ergo omnis creatura in mundo contenta subjecta est illi; propterea omnis creatura subjecta est nostro immaculato Josepho. Christus Dominus a principio suæ conceptionis accepit omnem potestatem hac enim de causa sic agebat discipulis suis: Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra; ergo ipsa hæc potestas congruit nostro immaculato Josepho, tamquam ejus Patri; ergo de facto ipsi data est; ergo demum omnis creatura subjecta est nostro potentissimo Josepho, viro Mariæ et Jesu Patri.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Immaculata Virgo Maria est Regina et Dominica totius universi mundi.* Noster immaculatus Virgo Joseph est rex et dominus totius universi mundi. ¶ Ambo atque dominio proprietates rerum singularium quæ ad alios pertinebant habuerunt de facto jus regnandi super omnia. Ambo....

LECTIO III

Utrum S. Joseph fuerit sine labe conceptus.

Hæc est controversia percelebris cujus in gloriam S. Josephi piam decisionem gravissimi Doctores jam, jam referendi excogitavere. Pro illius solutione præmitto certum esse de fide omnes homines, excepta B. Virgine Maria, maculam originalem contraxisse et de facto contrahere. Ratio est quia Apostolus ad Romanos generaliter dicit: per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et per peccatum mors; ita et omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Et Tridentinum declarans; Non esse suae intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de peccati originali agitur. Beatam et Immaculatam Virginem Mariam, satis ostendit se omnes alios comprehendere. Post declarationem Tridentini in favorem Dei Genitricis, mihi videtur eandem aut similem, nisi fallor, in favorem Patris originalis Jesu revera admitti et defendi posse. Hæc est sententia cujusdam Actoris, cujus, supresso nomine, verba affert S. Bernardinus de Bustis; Utrum autem Joseph ab originali macula præservatus fuerit, ipse Deus novit qui talem sibi in Patrem putativum et gubernatorem humanitatis suae et dilectissimæ Sponsae ac Matris suae purissimæ conjugem super omnes mundi homines elegit.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Postquam ea omnia quae de altissima dignitate nostri immaculati Josephi dixerimus,*Ortum traxit mare gratiarum quod in illum perenne con-

fluxit. ¶ Ergo sine labe originali fuit conceptus.—
Ortum....

—DIA 6 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Expertus quoque est exilium Joseph multos post annos, suaque patientia ac laboribus Christum Jesum, Matremque Virginem servavit incolumes fugiens rabiem Herodis persequentis. Tanta erat humilitas Josephi, ut humillimæ Virginis unicus inter innumeram multitudinem hominum totius orbis Sponsus a Deo immortalis electus fuerit. Si enim Deus beatam Virginem ideo excelsam fecit, quia respexit humilitatem ancillae suae, quare nobis credere fas non est, Sponsum vere humilem, nedum omnium in hominum genus humillimum eidem Virgini copulasse? Nomen Joseph ante Mariae nomen locatur, ut mutua charitas Joseph et Beatæ Virginis præsignetur: quia si Christo propinquior est beata Virgo sanctitate, nec longius distat gloriosis meritis Sanctus Joseph — *Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Joseph ut Sponsus Mariae et Pater Jesus est valde bonus.*Bonus sanctis patribus quia per eum adepti sunt repromissionem. ¶ Et bonus existentibus in purgatorio; quia per eum habent requiem æternam. Bonus....

LECTIO II.

Utrum S. Joseph fuit sine labe conceptus.

Pro solutione sententiae nostrae præmitto quod

LECTIO III

Utrum S. Joseph fuerit sine labe conceptus.

Hæc est controversia percelebris cujus in gloriam S. Josephi piam decissionem gravissimi Doctores jam, jam referendi excogitavere. Pro illius solutione præmitto certum esse de fide omnes homines, excepta B. Virgine Maria, maculam originalem contraxisse et de facto contrahere. Ratio est quia Apostolus ad Romanos generaliter dicit: per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et per peccatum mors; ita et omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Et Tridentinum declarans; Non esse suae intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de peccati originali agitur. Beatam et Immaculatam Virginem Mariam, satis ostendit se omnes alios comprehendere. Post declarationem Tridentini in favorem Dei Genitricis, mihi videtur eandem aut similem, nisi fallor, in favorem Patris originalis Jesu revera admitti et defendi posse. Hæc est sententia cujusdam Actoris, cujus, supresso nomine, verba affert S. Bernardinus de Bustis; Utrum autem Joseph ab originali macula præservatus fuerit, ipse Deus novit qui talem sibi in Patrem putativum et gubernatorem humanitatis suae et dilectissimæ Sponsae ac Matris suae purissimæ conjugem super omnes mundi homines elegit.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Postquam ea omnia quae de altissima dignitate nostri immaculati Josephi dixerimus,*Ortum traxit mare gratiarum quod in illum perenne con-

fluxit. ¶ Ergo sine labe originali fuit conceptus.—
Ortum....

—DIA 6 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Expertus quoque est exilium Joseph multos post annos, suaque patientia ac laboribus Christum Jesum, Matremque Virginem servavit incolumes fugiens rabiem Herodis persequentis. Tanta erat humilitas Josephi, ut humillimæ Virginis unicus inter innumeram multitudinem hominum totius orbis Sponsus a Deo immortalis electus fuerit. Si enim Deus beatam Virginem ideo excelsam fecit, quia respexit humilitatem ancillae suae, quare nobis credere fas non est, Sponsum vere humilem, nedum omnium in hominum genus humillimum eidem Virgini copulasse? Nomen Joseph ante Mariae nomen locatur, ut mutua charitas Joseph et Beatæ Virginis præsignetur: quia si Christo propinquior est beata Virgo sanctitate, nec longius distat gloriosis meritis Sanctus Joseph — *Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Joseph ut Sponsus Mariae et Pater Jesus est valde bonus.*Bonus sanctis patribus quia per eum adepti sunt repromissionem. ¶ Et bonus existentibus in purgatorio; quia per eum habent requiem æternam. Bonus....

LECTIO II.

Utrum S. Joseph fuit sine labe conceptus.

Pro solutione sententiae nostrae præmitto quod

in rebus de quibus nihil habetur certum, aut ex Scriptura, aut ex traditione Ecclesiae, aut ex communi sensu Patrum aut Theologorum, dummodo pietate consonum, si nec bonis moribus obstet, servanda est regula a S. Agustino tradita: Quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, id scias fecisse Deum; atqui vera ratio, etiamque plures rationes revera occurrunt, ad defendendum conceptionem nostri Sanctissimi Josephi esse immaculatam; ergo juxta hanc regulam D. Augustini noster Joseph fuit sine labe conceptus. Ulterius dicere possumus: In obscuris inspicere solet quod verisimilius est; et huic etiam asserto consonat celebris sententia D. Anselmi dicentis: In illis rebus, de quibus diversa sine periculo sentire possunt, nullum puta animae periculum, si sic exponimus divina dicta, ut diversis sententiis favere videamur, neque arbitror reprehendi debere; atqui quaestio nostra circa immaculatam conceptionem S. Josephi est revera obscura, quia in sacris litteris videtur aliqua esse documenta contra nostram sententiam, et alia divina eloquia dicentia, saltem indirecte, conceptionem S. Josephi fuisse immaculatam: Ecce Pater tuus et ego; ergo si Maria tamquam Dei Mater fuit immaculata, noster Joseph tamquam virginalis Dei Pater, oportuit etiam ut esset immaculatus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph autem cum esset justus et omni virtute praeditus audivit de Spiritu Sancto. *Quod est Patri proprium hoc tibi confero ut natum nomen imponas. ¶ Te Joseph laudamus; te immaculatum confitemur. Quod,...

LECTIO III.

Utrum Sanctus Joseph fuit sine labe conceptus.

Probari possit haec nostra conclusio ex Sacra Scriptura dicenti, Mater Jesu, Maria, Joseph, ubi tres sacratissimas Personas Evangelista conjungit, et etiam insinuat juxta graves auctores, conjunctionem earum sicut in nominatione, ita in donis gratiae; nimirum debito ordine superioritatis et inferioritatis. In ordine gratiae, primus est Jesus ut Deus de Deo; secunda est Maria, ut Mater Dei naturalis; tertius Joseph, ut verus virginalis Pater Dei. In ordine gratiae Christus Dominus ita est in gratia liberationis a peccato originali, ut neque illud contraxerit, neque contrahere potuerit; tum quia est Deus, tum ex sua generatione a Matre Virgine, per virtutum Spiritus Sancti, B. Virgo Maria non contraxit peccatum originale, potuit tamen contrahere, et fuit revera ornata plenitudine omnium gratiarum sacratissimae humanitati Domini nostri Jesu Christi non debita; in tertio ordine est S. Joseph, qui minime quidem contraxit peccatum originale quod in illo, nempe, Patre virginali Jesu esset indecentissima macula, sed nullo modo plenitudinem gratiarum suae Sponsae debitam accepit; quamvis ut verus virginalis Pater Dei, ejus gratia accepta, superavit omnino gratiis omnium sanctorum et angelorum; quia ille est rex angelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, virginum et sanctorum omnium.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Desponsata Mater Jesu Maria Joseph,*et ex hoc virginali connubio Virgini Filius nasceretur.

¶ Et Joseph Pater Domini meruit appellari.—Et ex hoc....

—DIA 7 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Fuit Sanctissimus Joseph in sua genealogia sicut anima rationalis Dei unitatem representans. Cognito enim per Josephum in hac genealogia manifestato, excluditur multitudo deorum. Verbum autem Dei respectum dicit ad Deum Patrem producentem, et ad Spiritum Sanctum a Patre et a Filio spiratum, quibus trinitatem divinarum personarum cœlesti lumine hujus genealogiæ illustrati cognoscere possumus. De qua natus est Jesus qui vocatur Christus. Nomine vero Christi, tota exprimitur trinitas divinarum personarum. At divina felicitas utroque nomine Jesu et Christi explicatur. Hæc est enim vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum et quem misisti Jesum Christum.—*Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nostrum divinum Josephum a dilectissimis filiis suis pie invocantibus.*In officio honori suo elaborato. ¶ Numquam nobis deficere certissimum, quia Pater noster est. In....

LECTIO II.

Utrum S Joseph fuit sine labe conceptus.

De Patriarcha Josepho, qui Sancti Josephi fuit typus, dicitur: Deus Patris tui benedicat tibi benedictionibus uberum et vulvæ, ergo Pater Æternus benedixit S. Josepho benedictionibus uberum Mariæ, quæ vere benedicta, erat, quia ipsa B. Virgo po-

tum sui lactis immulsit Domino; unde illa mulier in Evangelio ait; beatus venter qui te portavit et ubera quæ suxisti; ergo etiam noster Joseph fuit benedictus in vulva matris suæ Abigail quæ dedit nobis virginem sine labe originali conceptum; ergo S. Joseph, in Patriarcha Josepho figuratus debuit participare de benedictionibus uberum et vulvæ Mariæ; et quoniam ex his benedictionibus quædam fuit liberatio ab originali peccato, certissime infertur S. Josephum debuisse esse participem hujus, benedictionis in gradu præservationis ab ipso conceptionis momento; ergo noster immaculatus Joseph inter omnes puros homines fuit similior Mariæ juxta Gerson dicentem; B. Joseph inter omnes homines puros similior Virgini gloriosæ: atqui non esset ita similior si non fuisset sine labe conceptus; ergo si inter conjuges quæritur major similitudo tam in nobilitate quam in moribus, et B. Virgo Maria concepta est sine macula originali; noster Sanctissimus Joseph ut verus ejus Sponsus fuit sine macula etiam conceptus juxta illud; Deus Patris tui benedicat tibi benedictionibus uberum et vulvæ. Si de Jeremia dicebatur: antequam exires de vulva sanctificavi te, de nostro Josepho videtur esse dicendum: fuit sine labe originali conceptus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joannes Baptista sanctificatus fuit in utero, quia digito et voce Christum præsentem erat designaturus.*Sanctus Joseph operatus est in omnibus tamquam virginalis Pater Christi. ¶ Ergo Sanctus Joseph qui talia munera obivit fuit sine labe originali conceptus. Sanctus....

LECTIO III.

Utrum S. Joseph fuit sine labe conceptus.

Noster Sanctissimus Joseph cum fuisset sine labe conceptus, ita debuit confirmari in gratia ut nunquam mortaliter peccaverit, numquam venialem peccatum fecerit; numquam minima quidem imperfectione suam sanctissimam animam maculaverit; et semper et pro semper non solum bonum sed etiam optimum in praxim debuit adducere; et sic operare debuit in omnibus diebus vitæ suæ, atque in omnibus operibus, desideriis et actis suis, tum mentis, tum corporis, tum animæ; et quoniam ita semper se gessit omnibus suæ vitæ diebus; ergo est revera immaculatus. Ulterius Maria et Joseph in animæ puritate æquiparantur a theologis, pro quibus omnibus sufficit sapientissimus quidem Joannes Gerson, dicens: Sicut decuit ut Maria tanta puritate niteret, qua sub Deo major nequit intelligi ut ait S. Anselmus, ita decuit ut Joseph tanta prærogativa polleret, quæ similitudinem et convenientiam exprimeret talis Sponsi ad talem Sponsam. Ergo sicut maxime conveniens fuit Deo, ut Maria, quæ erat futura vera Mater, Unigeniti sui præservaretur ab omni peccato etiam originali atque esset plena infinitudine gratiarum sicut Dei genitrici conveniebat, ita maxime conveniens fuit Deo ut Joseph fuisset sine labe conceptus, atque plenus gratia quasi infinita sicut decebat Patri virginali Dei; ergo est immaculatus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Licet inter Mariam et Joseph detur magna disparitas,*tamen ambo esse debuerunt sine labe

concepti. ¶ Atque ambo cum tota illa infinitate gratiæ quæ unicuique decebat. Tamen....

—DIA 8 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Carnis et mentis nobilitate claruit Joseph. Nam ex patriarchali stirpe descendit Abrahæ ditissimi ac suorum descendit. Rationabile est autem tot fuisse fere generationes a quibus descendit Joseph ab Abraham, quot etiam fuerunt beatæ Virginis, quæ quadraginta et una generatione ab eodem descendit Abraham. Familia Joseph fuit domus David, et ab eo distans vigesima octava generatione: humilis et faber electus fuit a Deo in Sponsum beatæ Virginis et Patrem Salvatoris propter exaltandam humilitatem. Nam regio ac patriarchali juncta semini humilitas enarratur, cum Joseph humilis exprimitur de domo fuisse David. Et propter honorandam paupertatem: mirabilior demonstratur esse ipsa paupertas, cum nobilior exemplum paupertatis et humilitatis in Joseph Sanctissimo ostenditur.

—Isid. I.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ille solus o Pater noster divine Joseph,*tuas sileat laudes. ¶ Quicumque ex nostris te fideliter invocans, in necessitatibus suis senserit defuisse.—

Quicumque....

LECTIO II

Utrum S. Joseph fuit sine labe conceptus.

Contra nostram conclusionem asserentem nostrum Josephum fuisse revera immaculatum sine

dubio dici posset; a regula generali conceptionis in peccatum solum inveniuntur excepti: Christus Dominus et ejus Virgo Mater et hoc ipso in ea regula generali includitur S. Joseph, ergo ille sicut ceteri homines in peccato conceptus est. Licet exceptio firmet regulam in contrarium, sed hoc non intelligitur de casibus qui similes sunt exceptis; nam in eis, quamvis specificè et explicite non reperiantur a jure excepti, exceptio non firmat regulam in contrarium; quia potius ab ea propter identitatem rationis excipiuntur, ratio est; Ubi eadem est ratio, idem jus est statuendum, jus rationis, paritatis, proportionis vel similitudinis præcipue in correlativis invenitur. Ut noster Joseph es et conceptus sine macula similem invenimus rationem quia non solum Jesus et Maria sunt ex genere hypostatico verum etiam noster immaculatus Joseph, ita ut juxta Evangelium, sit unus ex sacra familia. Non solum invenimus similem aut eandem rationem sed etiam majorem; quia in terris et Jesus et Maria illi subjecti fuerunt; et de facto omnia agebat sicuti decebat illi qui fuit a Domino constitutus Princeps et Dominus possessionis suae. Ergo gratia immaculatae conceptionis illi concessa fuit propter mangam ejus affinitatem cum Jesu et Maria, et propter altissimum munus ad quod fuit prædestinatus.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Propter fidelium confugium parentes Christi vocari ambo meruerunt.*Et non solum illa Mater, verum etiam ille Pater. ¶ Quod est Patri proprium hoc tibi confero, ut natum etiam nomen imponas—
Et non....

LECTIO III.

Utrum S. Joseph fuit sine macula conceptus.

Quum diceretur certa fide esse tenendum doctrinam illam affirmantem conceptionem Domini nostri Josephi esse immaculatam, forte adversum eam dici posset illud S. Dionysii dictum; Non esse audendum dicere aut cogitare de illa supersubstantiali Deitate, neque de his, quæ ab ejus mera dependent voluntate, præter ea quæ fuerunt nobis expressa in divinis eloquiis. Nobis videtur esse dicendum S. Dionysium tantum loqui de illis rebus, quæ proponuntur ut certa fide teneantur, illae enim debent esse expressæ in Sacra Scriptura, vel ab Ecclesia declarata; nullo modo loqui de illis, quæ licet in Scripturis non declarentur probabilibus tamen rationibus proponi posunt ut pie credantur. Nos autem nequaquam dicimus conceptionem nostri Beatissimi Josephi esse habendam de fide immaculatam, aut ita certam, ut secure negari nequeat sed tantum esse oppinabilem et pie credendam. Ergo conceptio immaculata a primo instanti S. Josephi non solum est quid pendens a mera Dei voluntate, sed videtur minime decuisse nostro Domino Jesu suum virginalem Patrem in peccato fuisse conceptum; atque si hæc doctrina nunc est de numero oppinabilium expressa etiam ex divinis eloquiis dici potest convincentibus rationibus et magna Patrum Ecclesia auctoritate; ergo possumus quidem defendere conceptionem Divi Josephi fuisse immaculatam.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Noster Sanctissimus Joseph Pater erat Christi sola mente.*Sanctissima Virgo Maria erat Mater

Piissima

31

mente et carne. ¶ Parentes tamen ambo et erat Pater ejus et Mater mirantes super iis quæ dicebantur de illo. Sanctissima . . .

—DIA 9 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Sicut laus Mariæ est laus Christi Filii sui, ita laus Joseph in præconium redundat utriusque Jesu, et Mariæ.—*Ger.*—Dignum arbitramur, Josephum ab hominibus valde honorandum, et magna veneratione, venerandaque celebritate, ac celebre festivitate colendum, quem rex regum tot honorum insigniis voluit extollere.—*Card. Cam.*—Nos allicit diva Maria ut Sponsam ejus veneremur et suscipiamus.—*Hier. Quæ.*—Placuit divinæ Sapientiae inclinari novissimis temporibus istis corda multorum ut justus Joseph et Mariæ virginale conjugium esse venerandum solenni cultu Ecclesiae docerent atque promoverent in suis devotis.—*Ger.*—Articuli fidei temporum successione creverunt, non quidem quantum ad substantiam, sed quantum ad explicationem et expressam professionem, atque ad hoc opus elaborandum circa divinum Josephum nos pauperi et miseri Missionarii Josephini in Ecclesia Dei mirabiliter constituti sumus.—*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Coeleste decretum mundo aperuit noster divinus Joseph. *Patris coelestis vices gessit. ¶ Spiritus Sancti arcana, quæ in canticis et prophetis abscondita erant mirabiliter patefecit. Patris . . .

LECTIO II.

Utrum S. Joseph fuit sine macula conceptus.

Propter similitudinem et comparationem inter conjuges Mariam et Josephum etiam dicendum erit: Dominum S. Josephum fuisse ab originali macula præservatum, quia cum Deus, ut constat ex definitione Ecclesiae præservasset B. Virginem Mariam a labe originali ut ejus digna esset Mater, ergo dicendum est etiam præservavisse B. Josephum ut esset dignus Sponsus Mariæ, ac proinde ei similis et idoneus Pater ipsius Dei; cum hæc præsertim Josephi præservatio nec potentiae divinæ, nec ulli Sacrae Scripturae loco, nec quidem Ecclesiae judicio repugnet. Hæc consequentia eo videtur certa, quo constat ex Gersono dicenti: Unde sicut laus Mariæ est laus Christi Filii sui; ita laus Josephi in præconium utriusque redundat, Jesu scilicet et Mariæ. Et sic est adverso dicit Sapientia: quod dedecus Filii est Pater sine honore, similiter dedecus Sponsæ esset Sponsus sine honore derelictus: ergo revera fuit S. Joseph sine labe conceptus. Quia Deus elegit sibi Matrem immaculatam, per similitudinem et comparationem, ita dicendum est Deum sibi elegisse et condidisse Patrem et Nutritium nobiliorem et Sanctissimum qualis fuerit si præservatus esset ab originali macula, sicut Mater Dei ejus Sponsa; quia inter Mariam et Josephum non solum datur similitudo, sed etiam aliqua aequalitas, ita ut juxta Augustinum: Quod Spiritus Sanctus operatus est, utriusque operatus est: ergo si Maria est sine labe concepta, etiam Joseph fuit conceptus sine labe.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Maria est virginalis Mater Dei.*Noster Joseph est etiam virginalis Pater Dei. ¶ Ergo in Maria et Joseph est quaedam aequalitas tanti ad tantum. Noster Joseph....

LECTIO III.

Utrum S. Joseph fuit revera impeccabilis.

Noster Sanctissimus Joseph tamquam sine originali labe conceptus et in gratia confirmatus, fuit etiam revera impeccabilis quamvis juxta Sanctos Patres omnis creatura rationalis in actu existens est peccabilis seu in malum vertibilis atque remoto et ab intrinseco peccabilis; habet enim liberum arbitrium in utramque contradictionis partem vertibile, sed Patres loquuti sunt de ceteris hominibus et nihil dixerunt de nostro Josepho qui est unus inter homines. Dominus noster Jesus Christus, tamquam Deus verus de Deo vero, fuit impeccabilis ab intrinseco, id est, essentialiter, sed noster S. Joseph, sicut ejus Sponsa Maria fuit revera impeccabilis ab extrinseco, ratione, scilicet alienius divini decreti quo numquam inefficax auxilium ei contulit, et sic per gratiam et privilegium suae vocationis fuit revera impeccabilis. Si juxta gravissimos quosdam auctores possibile est aliquam existere creaturam sua ipsa natura impeccabilem, forte tum dici posset quod et Maria et Joseph fuerunt revera impeccabiles, quia ambo sine culpa originali fuerunt concepti fueruntque ambo ita in gratia confirmati ut essent revera impeccabiles numquam possent peccare semperque et in omnibus diebus vitae suae bona non solum sed optima etiam facerent.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Magnus Paulus quamvis sanctificatus in utero persecutus est Ecclesiam Dei.*Ergo noster Joseph fuit sine labe conceptus, fuit confirmatus in gratia. ¶ Fuit revera impeccabilis per gratiam et privilegium suae vocationis et forte sui esse. Ergo....

—DIA 10 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ab infantia crevit, noster divinus Joseph, mecum, miseratio et ab utero egressa est mecum et partim consuetudine: cum sancto sanctus eris. Quam obrem excedit Joseph sanctis propter castam generationem; pulchra est casta generatio cum claritate, immortalis est enim memoria illius, quoniam apud Deum nota est, et apud homines. Joseph est generatio rectorum, et excellit ejus sanctitas gemmis undique circumdata radiantibus. Retro nempe radiat praeclarissima nobilitate; ante profundissima humilitate, supra praestantissima dignitate, infra mundissima peccatorum immunitate, intus virtutum magnificentissima puritate, a dextris erga Deum ardentissima charitate, sinistris in proximum ineffabili pietate.—
Isid. I.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Non potest divinus Joseph oblivisci nos filios suos.*Ille enim revera Pater noster es. ¶ Et de omnibus continuam memoriam habet et necessitatibus nostris continue subvenit. Ille....

LECTIO II.

Fomes peccati fuit omnino in S. Josepho extinctus.

Fomes peccati est qualitas distincta a sensualitate,

est inordinata concupiscentia habitualis, est ipse appetitus sensitivus quatenus hominem in bonum sensibile rationi prorsum contrarium inclinatur. Non est peccatum, quamvis sic fuit appellatum, sed est solummodo effectus peccati et ad peccatum inclinatur et remanet in baptizatis non ut peccemus, sed ut resistamus et resistentes coronemur. In nostro S. Josepho fuit revera extinctus fomes peccati, quia fuit sine labe originali conceptus, quia fuit in gratia confirmatus, quia fuit omnino impeccabilis per gratiam et privilegium suae sanctae vocationis, quia singulare gratiae donum animo suo perpetuo inherens a Deo et Domino suo certissime accepit. Conclusio hæc nostra perfecta admodum congruit Gersoni dicenti; Fomes in actu primo fuit in S. Josepho prorsus extinctus; et etiam Sacrae Scripturae sic dicunt de nostro Josepho: Dilectus meus pacificus, id est, non habens absolute fomitem peccati. Sic etiam Rupertus agebat; Dilectus meus pascitur inter filia, id est inter Mariam et Josephum; quia ipsi revera sunt filia propter eorum virginales nuptias et castissimam cohabitationem. Maria et Joseph sunt duo purissima filia inter quos pascitur purissimus Jesus; et non solum in Maria tanta fuit puritas ut in ea fomes peccati fuerit omnino extinctus sed in Josepho etiam adeo tanta fuit puritas ut fomitem peccati omnino haberet extinctum.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Extrema inter quae medius est Jesus sunt duo filia Maria et Joseph, *ergo si Maria fuit absque fomite peccati. ¶ Etiam absque fomite peccati fuit noster immaculatus Joseph. Ergo....

LECTIO III.

Fomes peccati fuit in S. Josepho revera extinctus.

Non solum fomes peccati necesse fuit, ut omnino esset extinctus in nostro Josepho, quia sine labe originali fuit conceptus, in gratia confirmatus, et impeccabilis per privilegium suae vocationis ad divinam paternitatem; sed etiam extinctus esse debuit, quoniam ipse datus fuit Mariæ ut adiutorium simile sibi. Circa illa verba: faciemus ei adiutorium simile sibi, S. Bernardinus Senensis sic agebat; Quomodo cogitare potest meus discreta quod Spiritus Sanctus tanta unione, conjugii, scilicet, uniret menti tantae virginis aliquam animam nisi ei virtutum operatione simillimam? Unde credo Josephum fuisse mundissimum in virginitate, profundissimum in humilitate, ardentissimum in charitate, altissimum in contemplatione, sollicitissimum in omni salute ad similitudinem ejus Virginis Sponsæ, ut, videlicet, esset adiutorium simile sibi. Et quia noster Dominus Joseph, tum datus fuit in adiutorium simile quoad dona spiritualia et omnes virtutes ad matrimonium pertinentes; hac de causa si noster bonus Joseph multos per annos vixit et confabulatus est cum Virgine, eadem in domo habitabat, cum ea in mensa sedit, duxitque eam in Ægyptum et reduxit, magis ergo habuit pariter de illa, fomitem peccati extinctum, fuit impeccabilis per privilegium, fuit revera confirmatus in gratia et revera sine labe conceptus, alioquin non esset factus adiutorium simile Virgini Mariæ.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Maria semper dilexit Joseph ex toto corde, et

Joseph semper dilexit Mariam ex toto corde. ⁊ Atque ambo dilexerunt se amore ardentissimo, castissimo et sincerissimo, sicut divinis Sponsis decebat, sicut almi parentes Christi. Et Joseph....

—DIA 11 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph pauperem fuisse divitiarum copia, sed nobilem complexionis excellentia, quod est totius nobilitatis fundamentum, et hæc quidem satis superque declarata fuere. Caruit ergo Joseph divitiis, ad vitandam superfluitatem, easque habuit ad necessitatem. Nec opere manuum victum querere repugnat hominis nobilitati, sed ejus sæpenumero vilitati. Nam de nullo nobilitatis genere gloriari debet qui in sudore vultus sui, pane vesci minime valet. Mater enim nobilitatis natura, otium horret et extinguere conatur quantum potest. —*Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinus Joseph omnibus filiis et filiabus suis copiosissima charitate se debitorem fecit.*Omnibus misericordiæ sinum aperuit. ⁊ Et usque ad diem novissimum subvenerit nobis eum invocantibus.—
Omnibus....

LECTIO II

Quanta fuerit sanctitas nostri immaculati Josephi.

Primus inter omnes Sanctos, atque primus in Evangelio fuit canonizatus noster Sanctus Joseph, quoniam ante omnes alios de illius sanctitate solempne testimonium Spiritus Sanctus perhibuit dicens;

Joseph cum esset justus. De hac ergo eximia sanctitate agendum nunc est, cujus ut excellentia pateat præmittere debemus sequentia. Nomen justitiæ aliquando sumitur strictissime pro quadam ex virtutibus cardinalibus, et accipitur etiam pro complexione omnium virtutum, id est, tamquam de virtute universali, sicut agebat. D. Hyeronimus; omnium virtutum species sub uno justitiæ nomine continentur. Cur complexio omnium virtutum appelletur justitia? quia propter omnem actum virtutis adæquatur homo regulæ rationis et legis æternæ; et noster immaculatus Joseph adeo semper hoc modo est operatus, ut semper et pro semper latiori modo semper Dei voluntatem adimplebat. Ergo dicens Matheus; Joseph cum esset justus, dixit illum esse revera primum omnium sanctorum. Nomen justitiæ accipitur etiam pro gratia sanctificanti et pro ardentissima Dei charitate, cujus nominis ratio est, quia charitas et gratia non solum omnes in legem defectiones tollent, quatenus omne delent peccatum, sed etiam promptos nos efficiunt ad legem meritissime adimplendam nosque etiam adæquant supernaturali fini. Cum igitur intelligamus in evangelica canonizatione S. Josephi nomen justus, pro sanctus ex rationibus nuper allatis confestim sequitur ejus sanctitatem esse revera eminentissimam et maximam inter omnes Sanctos.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Fuit in nostro immaculato Josepho maxima virtutis perfectio.*Tum propter excellentiam gratiæ et charitatis abundantiam tum propter eximium conatum in omni exercitio virtuoso. ⁊ Per heroicis

omnium virtutum actus semper fidelissime operabatur. Tum....

LECTIO III.

Sanctus Joseph ita fuit sanctus ut virtutem universam possideret.

Noster immaculatus Joseph fuit justus, non solum justitia particulari, sed etiam universali omnes virtutes complectente. Nostra conclusio probatur ex patribus, nam S. Joannes Chrysostomus loquens de nostro Josepho, inquit; Vocatur justus, id est, justus in omni virtute, quod idem est ac perfectus; est enim iustitia generalis, quæ ex cunctis omnino virtutibus perficitur, juxta quem modum præcipue in Scriptura solet appellari justitia ut cum dixit; Homo justus verax. Et B. Albertus Magnus ait etiam; fuit ergo Joseph ita per constantiam fidelitatis, quantum ad justitiam pertinet, et per virtutem castitatis, quantum ad temperantiam, et excellentiam discretionis, quantum ad prudentiam, et per strenuitatem operationis, quantum ad fortitudinem; et sic in S. Josepho notatur excellentia quatuor virtutum cardinalium; ergo in nostro immaculato Josepho fuit complexus omnium virtutum ac per consequens justitia generalis et de facto universalem possidebat virtutem. Aderat ergo nostro immaculato Josepho libertas animi, maxime robur invictum, pudor eximius, plena justitia in omnibus, modestia Sponsi Dei Genitricis, prudentia summa, sed pietate in Deum verum maxime præstabat; et denique omnes virtutes in corpore et anima eminentiori gradu possidebat.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Fuit Sanctissimo Josepho peccati fomes ex-

tinctus: ejus caro fuit sancta et immaculata.*Ejus caro fuit sancta et immaculata ante carnem Christi, ante carnem Matris Dei. ¶ Quin hoc deroget dignitatem carnis Christi cum ex ejus meritis proveniret Ejus caro....

—DIA 12 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Permisit hanc fluctuationem Spiritus Sanctus ad tempus concuteré Joseph, quatenus a posteris hæc trepidatio vulnus dubietatis amputaret—*Ger.*—Ut nomen Josephi digne in memoria hominum vertatur qui in Patrem Dei putativum assumitur.—*Alb. M.*—Devotio fidelium in Sancto Josepho multiplex ædificatio nomen.—*Ger.*—Jam in partibus occidentis Spiritus Sanctus seminavit in mentibus populorum ut singulares Sancto Josepho exhibeant honores, qua veneratione multa amoveri mala a fide catholica, et pluribus affici bonis fideles non ambigimus meritis ac precibus Sanctissimi Josephi.—*Isid.*—Ipse Joseph est clavis Novi Testamenti.—*S. Bernard.*—Non enim Spiritus Sanctus deficiet a movendis cordibus fidelium, donec omne imperium militantis Ecclesiæ, exultans divinum Josephum nova prosequatur veneratione.—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nomen Jesu imposuerunt Deus, Angelus, Maria et Joseph.*Deus quidem rem nominis præstando. ¶ Angelus predicando, Maria imperando, et Joseph exsequendo. Deus....

omnium virtutum actus semper fidelissime operabatur. Tum....

LECTIO III.

Sanctus Joseph ita fuit sanctus ut virtutem universam possideret.

Noster immaculatus Joseph fuit justus, non solum justitia particulari, sed etiam universali omnes virtutes complectente. Nostra conclusio probatur ex patribus, nam S. Joannes Chrysostomus loquens de nostro Josepho, inquit; Vocatur justus, id est, justus in omni virtute, quod idem est ac perfectus; est enim iustitia generalis, quæ ex cunctis omnino virtutibus perficitur, juxta quem modum præcipue in Scriptura solet appellari justitia ut cum dixit; Homo justus verax. Et B. Albertus Magnus ait etiam; fuit ergo Joseph ita per constantiam fidelitatis, quantum ad justitiam pertinet, et per virtutem castitatis, quantum ad temperantiam, et excellentiam discretionis, quantum ad prudentiam, et per strenuitatem operationis, quantum ad fortitudinem; et sic in S. Josepho notatur excellentia quatuor virtutum cardinalium; ergo in nostro immaculato Josepho fuit complexus omnium virtutum ac per consequens justitia generalis et de facto universalem possidebat virtutem. Aderat ergo nostro immaculato Josepho libertas animi, maxime robur invictum, pudor eximius, plena justitia in omnibus, modestia Sponsi Dei Genitricis, prudentia summa, sed pietate in Deum verum maxime præstabat; et denique omnes virtutes in corpore et anima eminentiori gradu possidebat.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Fuit Sanctissimo Josepho peccati fomes ex-

tinctus: ejus caro fuit sancta et immaculata.*Ejus caro fuit sancta et immaculata ante carnem Christi, ante carnem Matris Dei. ¶ Quin hoc deroget dignitatem carnis Christi cum ex ejus meritis proveniret Ejus caro....

—DIA 12 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Permisit hanc fluctuationem Spiritus Sanctus ad tempus concuteré Joseph, quatenus a posteris hæc trepidatio vulnus dubietatis amputaret—*Ger.*—Ut nomen Josephi digne in memoria hominum vertatur qui in Patrem Dei putativum assumitur.—*Alb. M.*—Devotio fidelium in Sancto Josepho multiplex ædificatio nomen.—*Ger.*—Jam in partibus occidentis Spiritus Sanctus seminavit in mentibus populorum ut singulares Sancto Josepho exhibeant honores, qua veneratione multa amoveri mala a fide catholica, et pluribus affici bonis fideles non ambigimus meritis ac precibus Sanctissimi Josephi.—*Isid.*—Ipse Joseph est clavis Novi Testamenti.—*S. Bernard.*—Non enim Spiritus Sanctus deficiet a movendis cordibus fidelium, donec omne imperium militantis Ecclesiæ, exultans divinum Josephum nova prosequatur veneratione.—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nomen Jesu imposuerunt Deus, Angelus, Maria et Joseph.*Deus quidem rem nominis præstando. ¶ Angelus predicando, Maria imperando, et Joseph exsequendo. Deus....

LECTIO II.

Sanctus Joseph fuit omnino justus propter ejus ardentissimam charitatem.

Noster immaculatus Joseph fuit justus justitia accepta pro charitate supernaturali et gratia sanctificante, sanctitate nimium eximia et perfectissima. Ex scriptura nostra probatur conclusio, nam dicit Christus Dominus; Quicumque potum daret uni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ non perdet mercedem suam, ergo qui in nomine Christi fecerit opera misericordiæ accipiet mercedem gratiæ, eo majorem quo excellentiora fuerint opera; ergo qui ipsi Christo fecerit opera misericordiæ excellentissima accipiet mercedem gratiæ eximiam et perfectissimam. Fuit etiam noster immaculatus Joseph omnino justus, quia B. Virgo suis orationibus impetravit illi auxilia gratiæ efficacissimæ et adeo extensa ut esset omnino justus per gratiam eximiam et perfectissimam. Deus juxta D. Thomam, tribuit unicuique sanctitatem et gratiam adæquatam muneri ad quod illum elegit, et quoniam Joseph electus fuit a Deo ad altissimum munus virginalis Patris Dei et dignissimi Sponsi Mariæ, ad quod obeundum dignissime summa egebat gratia et sanctitate; ergo fuit revera justus propter ardentissimam ejus charitatem; ergo fuit impeccabilis tamquam confirmatus in gratia; ergo tamquam sine labe originali conceptus fuit primus inter omnes propter ejus eximiam sanctitatem.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Tota conjugum Mariæ et Josephi vita, *Fuit celestis atque divina. † Spiritus Sanctus fuit am-

borum conjugalior amor, quorum utique conversatio erat in cœlis. Fuit. . . .

LECTIO III.

Sanctitas nostri Josephi fuit major sanctitate omnium sanctorum.

Nostra hæc conclusio est revera juxta plures auctores, atque est etiam pium asserere sanctitatem nostri immaculati Josephi fuisse maiorem sanctitate omnium sanctorum. Videamus enim quid de illa sentiat eximius Suaresius: In hac comparatione non existimo temerarium, neque improbabile, sed pium potius et verisimile, si quis fortasse opinetur S. Josephum reliquos omnes gratia et sanctitate, antecellere, quia ex Scriptura nihil est quod repugnet, neque in Patribus aliquod reperio. Et si quæ sunt generales locutiones, quibus Apostolos Josepho præferre videantur, intelligi potest eas facere comparisonem cum aliis sanctis et non excludere speciale aliquod privilegium et præsertim loqui de posterioribus sanctis, non vero de iis omnibus, qui cum Christo vixerunt et ipsis adeo apostolis cœvi fuerunt; ergo sanctitas nostri immaculati Joseph fuit major sanctitate omnium sanctorum. Altera ratio assignatur a Divo Thoma; Quanto aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere tanto magis participat effectum illius principii. et quia noster immaculatus Joseph plus quam alii omnes sancti accedit ad Jesum et Mariam, principium gratiæ et collum omnis plenitudinis gratiæ Christi; sequitur exiunde revera illum quia magis fuit particeps effectuum gratiæ, majorem gratiam accepisse quam ceteri omnes sancti, ita ut si Jesus est caput gratiæ et Maria collum gratiæ, noster immaculatus Joseph

est corpus continens multitudinem infinitam omnium gratiarum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster Dominus Joseph quia propinquior Verbo incarnato et Deigenitrici. *Abundantiorem gratiam præ omnibus accepit, ¶ Tum propter consanguinitatem, tum propter conjugale vinculum, tum propter munus paternum. Abundantiorem . . .

—DIA 13 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Verum Sanctum Josephum fuisse immaculatum in sua conceptione esse saltem de numero opinabilem aut pie credendum; quia omnis sanctificatio in utero fuit aut propter sanctificati excellentem dignitatem futuram; aut quia ad Christum Sanctum sanctorum ordinabatur; sed utrumque in sancto excelluit Joseph; ipse enim justus fuit, et supra cunctus viros ordinatus fuit prius et immediatus ad Christum. Hieremias in utero sanctificatus legitur, propter expressiorem prophetiam de Christo venturo: ergo pariter Sanctus Joseph potest asserti sanctificatus et etiam immaculatus in sua conceptione, propter expressissimam Christi notitiam, quam habuit supra cunctos viros.—*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Et revera circa nos naturalis gratiæ inclinatio in Josephum. *Propter nostram sanctam vocationem. Ut cor nostrum affectu singulari semper ei hæreat, tanquam Patri. Propter . . .

LECTIO II.

Sanctitas nostri Josephi fuit maior sanctitate apostolorum, et Joannis Baptistæ.

Quamvis D. Thomas, loquens de sanctitate apostolorum sic ait; Abundantior fuit gratia Apostolorum, ita ut appareat temeritas illorum, qui aliquos sanctos præsumant comparare Apostolis in gratia et gloria, et nullo modo aliquis sanctus potest Apostolis comparari neque adæquari; sed nos dicere debemus censuram D. Thomæ non esse universaliter et absque ulla exceptione faciendam: quia si loquens de Joanni Baptista ait; Apostoli non merito sed officio tantum Novi Testamenti sunt majores Joanne, ergo Joannes major est Apostolis merito, id est sanctitate, ergo Divi Thomæ censura non debet universaliter accipi. Quamvis Patres Ecclesiæ ajunt; Joannes magnus erat homo et adeo magnus homo ut quisque illi superior esset, Deus esset. Joannes præcellit cunctis eminent universis, antecedit prophetis, supergreditur patriarchas, et quisque de muliere est inferior est Joanne. In cælo non est minor Joannes Apostolis, immo etiam illis major; ergo sanctitas Joannis fuit major sanctitate Apostolorum; ergo etiam sanctitas nostri immaculati Josephi fuit major sanctitate Joannis Baptistæ; nemo enim dubitat, excellentius habuisse munus et majorem opportunitatem ut cresceret in gratia et charitate quia officium S. Josephi neque veteris, neque Novi fuit Testamenti, sed utriusque auctoris Domini nostri Jesu Christi qui fuit in utroque unus; ergo in generali locutione de aliis non debet intelligi S. Josephum esse quoque comprehensum.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Beata Virgo omnes omnino sanctos certissime superat.* Noster immaculatus Joseph superat etiam absque ulla exceptione. V. Si Maria est regina totius universi, noster immaculatus Joseph est rex sanctorum omnium, atque apostolorum et prophetarum.— Noster....

LECTIO III.

Utrum Dominus S. Joseph fuit sine labe conceptus.

Locutiones Pauli intellectae de omnibus hominibus et Patrum Ecclesiae circa generalem propagationem peccati originalis etiamque verba Tridentini definiunt certum esse de fide omnes omnino homines, excepta B. Virgine Maria, maculam originalem contraxisse et adhuc contrahere. Hujus declarationis ratio est quia Apostolus ad Romanos ait; Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et per peccatum mors, ita ut omnes homines mors abripiat quia omnes peccaverunt; sed cum dicat ipsummet concilium suae non esse intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agit, B. Virginem Mariam, ergo etiam potuit esse mentis ejusdem concilii non comprehendere nostrum Sanctissimum Josephum.—I. Quia ubi est Maria, ibi esse debet ejus Sponsus Joseph.—II. Quia falsum est in nostro casu ubi lex non distinguit nec nos distinguere debemus, quia noster Joseph ita est privilegiatus, ut sit verus virginalis Jesu Pater, generavit, enim illum propter suum Incarnationis consensum, tamquam verus Pater semper perfectissime operavit cum illo vivens semper aluit, defendit et protegit.—III. Quia cum fecerit concilium exceptionem

B. Virginis Mariae nolis etiam videtur esse faciendum in honorem ejus Sponsi Josephi. Ergo in generali locutione de omnibus hominibus in peccato originali perditis, non intelligere debemus comprehensum nostrum immaculatum Josephum, sed potius exclusum, non enim credibile videtur quod Christus Dominus eum etiam includere voluerit. Ergo ratio legis est in nostro immaculato Josepho, ergo noster Joseph cum inter omnes homines nobilissimus sit, fuit revera sine labe conceptus.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Omnes Doctores affirmant,* ea quæ magna sunt et notabilia nisi de iis expressa fit mentio, nulla verborum generalitate includuntur. Ergo noster Sanctissimum Joseph est revera sine labe originali conceptus, quia expresse non est nominatus. Ea quæ magna....

—DIA 14 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quis enim in novissimis, et etiam in nostris temporibus prohibeat catholicum Romano obsequentissimum Pontifici argumentis inquirere incognitam divini Josephi sanctitatem? V. di ego theologos, beatum Joseph haud magni facientes, qui si ex dictis evangelicis argumentari voluissent magnitudinem meritorum ejus, cogentes in obsequium Christi intellectum suum, potius exclamavissent dicentes: Magnus est profecto Joseph Sanctissimus, quia ut Sponsus Mariae et Pater Christi, revera immaculatus in sua conceptione esse debebat; et sicut sol

lucet inter perpetuas aeternitates natura, conjugio, officio, dignitate et obsequio, Patres omnes Testamenti Veteris tantum superans, quantum apud filium praestat auctoritate Pater magis quam servus.—
Joseph.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ex visitatione, consortio et devotione cum nostro immaculato Josepho. *Unusquisque ex nobis ingenue fatetur. Venerunt mihi omnia bona, pariter cum illo. Unusquisque. . . .

LECTIO II.

Voluit occulte dimittere Mariam, quia Dei genitricem videbat.

Ait Evangelium de nostro immaculato Josepho; Cum esset justus et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam, ac proinde nullam habuit suspicionem contra Beatissimae Virginis puritatem, quia hujusmodi suspicio attentis omnibus circumstantiis ei omnino erat impossibilis tum quia noster immaculatus Joseph habuit plura et gravia fundamenta, ex quibus colligeret ejus Sponsam Mariam gravidam Deum concepisse ex Spiritu Sancto, cum quia probabile est et forte certum atque certissimum mysterium Incarnationis Domini nostri Jesu Christi, operatum fuisse post consensum Josephi; quia etiam S. Joseph et B. Virgo fuerunt consobrini in gradu primi, id est Filii duorum fratrum, Sancta Anna erat enim soror Jacobi patris Josephi quia idcirco novit, magna miracula quae Virginis nativitatem praecessere; ac demum quia eam voluit dimittere post visitationem, audivit ex ipso prophetantis ore; Benedictus fructus ventris

tui, atque etiam, unde hoc mihi ut Mater Domini mei veniat ad me, et celeberrimum divinæ ejus Sponsæ Magnificat. In quibus verbis clare exprimebatur conceptio Dei in utero suæ Sponsæ Virginis. Quia noverat Scripturam dicentem. Egredietur virga de radice Jesse et revera sciebat illam Virgam esse Mariam ut expresse ait S. Benignus; Videbat Joseph, gravidam quam noverat castam, et quia legerat; Egredietur virga de radice Jesse unde novit Mariam, duxisse originem legerat etiam ecce Virgo concipiet, non diffidebat hanc prophetiam in ea esse adimplendam. Et impleta quidem est in meipso, aiebat: nam in mea desponsatione cum Maria arida Virga in mea manu effloruit. Et certe quia Maria fuit Virga, et fuit in manu Josephi tradita in matrimonio. Atque haec omnia utpote mundo osculo et corde propter suam puritatem Joseph satis intelligebat.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ergo voluit Joseph occulte dimittere Mariam, *Quia Dei genitricem videbat. V Ergo noster immaculatus Joseph attentis his omnibus nullam suspicionem aut dubitationem habuit. Quia. . . .

LECTIO III.

Voluit occulte Joseph dimittere Mariam cum esset justus.

Noster immaculatus Joseph magna cum admiratione, stupore ac timore habitandi cum Matre Dei ob ejus profundissimam humilitatem, voluit eam dimittere cum esset justus, ita ut noster immaculatus Joseph voluit dimittere Mariam propter hanc unicam causam, id est, quod esset justus nempe

formaliter humilis; ergo ex ipso Evangelio constat voluisse nostrum Josephum dimittere Mariam propter humilitatem. Alphonsus Salmeron sic ait; Joseph autem vir ejus cum esset justus, id est, humilis et demisse ac modeste de se sentiens. Ergo juxta Evangelium Joseph voluit dimittere Mariam quia erat humilis. S. Bernardus inquit; Quare Joseph eam voluit dimittere? Accipe et in hoc non meam sed Patrum sententiam. Propter hoc Joseph voluit eam dimittere, propter quod Petrus Dominum a se repellebat dicens: exi a me, Domine, quia homo peccator sum; propter quod Centurio eum a domo sua prohibebat, cum diceret; Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum. Tali et tantae Virgini, ajebat Joseph, non sibi esset amplius præstandum familiare contubernium, ejus supra se mirabilem expavescebat dignitatem. Videbat et horrebat divinam præsentiam: extorruit nimium, Joseph hujus tanti miraculi novitatem, et mysterii profunditatem et ideo voluit occulte dimittere eam. Cum vere esset humilis corde noster immaculatus Joseph, voluit occulte dimittere Mariam, quia ex facie Virginis, ait. Bustus, egrediebatur quidam splendor, tamquam si sol fuisset in lucerna crystallica. Ergo voluit occulte dimittere Mariam propter profundissimam ejus humilitatem.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Hoc testimonio Mariæ est, quod Joseph sciens illius divinam maternitatem. *Tum voluit occulte dimittere eam admirans tamquam Dei genitricem, ¶ Tum eam honorat, laudat et glorificat in sæcula sæculorum, Tum....

—DIA 15 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Divum Josephum præstanti corpore, ut animi virum præclarissimi decet, ornatum fuisse. Omnes viri qui figuraverunt figura Joseph in Sacra Scriptura pulchri: ergo Joseph pulcher fuit. Item corpus ordinatur ad animam, ita quidem animæ nobiliori debetur corpus nobilius; ergo pulchritudo corporis sequitur ad pulchritudinem animæ. Opera Dei sunt perfecta et Sponsa Sponso debet esse similis; beata autem Virgo fuit pulcherrima, ergo Joseph Sponsus ejus. Castitas et virginitas laudabilior est in pulchris; ergo Sanctus Joseph pulcher, cujus virginitas laudatissima extitit. Pulchra et perfecta societas dedecoratur per deformitatem unius; sed societas Christi, et beatæ Mariæ et Joseph fuit pulchra, et perfecta; ergo Sanctum pariter Joseph pulchrum fuisse asserendum est.—*Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Respicimus divinum Josephum sicut ad rerum causam. *Illi qui in cælo sunt ut restaurentur, et qui in inferno ut eripiantur. ¶ Et omnes ex nobis qui eum sequuntur ut glorificentur. Illi....

LECTIO II.

Voluit occulte dimittere eam, ut nemo sciret se esse virginalem Patrem Dei.

Plenissime certior est factus noster immaculatus Joseph de mysterio Incarnationis peracto in virginali utero suæ purissimæ conjugis, plenissime certior etiam de dignitate virginalis Dei genitricis;

plenissime certior de dignitate virginalis Patris Dei, quia per suum consensum et ad modum unius, Dei genitrix erat revera ejus Sponsa ac demum de ejus munere circa Virginem adducendam sacerdotibus quum esset Mater prommissi Messiae. Ergo si Maria ejus Sponsa erat virginalis Dei Mater, noster Joseph ejus Sponsus erat etiam verus virginalis Dei Pater; et hoc ita factum est non modo coram hominibus verum etiam coram Deo; propterea agebat S. Augustinus; Non solum debuit esse Pater Joseph, sed maxime debuit, major puritas confirmet paternitatem ne ipsa S. Maria, nos reprehendat. Quod Spiritus Sanctus operatus est, utrisque operatus est et in amborum justitia requiescens, ambobus filium dedit, sed in eo sexu cui parere decebat operatus est hoc, quod etiam marito nasceretur. Cur noster immaculatus Joseph noluit eam sacerdotibus traducere? Quia erat iustus, id est, quia erat humilis, propter quam humilitatem volebat Mariam honorari sicut Dei genitricem; ipse vero noluit apparere sicut Dei Pater, propter quod eam voluit occulte dimittere. Sed ille, qui vere humiles corde exaltat, misit Angelum, qui ei diceret; Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est de Spiritu Sancto est.

Noe haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Voluit occulte dimittere Mariam, ut nemo sciret se esse virginalem Patrem Dei. *Maria tua Sponsa pariet Filium, quem Spiritus Sanctus ambobus dedit. ¶ Et vocabis nomen eius Jesum, ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Maria, . . .

LECTIO III.

Sacra Familia meruit de condigno esse
—*Sacra Familia.*—

Meritum est obsequium factum alteri quod potest ex se movere ad alienius muneris retributionem et meritum de condigno est illud, quod habet aequalitatem mathematicam virtualementem seu virtutem cum praemio, et hoc est mathematicae tantum quantum exigit meritum. Haec est D. Thomae optima explicatio: Gratia Spiritu Sancti si non est aequalis gloriae in actu, est tamen aequalis in virtute, sicut et semen arboris in quo est virtus totius arboris. Atqui Jesus, Maria et Joseph habuerunt aequalitatem mathematicam virtutum seu virtutem cum praemio, id est, per suam cooperationem perfectissimam in suo genere; ergo Jesus, Maria et Joseph, scilicet, Sacra Familia meruit de condigno esse Sacra Familia. Meruit de condigno sacra humanitas Demini Nostri Jesu Christi, quia in primo sui esse momento accepit gratiam revera infinitam, atque semper operata est in omnibus infinita perfectione; quia in Domino Nostro Jesu Christo Deus erat homo, et homo erat Deus; ergo sacra humanitas Verbo unita meruit de condigno esse Deus. Maria a primo sui esse instanti fuit immaculata et gratia data est illi pene infinita, et quoniam semper et in omnibus operata est multiplicans illam pene infinitam gratiam; ergo de condigno divinam meruit maternitatem: Joseph immaculatus etiam atque etiam a primo sui esse instanti accepit a Deo immensum gratiarum thesaurum suae revera dignitati debitum ut de facto posset esse dignissimus Pater Dei virginalis, et cum semper et in om-

nibus ejus operibus fecerit multiplicans hanc ipsam gratiam cum perfectione rerum vere mathematica, ergo meruit de condigno esse virginalis Dei Pater, et unus ex Sacra Familia.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sacra Familia meruit de condigno esse Sacra Familia. *Jesus operatus est semper sicut Deus. ¶ Maria et Joseph semper operati fuerunt cum tota illa mathematica perfectione quæ convenit almīs parentibus Christi. Jesus....

—DIA 16 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ita desposatio Mariæ cum Josepho fuit utilis duodecimo; et in primis ut parentes spirituales omnium fidelium ostendantur.—*Alb. M.*—Ad Joseph ultima sed optima promissio Salvatoris facta est.—*Rup.*—Gentis fulcimentum in custodia Domini.—*Alb. M.*—Ad omnia itinera suos fuit Sanctissimus Joseph filius zelotes, filius zelotes ad salvandas gentes.—*Rup.*—Cum Christus haberet claves paradisi et unam dedit Matri suæ, dedit et unam suo Joseph.—*Bern. de B.*—Tota celestis curia ipsum Josephum tamquam thesauri Domini Christi custodem et ministrum fidelissimum honorat colit. et veneratur.—*Amad.*—Joseph potentia Regis potens.—*Rup.*—Joseph quem Regina cælorum Sponsam amantissimum adhuc clamat.—*Isid. I.*—Confidit in Maria cor viri sui Josephi, et spoliis non indigebit.—*Sala.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

In sola nominis impositione revera ostendit Joseph. *Superioritatem veram et quasi legale dominium. ¶ Tum circa Sponsam suam Mariam, tum circa Filium suum Jesum. Superioritatem....

LECTIO II

Noster immaculatus Joseph meruit de condigno
—*Paternitatem Dei.*—

Concedendum est nostro immaculato Josepho, juxta Doctores, id, quod ipsi est laudabilius, nempe meruisse de condigno Dei Paternitatem, quia a Deo vocatus est ut esset revera verus virginalis Dei Pater, quia ab ipso Deo thesaurum immensam gratiæ accepit, ita ut esset omnino justus, quia semper et in omnibus suæ vitæ diebus operatus est juxta omnimodam perfectionem ab accepta gratia provenientem, ergo dicendum est nostrum immaculatum Josephum meruisse de condigno paternitatem Dei. Aliunde dicere possumus; Si Deus per opera honesta, sancta, divina cœlestia ordinasset S. Josephum ad præmium Dei Paternitatis, ex facto talis præmii sub talium operum conditione, illa essent de condigno meritoria talis præmii, atqui Deus non solum poterat ordinare opera Sancti Josephi, sed de facto ordinavit in favorem sui parentis, ergo dicentium est ipsum meruisse de condigno illam Dei Paternitatem. Denique possumus etiam dicere; Merita quæ sunt a persona digna præmio sunt condigna respectu, talis præmii, sed merita nostri immaculati Josephi fuerunt ita excellentiora sub omni respectu, ut ille factus fuerit persona dignissima Dei paternitate, ergo fuerunt respectu paternitatis Dei. Ergo noster im-

maculatus Joseph de condigno meruit paternitatem Dei.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Merita nostri Josephi sunt merita pertinentia ad ordinem hypostaticum.*Utpote immediate exercitata circa personam Verbi Divini. ¶ Ergo sua merita sunt aequalia Paternitati Dei; ergo meruit eam de condigno. Utpote....

LECTIO III.

Joseph resurrexit cum Domino resurgente et cum ipso in corpore et anima coelos ascendit.

Quando Christus Dominus resurrexit, multa corpora sanctorum surrexerunt, et juxta plures auctores cum D. Thoma ita surrexerunt ad vitam immortalem, ut non iterum morituri essent; sed ascensuri uti factum est ad coelos cum corpore et anima. Atque hæc omnia ita facta sunt ut verum testimonium de vera Christi resurrectione proferrent cognitum enim fuit illos vere resurgere, et vivere cum Christo, quia ad coelos ascenderant corporaliter. Ratio juridica eandem veritatem demonstrat; nam beneficium imperatoris, quod a divina, scilicet, indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debet; ergo noster immaculatus Joseph resurrexit cum Christo Domino resurgente, et cum ipso in corpore et anima ad coelos ascendit. Probatur etiam nostra conclusio ex facto S. Bernardini Senensis, qui, uti refert Pater Fr. Andræas de Soto, nostram conclusionem Paduæ publice prædicavit et tum super eum descendit et apparuit crux fulgentissima. Ipse Pater sic ait; Pie quidem credendum est quod piissimus Filius Dei Jesus pari privilegio decoravit suum Patrem, sicut suam

Sanctissimam Matrem; ut sicut illam assumpsit in coelum in corpore et anima gloriosam, sic etiam in die resurrectionis suae Sanctissimum Josephum secum assumpsit in coelum. Recogitet, oro, ait Gerson, pius animus si Joseph iustus putandus sit unus ex illis suscitatis in die dominicæ resurrectionis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster immaculatus Joseph Mariæ apparuerit charissimæ Sponsæ, qui eam consolatus est,*qui, Christo in coelum ascendente, simul et ascendit glorificatus. ¶ Non dubium in anima, et certissime in corpore, ascendit in coelum. Qui, Christo....

—DIA 17 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Nobilissimæ paternitatis dono insignitus fuit Joseph: ergo habuit conditiones nobilissimæ paternitatis, inter quas enumeratur virginitas, quæ paternitati divinæ convenit; ergo Joseph fuit virgo; ergo pariter Joseph virginem omnino credere fas est, cui commissa fuit gubernatio et cura Dei immortalis caro facti. —*Isid. I.*—Certum est Joseph virginitatem fuisse nobiliorem, gratiorem, utiliorem, gloriosiore, ac mirabiliorem quam fuerit angelorum virginitas.—*Alb. M.*—Novum Testamentum virginitatem consecrat et supra conjugatos reponit; sed Sanctus Joseph primus est, quem Sacri Novi Testamenti pagina justum predicat; ergo rationabiliter arbitramur illum fuisse virginem.—*Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

maculatus Joseph de condigno meruit paternitatem Dei.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Merita nostri Josephi sunt merita pertinentia ad ordinem hypostaticum.*Utpote immediate exercitata circa personam Verbi Divini. ¶ Ergo sua merita sunt aequalia Paternitati Dei; ergo meruit eam de condigno. Utpote....

LECTIO III.

Joseph resurrexit cum Domino resurgente et cum ipso in corpore et anima coelos ascendit.

Quando Christus Dominus resurrexit, multa corpora sanctorum surrexerunt, et juxta plures auctores cum D. Thoma ita surrexerunt ad vitam immortalem, ut non iterum morituri essent; sed ascensuri uti factum est ad coelos cum corpore et anima. Atque hæc omnia ita facta sunt ut verum testimonium de vera Christi resurrectione proferrent cognitum enim fuit illos vere resurgere, et vivere cum Christo, quia ad coelos ascenderant corporaliter. Ratio juridica eandem veritatem demonstrat; nam beneficium imperatoris, quod a divina, scilicet, indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debet; ergo noster immaculatus Joseph resurrexit cum Christo Domino resurgente, et cum ipso in corpore et anima ad coelos ascendit. Probatum etiam nostra conclusio ex facto S. Bernardini Senensis, qui, uti refert Pater Fr. Andræas de Soto, nostram conclusionem Paduæ publice prædicavit et tum super eum descendit et apparuit crux fulgentissima. Ipse Pater sic ait; Pie quidem credendum est quod piissimus Filius Dei Jesus pari privilegio decoravit suum Patrem, sicut suam

Sanctissimam Matrem; ut sicut illam assumpsit in coelum in corpore et anima gloriosam, sic etiam in die resurrectionis suae Sanctissimum Josephum secum assumpsit in coelum. Recogitet, oro, ait Gerson, pius animus si Joseph iustus putandus sit unus ex illis suscitatis in die dominicæ resurrectionis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster immaculatus Joseph Mariæ apparuerit charissimæ Sponsæ, qui eam consolatus est,*qui, Christo in coelum ascendente, simul et ascendit glorificatus. ¶ Non dubium in anima, et certissime in corpore, ascendit in coelum. Qui, Christo....

—DIA 17 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Nobilissimæ paternitatis dono insignitus fuit Joseph: ergo habuit conditiones nobilissimæ paternitatis, inter quas enumeratur virginitas, quæ paternitati divinæ convenit; ergo Joseph fuit virgo; ergo pariter Joseph virginem omnino credere fas est, cui commissa fuit gubernatio et cura Dei immortalis caro facti. —*Isid. I.*—Certum est Joseph virginitatem fuisse nobiliorem, gratiorem, utiliorem, gloriosiore, ac mirabiliorem quam fuerit angelorum virginitas.—*Alb. M.*—Novum Testamentum virginitatem consecrat et supra conjugatos reponit; sed Sanctus Joseph primus est, quem Sacri Novi Testamenti pagina justum predicat; ergo rationabiliter arbitramur illum fuisse virginem.—*Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster divinus Joseph electus fuit sicut sol.* nullus ex filiis suis est super quem sol immaculati Josephi non luceat. ¶ Et super quem ejus misericordia non resplendat. Et. . . .

LECTIO II.

S. Joseph sedet in caelo a dextris Jesu. .

Juxta gravissimos quidem auctores fidem habentes eximio auctori quo ordine Jesus, Maria et Joseph nominantur a D. Matheo dicenti; Mater Jesu Maria Joseph, eodem etiam sedent in coelesti gloria et Dei visionis participant nam in Scriptura aliquod habet proculdubio mysterium hic modus Sacrae Familiae nominandae, ergo noster immaculatus Joseph sedet in coelo prope Christum Dominum et immediate post Mariam in altissimo gloriae throno est collocatus, ita ut omnes alios Sanctos longe, post se relinquat. S. Bernardinus Senensis ait etiam; Sicut illa Sacra Familia, scilicet, Christus, Virgo et Joseph in laboriosa vita et amorosa gratia, simul vixerunt in terris, sic nunc in amorosa gloria corpore et anima regnant in coelis. Itemque Pater Barradas suo tempore circa hanc veritatem agebat; Quanta autem in coelo gloria fulgeat Joseph, docet Gerson his verbis: collocatus est a dextris Jesu, hoc est, in potioribus donis suis; hac de causa in sermone de nativitate agebat; Profecto si non mentiebatur Jesus, ille proximior videtur collocandus in coelis, qui in ministerio fuit vicinior, observantior atque fidelior et post Mariam inventus in terris. Ergo nunc noster immaculatus Joseph cum B. Virgine super choros angelorum praemium accipit; ergo nullus sanctorum est in coelis sicuti noster Joseph; ergo ille est major omnibus sanctis atque etiam omnibus angelis, et solum

inferior B. Virgini Mariae; ergo nostra conclusio in Scriptura et peritissimis Ecclesiae Doctoribus constat; ergo revera noster immaculatus Joseph sedet in coelo a dextris Jesu.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quo magis quis accedit ad lucem Jesu, magis illuminatur ab illo lumine gloria.* Ergo in nostro Josepho magis est visio beatifica seu gloria essentialis quia magis accedit ad Jesum. ¶ Ergo sedet in coelo a dextris Jesu, et sublimiorem thronum occupat. Ergo. . . .

LECTIO III.

S. Joseph habet in caelo speciale decoramentum virginalis Patris Dei.

Præter gloriam essentialem stantem in visione clara Dei datur in coelo aliquibus beatis alia gloria accidentalis, quæ vocatur corona aureola, ad distinctionem gloriae essentialis, quæ vocatur corona aurea. Quod ita pulchre explicat D. Thomas dicens; Quum aureola importet quandam et singularem excellentiam praemii necesse est ut praesupponat auream, sicut comparativus supponit positivum; et hoc figuratur in Exodo ubi dicitur: Facies super coronam auream alteram aureolam, id est, Virginis, Martyris, Doctoris et professi in Sacra religione. Noster immaculatus Joseph habuit quidem aureolam martyris, quæ datur patientibus persecutionem propter justitiam, et S. Joseph passus fuit persecutionem propter Christum, qui pro nobis factus est justitia, et suam ipsius animam pertransivit gladius. Habuit revera aureolam Virginis quia semper Virgo fuit, emisitque etiam virginitatis votum, quamque ad mortem usque

incolumen servavit. Meruit denique Doctoris, quia fere semper in manibus Christum portavit, eumque aliis ostenders, tum quia saepe adventum Messiae Ægyptis, anuntiavit; sed noster immaculatus Joseph habet in coelo speciale decoramentum, Virginalis Patris Dei, et sicut B. Virgo Maria habet in coelo ratione, Maternitatis Dei, speciale decoramentum, quo dignoscatur tamquam Regina omnium sanctorum; sic etiam immaculatus noster Joseph, ratione paternitatis Dei, habet etiam speciale decoramentum, quo ut Pater Dei dignoscatur, tamquam Rex sanctorum omnium. Ergo in coelo fulget super Josephi caput triplex martyr, virginis et Doctoris aureola, atque etiam specialis Patris Dei aureola.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Alia claritas solis, alia lunæ et alia stellarum,* ita ut claritas solis omnes alias claritates excedit. ¶ Noster immaculatus Joseph excedit in coelo claritatem omnium sanctorum, tum lumine gloria tum visione Dei. Ita ut....

—DIA 18 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Dum vir, dum Pater Joseph orat uxorem et natum velut imperium reputatur.—*Ger.*—Divinus Joseph habet magnam jurisdictionem ad impetrandum gratias suis devotis.—*Ber. de B.*—Joseph exemplum prælatorum Ecclesie.—*Alb. M.*—Quisnam vir animæ est? Plane vir Mariæ Josephus.—*Paul. de P.*—Sume igitur Domine, peculiarem tuum protectorem, amicum bonum, intercessorem potentem Sanctum

Joseph.—*Ger.*—Nota quod invenitur cum Maria Virgine et Joseph.—*Bon.*—Qui pascitur inter lilia: vere ambo lilia pro virginalibus nuptiis et cohabitatione castissima fuerunt Maria et Joseph.—*Rup.*—Quærendus est Jesus socialiter cum Maria et Joseph.—*Beda.*—Ad laudandum Sanctum Joseph omnia membra nostra in linguas convertenda essent.—*Thom. de T.*—Fidelissimus promotor salutis meæ. O ingue nutrimentum spei meæ.—*Thom. à J.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Facile colligitur divinum Josephum supremam ac incomparabilem dignitatem habuisse.*Ex eo solum quod. ¶ Christus Dominus et ejus Deipara Virgo Sanctissima, ei jure subditi fuerint. Ex....

LECTIO II.

De excellentia nominis Josephi.

Ratio, quæ significat nomen, est definitio, quæ designat, propriam rei naturam; et clarius cum D. Thoma sic ajemus; Nomina debent proprietatibus rerum respondere, et hac de causa nomina sapienter imposita, qualia saepe sanctorum sunt ex Dei dispositione eorum virtutes nobis indicant et excellentiam. Nomen Joseph significat augmentum, id est, additio Dei, et interpretatur juxta Cyrillum Alexandrinum, nomen excellentissimum ratione similitudinis cum Jesu et Maria, quia sicut eorum nomina quinque constant litteris, in quo numero quinario maxima est similitudino in ordine ad Scripturam libri vitæ gloriosæ atque in ordine Sacrae Familiae; omnes namque scripserunt Christum Dominum, quinque suis vulneribus repræsentatis in quinque limpidissimis lapidibus quibus David occidit Goliath, vicisse

dæmones ad omnes homines redimendos. Hoc nomen Josephi impositum id eo fuit Sanctissimo Mariae conjugii ut significaret tum immensam suarum virtutum perfectionem tum augmentum gloriae ipsius super omnes cœli et terrae creaturas. Vere de S. Josepho dici potest ejus laudem esse in Evangelio quia cum memorat S. Joseph glorias, ipsius nomen tredecim repetit, nempe in Matheo septies, quinque in Luca et Semel in S. Joanne, sed hoc aperte demonstrat nomen Josephi ipsius laudem et gloriam augeri in Evangelio a Spiritu Sancto redacto.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ut justus apud Deum demonstratur Joseph, cujus laus est in Evangelio.* Ut notus hominibus intelligatur ut vere virginalis Pater Dei. Ut nomen Joseph dignum in memoriam hominum vertatur, quod in Patrem Dei assumitur. Ut notus....

LECTIO III.

De adoratione qua adorandus sit noster immaculatus Joseph.

Adoratio est testificatio alienae excellentiae et opinionis quam de aliquo subjecto habemus, conjuncta cum protestatione nostrae erga illum subjectionis et alicuius utilitatis aut dominii super nos. Si adoratio datur alicui subjecto propter divinam, quae inest illi excellentia vocatur latria et soli debetur Deo; si autem datur propter excellentiam creatam, quae magis accedit ad divinam, appellatur Hyperdulia, quae B. Virgini debetur; et quoniam in nostro immaculato Josepho invenitur excellentia aliis omnibus sanctis revera superior, concludi sane possumus nostrum immaculatum Josephum hono-

randum esse sumae dulciae, cultu, scilicet in altiori gradu respecto aliorum sanctorum, vel ut melius dicam, illi debetur hyperdulia minor juxta sententiam S. Matris Ecclesiae dicentis; S. Maria, ora pro nobis; S. Joseph, ora pro nobis; Almi parentes Christi, orate pro nobis. Hæc quidem sententia inferri potest ex Joanne Echio, dicenti; Usque adeo mutua illa Josephi cum Domino Jesu et Virgine Maria conversatio immensam ejus arguit sanctimoniam et dignitatem; unde sperare liqueat quod quidque Filium suum rogaverit Joseph vel etiam conjugem dilectissimam Mariam, ejus rei repulsam passurus sit numquam. Isolanus ait etiam; Mortalium inter patronos apud Deum arbitror D. Joseph esse efficaciorum ac post Mariam præstantiorum.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ut nostra ad coelos ascendat oratio optima secula est.* A Joseph ad Mariam; a Maria ad Jesum a Jesu ad Patrem. ¶ Vis patrocinii nostri Joseph magna est cum non petit rogans sed quodammodo imperans in petitionibus suis. A Joseph....

—DIA 19 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Salvatorem nostram Dominum Jesum Christum, singulas per ætates ad annos usque triginta, conversatum inter homines fuisse quasi hominem purum. Joseph lignaria laborantem in arte, verbis solabatur divinis, humili obsequio ac hilaris faciei claritudine. O quoties laboranti Josepho Jesus dicebat: O mi

Piissima

33

Pater amantissime his ego laboribus æterna præmia feram! Cui Joseph: O Fili! o Deus Altissime! labores hi numquid non sacis superque præmia accipiunt, solius tuæ locutionis jucunditate? Tua nempe vox nimium mihi suavis est; tua eloquia dulciora super mel et favum. O si liceret tuæ magestatis pulchritudinem ac divinitatem, notam hominibus efficere, templa tibi, arasque dicari satagerem.—*Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Abi in pace sacratissime Joseph. *Et placa Dominum nostrum Jesum Christum pro misero figmento ex filiis tuis. † Et universum nostrum Institutum se continet ut commune propitiatorium. Et. . .

LECTIO II.

S. Joseph adorandus est adoratione summæ dulciæ.

Conclusio hæc in honorem nostri immaculati Josephi habetur in sapientissimo Cornelio a Lapide sic dicenti; Una in terris dignissima, immo cœlestis et divina erat familia, in qua paterfamilias ideoque præses et rector erat Joseph, materfamilias B. Virgo, Filius vero Christus. In hac igitur sunt tres summæ et excellentissimæ totius orbis personæ. Prima Christus utpote Deus et homo, secunda Virgo Deipara Christo conjunctissima, quasi mater naturalis, tertia Joseph, quasi pater Christi matrimonialis. Hac de causa Christo debetur cultus patriæ, B. Virgini hyperdulciæ, Josepho autem summæ dulciæ. Ulterius, adoratio dulciæ debita sanctis habet pro causa excellentiam participationis divinæ naturæ, per gratiam habitualement, ergo sanctus ille in quo hæc participatio est summa respectu aliorum sanctorum summa dulcia est adorandus, et quia in nostro immaculato

Josepho hæc participatio est summa, tum propter maiorem cum Deo unionem, tum quia summe excedit alios sanctos sanctitate, ergo revera adorandus est summa dulcia. Joseph Patriarcha et typus S. Josephi de se dicit; Vidi per somnium quasi solem et lunam et stellas undecim adorare me; et quia Christus est sol iuxta illud, orietur vobis sol iustitiæ; luna est Maria, quia de illa dictum est, pulchra ut luna, et quia inter omnes sanctos et angelos solus noster immaculatus Joseph honoratur a Christo, tanquam Pater, et a Maria ut Sponsus, et sanctorum principes eum adorant ut regem, adorandus erit profecto summa dulcia vel melius minori hyperdulcia, quia rex regum illum publice honoravit suum Patrem appellans, et seipsum illius subditum constituens; ergo summa illum veneratione prosequi debemus.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias

R. Omnes fideles genuflectere debent coram nostro immaculato Josepho *Maria adorabat eum ut suum Sponsum dilectum. † Ipsemet Jesus genu aliquando ut filius humillimus patri flectabat. Maria. . .

LECTIO III.

Noster immaculatus Joseph est protector universalis Ecclesie.

Patrocinium nostri immaculati Josephi est adeo potens atque universale ut ad omnes Ecclesie status cunctasque necessitates extendatur, tum quia doctores ecclesiastici in eo conveniunt dicentes; Mariæ Sponsus Joseph quoniam excellentissimis virtutibus abundavit omnibus ordinibus ad bene beateque vivendum proponatur, tum etiam quia nostra Mater

Ecclesia sic definiuit quum se totam sub eius potentissimo patrocinio collocavit. Ille est patronus apostolicorum concionatorum, nam quum Christum manibus portavit, adventum promissi Messiae annuntiavit, et verbo etiam Aegyptiis et iudaeis pluries praedicavit. Est patronus monachorum, qui in activa et contemplativa vita Deo serviunt, quia si indubitabile est illum fuisse iustum in omnibus eius operibus, sic etiam nemini sanae mentis dubium est quia ille una cum B. Virgine surrexit media nocte ad Christum adorandum religiosaeque vacandum conversationi. Est etiam patronus magistrorum pueros veritatis viam edocentium, quoniam ipse fuit custos et nutritus pueri Jesu. Est quoque patronus virginum et honestarum mulierum ut qui Mariae Virginis pudicitiae adeo consuluit. Est patronus omnium egentium quia ab angelo ei dictum est ut acciperet puerum et Matrem eius. Est patronus in extremis vitae luctantium, ut multis constat exemplis, et quia vitam in manibus Jesu et Mariae tradidit creatori. Est patronus coniugum, iter agentium, et demum singularis protector universalis Ecclesiae, quia omnia eius patrocinio a Deo feliciter obtinentur.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. B. Theresia magna colebat devotione B. Joseph. *Eandem omnibus commendabat, asserens se per intercessionem S. Josephi. ¶ Multa et magna, immo et omnia quae habebat a Deo impetrasse. Eandem omnibus....

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Reversus Dominus de Aegypto, cum parentibus suis in civitatem Nazareth erat subjectus et habitabat ibidem cum eis, abinde usque ad principium trigessimi anni. Nec in Scripturis reperitur, quod in toto isto tempore aliquid fecerit, quod mirabile videtur valde. Quid ergo meditatur eum fecisse? Etiam nihil faciendo fecit magnifica; qui subtrahat se a consortio et conversatione hominum; ibat ad synagogam, et stabat ibi in loco meliori et secretiori se ponens, redibat domum, stabat cum Matre, et suo nutritio, pertransibat eundo, et redeundo inter homines ac si non videret homines. Felix Joseph quærebat victum lignaminis. — *Bonav.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Certissimum est veram et piam erga Josephum devotionem. *Signum esse vitæ spiritualis in nobis. ¶ Sicut respiratio vitam indicat corporalem. Signum esse....

LECTIO II

O bone Joseph, fecit tibi magna qui potens est.

Quid enim de te amplius eloqui potest homo cinguis cum tibi fecerit adeo magna, qui potens est? O quam magna, quam mirabilis res! Vinculum matrimonii virginitati, ut inaudito ad ea tempora exemplo unum in modo cogerentur maritus et virgo. Mirares! Tuis in manibus florea virgo, scilicet, Maria affloruit; quid enim virgineis in manibus, nisi flores, nascerentur! Mirabilis res! Uxorem non cognovisti.

et natus est tibi Deus, neque enim aliter Pater Dei effici poterat quam uxorem ignorando. Quam concinne, quam pulchre te jam pridem Antistes Hippo- nensis aloquitur; Gaude Joseph, nimiumque congaude Virginitati Mariæ, qui solus meruisti virginalem affectum possidere conjugis quia per merita virginitatis ita separatus es a concubitu uxoris, ut Pater diceris Salvatoris. Mira res! Te bonum ac fidelem servum constituit Deus super familiam suam, ut a conditione servi ad caput, et Dominum Dominus cœlorum surrexisti. Ille cui dictum est ut esset custos de nocte? Atque adeo nomen Samaritanus adeptus in tuum ex utero Matris custodiam traductus es, ut sic vel ipsius esses custos custodis. Mira etiam res! Cum altissima nobilitate effulgeres, regis clarus natalibus, factus es lignarius faber, sed quia Filius tuus regnaturus erat a ligno. De lapsus fuit a cœlo Deus ut quinque vulneribus universum redimeret. Mira demum res! tu in Ægyptum ab Herode fugiens ipsum et verum salvasti salvatorem.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Mira res! Tu in terra fuisti Præses summi regalis concilii, tu dux custodiae æterni regis, tu Præfectus mensæ Jesu et Mariæ. *Tu regis sacri palatii Magister, tu custodiens Purissimam Mariam, tu regis ac reginæ cœli et terræ cubicularius. † Tu deferens semper clavem auream ad cor Jesu et Mariæ semper ingrediendum et egrediendum. Tu regis....

LECTIO III.

Ætas Josephi et Mariæ quando matrimonium

—contraxerunt.—

Matrimonium inter Josephum et Mariam fuisse a

Deo præcipue ordinatum certissimum est, et iuxta aliquos auctores, sicut Virgo Maria despositionis tempore quatuordecim vigeat annis, sic etiam noster Virgo Joseph veram habebat inventutem et iuxta aliquos triginta et trium annorum vigeat aetate, iuxta illud; Joseph virum Mariæ; Joseph vir eius quum esset iustus; Missus est angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, inquit Evangelista; ergo B. Joseph fuit vir, id est, iuvenis et nequaquam senex. Probatur etiam ex auctoritate Isaiaë dicentis; Habitavit iuvenis cum Virgine et gaudebit Sponsus super Sponsam, id est, habitavit iuvenis Joseph cum Virgine Maria caste, sancte et virginaliter viventes; et quemadmodum inter Virgines servata fuit debita convenientia in sanguinis nobilitate, virtute et sanctitate, sic etiam in aetate esse debuit. Oportuit igitur ut Joseph esset in ætate ad generandum idonea ut Virginis bonum nomen illaesum servaret, ut tot labores, tot peregrinationes perferre posset; et quoniam in illo Joseph Patriarcha figuratus est Sanctissimus noster Joseph, ideo iuvenis, formosus, pulcher et decorus esse debuit.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Habitabit iuvenis cum Virgine,*et gaudebit Sponsus super Sponsam. † Habitabit Virgo Joseph cum Virgine Maria. Et gaudebit....

—DIA 21 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Conversatio Sancti Joseph pluribus titulis irradiavit cœlestibus; fuit enim moralis, pia, religiosa

virginea, angelica ac divina. Sanctus enim Joseph Pater Salvatoris, non minori excellentia inter judeos et gentiles propria oriundos civitate, observator fuit paternæ legis divinæ ac in Ægypto viam Domini exul non dereliquit. Factus Pater Filii Dei. Sponsusque Reginae mundi, prudentiæ viam, sollicitudine majori amplexus est. Justus vero, Dei testimonio, Sanctus Joseph comprobatur; justitia enim Josephi in Noe Justo figurata fuit. Ipse enim sua promeruit justitia, ut Virgini beatissimæ, in arca Noe præfigura æ Sponsus et caput esse meruerit.—*Isid. I.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quemadmodum corpus nostrum vitalis signum habet operationis.*Ita etiam sanctissimum tuum nomen, o Joseph invocatum. ¶ Non solum lætitiæ et auxilii est signum, sed etiam salvationis æternæ. Ita etiam....

LECTIO II.

Quid de Deipara Maria et Josepho dicere

—possimus.—

Post illa verba, Almi parentes Christi, orate pro nobis, revera de illis dicere possumus; Deiparam Virginem fuisse a sua conceptione immaculatam, sic etiam Sanctissimum Josephum; Mariæ infuisse rationis usum ad spiritualia et divina, sic etiam contigisse nostro immaculato Josepho; Deiparam Virginem a conceptione fuisse gratia plenam, et sanctissimum Joseph fuisse quasi gratia plenum; Deiparam semper fuisse mare gratiarum sanctorum omnium, et pene ipsum fuisse Sanctissimum Josephum, ita ut præter hos unicos nulla invenire potest perfecta creatura; Deiparam in omnibus eius actibus fuisse a Spiritu

Sancto directam præstantiori, quam alii sancti et sublimiori modo; sic etiam Beatissimum Josephum. Uade B. Virgo integre respondit omnibus motionibus, gratia sibi a Deo concessis; et etiam S. Joseph. Nihil unquam elegit Maria, nisi divina sapientia ei patratum fuisset, et tantummodo semper dilexit Deum, quantum a se diligendum existimavit; quod etiam fecit S. Joseph. In Virgine nihil, non tenebrosum dico, ne obscurum saltem, vel minime lucidum aut non perfectissimum licet suspicari, et etiam in Sanctissimo Josepho. Denique tum Deipara, tum eius Sponsus Joseph semper impleverant in hac vita omni ex parte præceptum illud; Diliges Dominum Deum tuum semper et pro semper ex toto corde, mente et anima.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. B. Virgo semper operabatur secundum mensuram divinæ gratiæ.*Et etiam noster Sanctissimus Joseph. ¶ Almi parentes Christi, orate pro nobis. Et etiam....

LECTIO III.

De summa perfectione nostri immaculati Josephi.

Jesus Christus Dominus noster fuit essentialiter sanctus sanctorum; Deipara Virgo Maria fuit per gratiam ac privilegium sancta sanctorum et noster Joseph fuit etiam sanctissimus ut Sponsus adæquatus B. Virgini et virginis Pater Jesu. Hac de causa noster Sanctissimus Joseph semper perfectissime respondit divina gratiæ, et quo poterat juxta mensuram huius gratiæ eo magis cooperatus est, quia quidquid perfectionis in genere gratiæ sanctificantis alicui puræ creaturæ concessum est, non quidem

nostro Josepho erit denegandum, et quoniam haec gratiae perfectio in primis angelis data est, ergo maxime debita erat nostro Josepho, qui ad maiorem, quam angelici chori, gloriam destinatus erat. Et sic omnibus aliis sanctis praestantissime dicere poterat. Dominus aperuit mihi autem, ego autem non contradico; et illud: venit in me princeps huius mundi et in me non habet quidquam; et illud Joannis; Ego, quae placita sunt ei, facio semper; et perpetuo adimplevit illud Pauli; Quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Reliqui etiam magni sancti, aut in mortali dormierunt, aut in veniali dormitaverunt. *Solutus Joseph cum Maria in divina gratia semper vigilaverunt. ¶ Et ambo etiam sine labe originali concepti. Solutus Joseph....

—DIA 22 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph, signum foederis inter Deum et hominem, id est, Christum, oculos vidit et exultavit; diluvium humanum amplius non pertimescens.—*Isid. I.*—Piacensenda est fuisse conversatio Sancti Joseph, omni aequae pietatis genere ornatissima.—*Isid. I.*—Quis dubitabit Joseph si forte in vicinis quidquam prodesse posset etiam malis non illis suffragia praestitisse? Habebat enim interiorem spiritum talia docentem; habebat beatissimam Virginem conjugem amantis-

simam, nullius ignaram rei; habebat denique Christum verum Deum misericordiae opera laudantes, suadentes sibi atque suffragantes.—*Isid. I.*—Cogitabat Joseph attentius, acutius, ac prudentius, ne in quoquam dasset beatissimae Virgini ac Christo infanti; ideoque perficiebat sollicitus, gratius ac ferventius.—*Isid. I.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Diligere nostrum Patrem Josephum in omne tempore, loco et modo, *Signum pro nobis aeternae praedestinationis ad vitam aeternam. ¶ Quia Pater noster Joseph, Pater Dei est. Signum....

LECTIO II.

Joseph semper habuit propositum virginitatis.

Noster Sanctissimus Joseph a principio usus rationis semper habuit absolutum et primum propositum servandi perpetuam virginitatem, ideoque B. Joseph tribuendus est perfectissimus virginitatis et castitatis gradus, quia sic decebat Dei Patri et etiam universae Ecclesiae, in qua post Jesum et Mariam futurus erat maximum virginitatis exemplar. Ad hanc autem perfectionem pertinet perpetuum propositum servandae virginitatis, ergo nostro Josepho est omnino concedendum. Beatissimus Joseph a principio suae rationis usus motus semper a Spiritu Sancto fuit, ut, quod et gratius Deo esset, id amaret, et quantum posset illud perficeret; sed virginitas ex se melior est ac Deo gratior; quia semper Virgines quae Domini sunt cogitant, et se Deo omnino vovent et corpore et spiritu, neque cor habent divisum; ergo credendum est Josephum ex praedicta Spiritus Sancti motione semper hunc virginitatis statum amavisse

sibi que colendum proposuisse. Sed dices quod beatissimus Virgo Joseph erat veluti in statu naturæ integræ tamquam immaculatus et consequenter poterat absque impedimento Spiritus et divisione cordis generationi carnali iucumbere; tamen hoc non obstat quoniam melius ei fuerit virginitatem servare, quia hoc ex se et ex obiecto suo melius est. Ergo B. Joseph semper habuit propositum suæ virginitatis perfectissime servandæ.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Semper mortificationem Jesu, Mariæ et Joseph in corpore nostro circumferamus,*ut et vita Jesu, Mariæ et Joseph manifestetur in corporibus nostris. ¶ Ut veniens princeps mundi huius in me non habeat quidquam contra castitatem. Ut et....

LECTIO III.

Joseph ante Christi incarnationem votum virginitatis emisit.

Absolute, tum Dei genitrix, tum Joseph vir eius virginitatem voverunt antequam ab Angelo Incarnationis mysterium nuntiaretur, quod probatur satis ex responsione eiusdem Virginis Angelo facta in ipsa annuntiatione; Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Eadem ferme responsio emissa fuit a nostro immaculato Josepho; Quomodo fiet istud, quoniam mulierem non cognosco? Quum sciat Dominus testis conscientiæ meæ servum suum vovisse ullam nunquam cognoscere mulierem, qua lege, quo ordine placebit ei ut istud fiat? Si oportuerit votum frangere ad talem Filium generandum, et gaudeo propter propositum. O immobile virginitatis propositum, quod, neque angelo nuntiante Filium Dei,

Joseph aliquando reliquit. Quomodo igitur fiet istud, quoniam mulierem non cognosco, id est, mihi non licet aliquam cognoscere mulierem, nec proinde propositum est apud me. Ergo noster Joseph non solum propositum non cognoscendi mulierem habuit, sed etiam sese voto adstrinxit et impedivit, ut licite non posset illam cognoscere quia maxime opportunum se non cognoscere mulierem excepit, quod impossibile existimaret, semel Deo devota virginitate, se mulierem aliquando cogniturum. Hac de causa idem angelus ei dixit; Spiritus Sanctus superveniet in Sponsam tuam Mariam, et virtus Altissimi obumbravit illi, et quod nasceretur ex ea sanctum vocabitur Filius Dei.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Nihil inquinatum in nostrum Josephum incurrit,*candor est lucis æternæ et speculum sine macula. ¶ Est enim noster Virgo Joseph speciosior sole et luci comparatus invenitur purior. Candor est lucis....

—DIA 23 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

In hac Trinitate Jesu, Maria et Joseph, Christus Patri, Maria Filio, Joseph Spiritui Sancto correspondent.—*Morales.*—Christus est fons, cui propinquius Maria et Joseph accedunt. Hæc Trinitas terrestriis nostrum superat intellectum et encomiis laudatur.—*Morales.*—Christus et Maria domus Dei sunt; Joseph vero locus et superior. Joseph superior domus Domini et Christi locus.—*Morales.*—Propter Josephum

sibi que colendum proposuisse. Sed dices quod beatissimus Virgo Joseph erat veluti in statu naturæ integræ tamquam immaculatus et consequenter poterat absque impedimento Spiritus et divisione cordis generationi carnali iucumbere; tamen hoc non obstat quoniam melius ei fuerit virginitatem servare, quia hoc ex se et ex obiecto suo melius est. Ergo B. Joseph semper habuit propositum suæ virginitatis perfectissime servandæ.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Semper mortificationem Jesu, Mariæ et Joseph in corpore nostro circumferamus,*ut et vita Jesu, Mariæ et Joseph manifestetur in corporibus nostris. ¶ Ut veniens princeps mundi huius in me non habeat quidquam contra castitatem. Ut et....

LECTIO III.

Joseph ante Christi incarnationem votum virginitatis emisit.

Absolute, tum Dei genitrix, tum Joseph vir eius virginitatem voverunt antequam ab Angelo Incarnationis mysterium nuntiaretur, quod probatur satis ex responsione eiusdem Virginis Angelo facta in ipsa annuntiatione; Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Eadem ferme responsio emissa fuit a nostro immaculato Josepho; Quomodo fiet istud, quoniam mulierem non cognosco? Quum sciat Dominus testis conscientiæ meæ servum suum vovisse ullam nunquam cognoscere mulierem, qua lege, quo ordine placebit ei ut istud fiat? Si oportuerit votum frangere ad talem Filium generandum, et gaudeo propter propositum. O immobile virginitatis propositum, quod, neque angelo nuntiante Filium Dei,

Joseph aliquando reliquit. Quomodo igitur fiet istud, quoniam mulierem non cognosco, id est, mihi non licet aliquam cognoscere mulierem, nec proinde propositum est apud me. Ergo noster Joseph non solum propositum non cognoscendi mulierem habuit, sed etiam sese voto adstrinxit et impedivit, ut licite non posset illam cognoscere quia maxime opportunum se non cognoscere mulierem excepit, quod impossibile existimaret, semel Deo devota virginitate, se mulierem aliquando cogniturum. Hac de causa idem angelus ei dixit; Spiritus Sanctus superveniet in Sponsam tuam Mariam, et virtus Altissimi obumbravit illi, et quod nasceretur ex ea sanctum vocabitur Filius Dei.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Nihil inquinatum in nostrum Josephum incurrit,*candor est lucis æternæ et speculum sine macula. ¶ Est enim noster Virgo Joseph speciosior sole et luci comparatus invenitur purior. Candor est lucis....

—DIA 23 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

In hac Trinitate Jesu, Maria et Joseph, Christus Patri, Maria Filio, Joseph Spiritui Sancto correspondent.—*Morales.*—Christus est fons, cui propinquius Maria et Joseph accedunt. Hæc Trinitas terrestriis nostrum superat intellectum et encomiis laudatur.—*Morales.*—Christus et Maria domus Dei sunt; Joseph vero locus et superior. Joseph superior domus Domini et Christi locus.—*Morales.*—Propter Josephum

Deus beneficia multa concedit; et Joseph plurima a Deo pro nobis impetrat beneficia, et conqueritur Deus de indevotis nostri immaculati et divini Josephi.—*Morales.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Evangelistae diversis positionibus Jesum, Mariam et Josephum collocarunt,*Jesus, Maria et Joseph. ¶ Funiculus triplex mire contextus, ad omnes homines salvandos. Jesus....

LECTIO II.

*B. Joseph ante desponsationem votum
—castitatis emisit.—*

Noster Sanctissimus et immaculatus Joseph ante eius cum Virgine Maria desponsationem votum virginittatis emisit, quod certissime cœniti potest ex sequentibus his veritatibus. Quia Sanctissima Virgo votum fecit integre eonstanterque ad mortem usque servandum; ergo Sanctissimus Joseph eius vir, pari etiam modo suam sancta virginittatem Deo omnino consecravitt. Et quum Virgo Dei genitrix prudentissima inter omnes fuerit mulieres, plane B. Mariam certo cognovisse quantæ Joseph esset sanctittatis ac castittatis vir, ut tuto illius curæ suæ virginittatis custodiam commendare possit. Fuit ergo B. Joseph sicut et B. Virgo Maria perpetuæ virginittatis voto adstrictus. De Maria autem et Josepho dicere debemus; Erant enim iusti ambo apud Deum, incedentes in omnibus mandatis et in omnibus iustificationibus, ita ut semper Deum dilexerint ex toto corde animo ac voluntate juxta mensuram gratiæ diviniæ. Ergo B. Joseph ante conubium votum perpetuæ virginittatis emisit; ergo

hoc ipsum et ipsa agnovit Beatissima Virgo. Ergo ex utraque parte, nempe, ex Maria et Josepho perfecte fuit servata iustitia in animarum coniunctione et perfecta fidelitate ante desponsationem.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Signum magnum apparuit in caelo,*tamquam amictum sole et luna sub pedibus eius. ¶ Induit eum Dominus vestimentis salutis, atque, ut Pater Dei, indumento iustitiæ ornavit eum. Tamquam amictum....

LECTIO III.

Virgo et Joseph castittatis votum simul emiserunt.

Noster immaculatus Joseph adeo semper Virgo fuit, ut sine dubio dici possit. Ecclesiæ fides in eo est, ut non modo Deipara, verum etiam virginalis Dei Pater Joseph virgo habeatur; ideoque tum Virgo Sanctissima, tum purissimus Joseph immediate post desponsationem virginittatis votum ex communi eorum voluntate et consensu simul emiserunt. Quod Virgo iam corde conceperat, simul cum eius viro Josepho labiis expressit, et sic uterque Virgo permansit; facta enim fuit divinitus inspiratio quædam Virgini eiusque viro indicans utrique ut Virgines manerent, et re quidem vera virginittatem voverunt. Omnes contendunt Josephum cum eius Deipara Sponsa in nuncupando et solvendo virginittatis voto persancte convenisse. Divinum quidem numen providit ut ad grande illud arcanum, in quo mundi salus continebatur, Virginitatis socius adiungeretur, qui, tum in omne vita, tum in vera pudicitia illi esset concurs atque conformis; fuit enim coniugii illius vinculum aureum,

quia duobus virginitatis votis fuit exornatum; etenim Virgo et Joseph virginitatis votum simul emisserunt immediate post desponsationem.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sanctimonia et magnificentia in virginitate eius. *Annuntiate in omnibus populis gloriam eius. ¶ Lætamini omnes in Domino Josepho, et confitemini memoriae sanctitatis eius. Annuntiate....

—DIA 24 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Virginea fuit conversatio beatissimi Joseph voto, verbis et affectu; habuit nempe virginitatis votum, ad quod verbis et rebus conversatio, candida virginitate pollens subsecuta est; colloquia siquidem assidua erant cum beata Virgine, quæ cuncta attingit sua munditia.—I. I.—Erat Joseph vir clarus ingenio, quod gratia etiam atque etiam perficiebat frequentu angelica apparitio; experiebatur de rebus altissimis in sua Sponsa notitiam, cujus erant verba dulciora super mel et favum. Quocirca divum Joseph, a colloquiis talibus, non diu recessisse rationabile est. O filium hominem! O castissimum pectus! O virgineam mentem!—I. I.—Conversatio divini Josephi fuit angelica moribus, societate, intellectu, voluntate, officio ac contemplatione.—I. I.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nobis ait Joseph qui creavit me requievit in tabernaculo meo. *Et dicam revera omnibus filiis et

filiabus meis. ¶ Qui me invenerit inveniet vitam æternam, et hauriet salutem a Domino. Et....

LECTIO II.

Virgo et Joseph semper perfectissime
—æquiparantur.—

Beatissima Virgo Maria et Sanctissimus Joseph in æterna electione et prædestinatione et in prophetarum vaticiniis quadam certa proportionione fuerunt æquiparati; hæc de causa si illa est vera et naturalis Dei Mater, ille autem est verus et virginalis Pater, nutritius et tutor, et hic sunt inter se relativi præcipue in ratione Sponsi et Sponsæ, sicut ait D. Lucas; Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Benedixit etiam Dominus S. Josepho, juxta illud; Qui deducis velut ovem Joseph, quia si Virgo Maria ovi assimilatur propter fecunditatem, ipsa enim fructum illum protulit, qui universum satiavit mundum; sic etiam immaculatus noster Joseph fuit benedictus, juxta illa verba Deuteronomii; Benedictio illius, qui apparuit in rubo veniat super caput Joseph. Veniat ergo benedictio illius, qui apparuit in rubo, super caput nostri sanctissimi Josephi, qui Sponsus et vir fuit Mariæ. Ergo Maria et Joseph ita perfectissime æquiparantur, ut cum Gersono dicere possimus; Sicut decuit ut Maria tanta puritate niteret, qua sub Deo maior nequit intelligi, ut ait S. Anselmus, ita decuit ut Joseph tanta prærogativa polieret, quæ similitudinem et convenientiam exprimeret talis Sponsi ad talem Sponsam, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

Piissima

Fuit ergo Beatissimus Joseph super omnes homines puros, *similis Virgini gloriosae. ¶ Fuit etiam Joseph electus in adiutorium simile Virgini ita ut revera aequiparantur et sunt correlativi. Similis Virgini, . . .

LECTIO III.

Fuit noster Joseph unicus inter omnes homines.

Elegit Dominus Deus eum ex omni carne; quia Sanctissimus Joseph et Beatissima Virgo electi fuerunt ex præstantissima et nobilissima totius carnis progenie; ergo, sicut Maria est benedicta inter mulieres, ita noster Joseph a leo est inter homines benedictus, ut sit revera unicus inter omnes mortales. Fuit Joseph de nobilissima Abrahamæ et David stirpe, quibus facta est repromissio Messiae nascituri, ergo non est inventus Josepho similis inter eorum filios præstantiores ceteris mundi hominibus usque ad Christi adventum, nec etiam postea. Inter viros igitur cœtaneos B. Virgini tantummodo Josephi nobilitas inventa est par puritati ac morum et virtutum sublimitati ad tantum munus requisitis. Ergo etiam verisimile prorsus est et mihi indubitandum, sicut Dominus de cœlo descendens elegit in terris tanquam Matrem inter fœminas perfectissimam, sic etiam tanquam verum virginales Patrem, nutritium et familiarissimum eius et qui Pater ab omnibus diceretur ac putaretur, lectissimum inter homines post beatissimam Virginem virum accepit. Et iuxta Gregorium Nicenum; Ad hoc autem manus aptissimus inventus est Joseph, talis, qualis ratio consilii requirebat ex eadem cum Virgine familia, patria tribu et virtute. Ah hunc finem aptissime Nicephorus ait; Porro non alius ipso Josepho visus

est esse magis idoneus ad sponsalium coniunctionem contrahendam, quippe erat propinquitate generis et virtutis et sanctitatis. Ergo elegit Dominus nostrum Josephum ex omni carne.

Nos hæc sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Tu, bone Joseph, eris super domum meam, *et ad oris tui imperium cunctus populus obediet. ¶ Constituit Dominus Josephum dominum domus suæ et principem omnis possessionis suæ.—Et ad oris. . . .

—DIA 25 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Josephi mores angelici dicendi sunt, sapientiam exprimentes divinam, dum prudentissime consilia perfecit angelica; ac divina ardens charitate Deum verum manibus pertractaret.—I. I.—Deus autem noster ignis ardens est, cui per singulas horas Joseph adstabat. Joseph fabri cogimur angelica societate fuisse usum; nomine ac cognomine vocare consueverunt; illuminationes ab angelis frequenter accipiebat, atque a beatissima Virgine et a Christo erudiebatur.—I. I.—Josephi voluntas, charitate in flammis divinis erumpebat, qua omnia illius opera verba, motus, obsequia quam excellentissima decorabantur.—I. I.—Joseph eidem Christo deserviebat magno cordis jubilo.—I. I.—Conversatio Joseph divina extitit cunctos supra mortales; divina namque fuit societate, familiaritate, et charitate.—I. I.

Nos hæc sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

R O vos omnes filii et filiae meae audite, ait Joseph, * Qui digne ex vobis coluerit me justificabitur. ¶ Qui autem neglexerit me morietur in peccatis suis. Qui....

LECTIO II.

Deipara et Joseph omnium creaturarum nobilissimi fuerunt.

Quid nobilius almis Dei parentibus? Nihil quidem in rebus creatis. Omnes enim praeclaritates, ingenuitates, dignitates et nobilitates, quae in aliquo humano aut angelico individuo esse possunt, ea quidem omnia Deus posuit in suis almis parentibus, qui profecto omnes principes, duces, reges, imperatores et quoscumque nobilissimos viros et foeminas longe post se relinquunt. Debuerunt ergo tum Maria, tum Joseph nobilissimi esse secundum carnem, adeo, ut, excepto eorum Filio, revera nobiliores ceteris omnibus individuis, tam humani, quam angelici ordinis, habeantur. Sanctissima Virgo Maria et Beatissimus virgo Joseph fuerunt natura, genere, et sanguine ita nobiles, ut per rectam lineam erant legitimi haeredes et successores David, eiusque regni, quia in eis dignitas patriarchalis, regalis atque ducalis revera fuit terminata, et porro, haec nobilitas, quanto antiquior, tanto magis splendidior erat, quam si a solo principe vel imperatore esset collata. Fuit enim Joseph primogenitus de stirpe patriarchali, regali atque ducali secundum lineam rectam, nam Evangelista Mathaeus lineam rectam omnium praedictorum patrum deduxit ab Abraham usque ad Virginis Sponsum. Ex quo patet, dignitatem patriarchalem, regalem atque ducatem in ipso fuisse terminatam, quia Virgo Maria et

Joseph ex eadem tribu fuerunt, et sic Virgo simul et Joseph descripti fuerunt in Bethleem.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tum B. Virgo Maria, tum B. Virgo Joseph ad huc viventes futuri essent successores legitimi regni David. * Nisi ab Herode et alienigenis fuisset usurpatum. ¶ Et Christus Dominus fuit rex ille de semine David promissus ipsi David. Nisi....

LECTIO III.

Deipara et Joseph spiritualiter nobilissimi fuerunt.

Maria et Joseph fuerunt nobilissimi ratione eximiae gratiae coniunctionis et propinquitatis cum Deo, qui est gratiae principium, et illi revera summi almi parentes Christi. Quanto enim aliquid magis accedit ad principium in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principii. Et sic, quanto magis aliquid soli propinquius est, eo maiorem lumen claritatemque recipit; unde inferre licet quod almi Christi parentes, qui sunt Deo propinquiores maiorem habent partem divinae nobilitatis; ergo Deipara et Joseph nobilissimi spiritualiter fuere. Deus, tamquam Dominus Omnipotens, qui est, qui erat et qui venturus est, primum est principium, est principium sine principio, finis, ad quem omnia ordinatur; sed Maria et Joseph in ordine gratiarum sunt secundum principium, quoad naturales et spirituales gratias a Deo illis communicatas. Ipse Jesus Christus, propter eius essentiam est veritas increata, aeterna et non facta, sed a Patre genita; et per ipsum facti sunt Maria et Joseph, qui magis suae deitatis participant. Christus est

principium gratiae et de eius plenitudine ita Beati-
tissima Virgo accepit, et de ipsius plenitudine ita
Joseph accepit gratiam, ut sit thesaurus omnium
gratiarum, tum Jesu, tum Mariae, tamquam Virgi-
nis Sponsus et virginalis Christi Pater.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ergo in Christo, ut in fonte congregantur om-
nes gradus gratiae. *In Virgine vero ut in aquae-
ductu congregantur omnes. ¶ In nostro autem Jo-
sepho ut in concha omnium gratiarum, quae in
praesente vita producantur. In Virgine....

—DIA 26 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Conversatio divini Josephi angelica fuit; nempe
moribus, societate, intellectu, voluntate, officio ac
contemplatione. —I. I.— Multiplici angelorum appa-
ritione facta Josepho, fateri cogimur ipsum angelica
societate fuisse usum. —I. I.— Societas Sancti Jose-
phi divina fuit inter mortales officio, habitatione et
conjugio. —Isid.— Joseph infantulum unius diei vi-
det Deum quem adierat, cujus saltem pedes haud
verecor exosculatus est; quem detulit in Ægypto,
quem annos septem ibidem enutrivit cum Matre.
O quoties Joseph magnae mentis, ardentisque fidei
Jesum Infantem in ulnas accepisse credendum est,
quem mirabatur, quem deosculabatur. —Isid.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Post dictum a Domino ita ad Patrem meum
Josephum. *Impossibile est aliquem salvari ex pec-

catoribus. ¶ Nisi per tuum o Joseph auxilium.—
Impossibile....

LECTIO II.

Joseph Christo coniunctior post Mariam.

Noster Sanctissimus et immaculatus Joseph fuit
Christo Domino coniunctissimus supra omnes, ex-
cepta tantum Virgine Maria, et maiorem proinde
nobilitatem et gratiam ab eo accepit, tamquam ip-
sius Christi virginalis Pater. Et hoc quidem pro-
batur ex Sancto Evangelio dicenti; Quum esset
desponsata Mater Jesu Maria Joseph; quia gravis-
simi affirmant auctores pari eodemque ordine gra-
tiam illis fuisse impertitam. Sanctissimus Joseph
fuit etiam Christo et Deiparae Virgini coniunctior
propinquitate sanguinis naturalis, cum enim fuerit
eiusdem nobilissimae tribus ac regiae stirpis; ergo
maiorum donorum ac gratiarum fuit particeps. Nos-
ter immaculatus Joseph non solum sanguinis pro-
pinquitate fuit Christo coniunctus, verum etiam
animarum unione, tum propter verum matrimo-
nium tum propter cetera mysteria. Quoniam, quaeso,
maioris dilectionis vinculo potest aut poterit sanc-
tissimae societati Jesu et Mariae esse coniunctus?
Ergo ex hac arctissima coniunctione per tot habita-
annos noster immaculatus Joseph quamplurima
coelestia et divina dona est adeptus; ergo etiam
noster Joseph est coniunctior Christo Domino post
Mariam, tum ratione eiusdem regni et sanguinis,
tum quia cum esset verus virginalis Jesu Pater,
Deipara Virgo erat vera illius Sponsa et Jesus vir-
ginalis ac verus eius Filius.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

℞ Ego Dominus Jesus vocabam Josephum Patrem meum.*Et ipse Joseph vocabat me Filium suum. ⁊ Ego enim diligebam eum sicut pupillam oculi mei, et sicut decebat tali Filio ad talem Patrem. Et ipse....

LECTIO III.

Joseph Christo spiritualiter summe est conjunctus.

Noster immaculatus Joseph habet cum ipso Deo Patre et Christo ejus Jesu, atque Spiritu Sancto conjunctionem spiritualiter summam quia fuit summe justus, id est, justus omni modo, et cum omni extensione; tum quia in omnibus operatus est semper secundum divinum cor, tum quia fuit primus sanctus in Christi Evangelio canonizatus. Hac de causa Joseph vocatus est justus, propter omnium virtutum perfectissimam possessionem. Credo ergo, istum virum Joseph fuisse mundissimum in virginitate, profundissimum in humilitate, ardentissimum in Dei amore et proximi charitate, altissimum in contemplatione, sollicitissimum pro omni salute ad similitudinem Virginis Mariae Sponsae suae. Ergo noster Joseph non solum fuit sanctus, sed etiam sanctissimus; ergo habuit de plenitudine gratiae Christi participative excellenter, de plenitudine gratiae Mariae, singulariter, de plenitudine gratiae apostolorum virtualiter, et de plenitudine reliquorum omnium sanctorum, formaliter; sed cum tali excellentia et perfectione, ut ejus nobilitas supernaturalis, omnibus modis perfectissima est. Ergo noster immaculatus Joseph ut vere virginalis Pater Dei, atque ut verus Sponsus Dei parae est revera rex Angelorum et Dominus mundi; rex Sanctorum omnium et vere Dominus caelestium, terrestrium et inferno-

rum: Dominus Angelorum et hominum, Dominus omnium, denique in coelo et in terra.

Nos haec sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Michael dux et princeps militiae coelestis cum omnibus spiritibus administratoriis.*Tuis, Virgo Joseph, pareat praeceptis in defendendis in corpore et in suscipiendis de corpore animabus fidelium. ⁊ Tibi, Domine Joseph, et die ac nocte se tibi commendantium. Tuis, Virgo....

—DIA 27 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Verum cum Filius Dei, humana verba promere caepit, quantis quaesivisse gaudiis Joseph arbitrandum est? O quoties puerulum loquentem brachiis complectabatur; deinde tremens adoravit!—*Isid.*—Animadaerte quaeso, quantum divina fuerit conversatio Sancti Josephi, quoniam societate divina, familiaritate ac charitate angelos ipsos superavisse, nobis qui divina ex sensualibus cognoscimus, quodammodo videtur.—*Isid.*—Angeli in excelsis Deo subsunt, Joseph vero praefuit; quoniam Pater ejus appellatus est: angeli Deum contremiscunt, Joseph complectitur, brachiis stringit et exosculatur; angeli a Deo semper accipiunt munera, Christus Deus a Josepho accepit alimenta: angeli divina edocent, Joseph Deum infantem, veluti verba profferre cupientem brachiis deffert, eidem arridet, blanditur et praesto adest.—*Isid.*

Nos haec sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

R. Post dictum a Jesu Christo ite ad Joseph.* Sicut a Josepho respectus et aversus necesse est quod pereat. ¶ Sic ad Josephum reversus et a se respectus impossibile est quod pereat Sicut....

LECTIO II

Joseph est nobilior per desponsationem cum Virgine.

Sanctissimus Joseph excellentiorem dignitatem et nobilitatem excepit ex desponsatione cum Maria, verum et essentielle matrimonium. Fuit enim proprie vir Mariae, quae in rebus creatis in coelo et in terra obtinet principatum; fuit etiam verus custos, tutor, nutritus et verus virginalis Pater, ita ut per suis divinis ministeriis nihil majus excogitari potest, sicut Maternitate Virginis majus dari non potest. Ergo, ex eo quod Virginem uxorem duxisset, rex efficeretur continuo et regni Dominus. Si ergo Maria regina est coeli, et omnium Domina, Joseph vir ejus rex coeli et omnium Dominus certissime dicendus est; nam sicut omnia quae Dei sunt, Mariae sunt, quia Mater ejus; ita, omnia quae Mariae sunt, Joseph sunt quia Sponsus et vir ejus est. Noster immaculatus Joseph conjunctissimus est Jesu et Mariae; mira enim catena colligati sunt ab Evangelista Mattheo dicente: Jesus, Maria et Joseph, qua illos tres unum facit, quasi quod uni eorum tribuitur, alteri tribuatur; ita quod quae Dei sunt, Mariae sunt; et quae Mariae sunt, Josephi sunt; et qui Deum laudat, Mariam laudat, et qui Mariam laudat, Josephum laudat. Quod est in coelo et in terra Dei est, sed Deus Mariam reginam facit, quia Mater est; Maria autem regina affecta, regnum suum tradit Josepho Sponso suo; et quia regina sumpsit,

rex revera effectus remansit; ergo Joseph est nobilissimus inter homines et angelos per suam desponsationem cum Maria.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Praevenisti tuo virginali Patri Josepho benedictionibus dulcedinis.* Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. ¶ In quibus verbis descripta est sublimatio S. Josephi, quia Sponsus Mariae, quia Pater Jesu. Posuisti....

LECTIO III

Christus et Maria sunt naturalia stemmata —Sancti Joseph.—

Sicut Princeps Apostolorum Petrus cognitus est per claves, Apostolus Paulus per ense, Augustinus per sagittatum cor, Franciscus pre impressa vulnera, Dominicus per facem miraculose incensam, Laurentius per craticulam et Catharina per spineam coronam; sic noster immaculatus Joseph cognosci debet per Jesum et Mariam; ita ut Jesus et Maria sint stemmata nostro Josepho assignata. Quod etiam adimpletum est in divini Incarnatione Verbi donando Josepho Dominus Deus sedem David patris ejus; quia noster Joseph est revera filius David; quia ratione matrimonii venter Virginis, immo et tota Virgo erat Josephi; qua ratione Christus Dominus et Virgo Sanctissima pertinent ad nostrum immaculatum Josephum; et sic de Ecclesiae consensu, a fidelibus cum eis depinguntur, tamquam insigniora et pretiosissima stemmata suae nobilitatis et dignitatis constitutiva, et ab omnibus aliis sanctis distinctiva. Et certe etiam in rigore loquendo trophea hæc Josepho jure debentur, quia Puerum Jesum et Ma-

riam Matrem ejus a prodicione et laethali persecutione Herodis liberavit, fugiens in Ægyptum, et stans ibi Debentur ergo sanctissimo Josepho, stemmata Jesu et Mariae. Et quasi clarius ei dixisset Deus Omnipotens; Hæc regalia insignia, hæc dona pretiosas a me summe dilecta, tua sint tibi debentur; et hac de causa per Angelum dixi tibi, Joseph, fili David, surge et accipe Puerum et Matrem ejus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Accipe Jesum, qui est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. * Accipe Mariam, quae est filia mea dilecta. V Accipe illos, quia tibi debentur et tui sunt. Accipe Mariam. . . .

—DIA 28 DE MAYO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Divinus Joseph sancta conversatione, Dei amicus censendus est. — *Isid.* — Fuit in Sancto Josepho tantæ mansuetudinis et humilitatis copia, ut illius sceminae cujus humilitatem respexit Deus, Sponsus et Virgo perpetuus fuit electus. — *Isid.* — Hospitalitatem et misericordiam exercuit Joseph erga Deum, et tanta charitate ut domum Joseph Deus ipse elegit, ejusque familiae se adscripserit. — *Isid.* — Ex vita divini Josephi concluditur, Beato Josepho non defuisse, sed et in eo præstantissimus extitisse. — *Isid.* — Magno itaque sæculorum redeunte ordine, per sacrum connubium Virginis Mariæ cum Virgine Josepho, jam nova progenies cælo demittitur alto, cujus auperne throno majestatis, tantum dignitatis, munditiæ, decoris ac præstantiæ contulit Joseph, quan-

tum ægris nondum mortalibus satis, superque cognitum certo fidei lumine credimus. — *Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nostro immaculato et divino Josepho concessum est. * Quod quicumque justus vel peccator qui vere recurrit ad eum. V Nullo modo devorabitur ab infernali bestia. Quod. . . .

LECTIO II.

Quo Maria et Joseph nobiliores, eo humiliores.

Sanctissima Virgo, et noster Sanctissimus Joseph, quanto vera et perfecta nobilitate, illustriores fuerunt, tanto clementiores, mansuetiores, placabiliores, et humiliores extiterunt et inventi sunt adimplentes illud Ecclesiastici; Quanto maius est humilitate in omnibus, et coram Deo invenies gratiam. Maria, quanto major erat, tanto humiliabat se, non modo de omnibus sed etiam præ omnibus; et noster Joseph tantum se humiliabat, ut merito factus sit novissimus primus, qui cum primus esset post Mariam omnium esse novissimum faciebat. Merito factus est omnium dominus, qui se omnium exhibebat servum. Tum Maria, tum Joseph perfectissime didicerunt; Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et tamquam humiles corde et indigniores sese aliis arbitrantur, et nunquam desiderabant superiores apparere, et quanto superiores erant, tanto submissius sese gerebant, Maria fuit semper humilis, tum etiam humilior facta est, ubi se a Deo ad tantum mysterium cognovit electam; et noster immaculatus Joseph, virginalis Pater Dei eligitur et voluit occulte dimittere Puerum et Matrem ejus ut servus; hac de causa, suam etiam perfectam et integram nobilitatem ca-

tendit Sanctissimus Joseph volens Virginem dimittere, se omnino indignum judicans, tantae dignitatis habitandi cum Virgine; donec mandato Domini per Angelum obtemperavit. Humillima quoque censenda est fuisse conversatio nostri immaculati Josephi, omni itaque pietatis genere ornatisima. Ergo revera quo Maria et Joseph nobiliores fuerunt, eo humiliores.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Non congruebat ut domestico famulatu rex regum,* ab ignobilibus mente vel corpore nutriretur. ¶ Nec fas erat cui millia millium angelorum ministrant, parentes eligere ignobiles. Ab ignobilibus mente. . . .

LECTIO III.

De singulari pulchritudine nostri Josephi.

Acturi de eximio decore, de speciositate et pulchritudine qua Deus infinita sua sapientia decoravit Sanctissimum Josephum verum Virginis Sponsum et verum Christi virginalem Patrem, debemus ante intelligere, quod nullo sacrarum litterarum testimonio expresse comprobare possit; quia finis sacrarum litterarum est condire homines secundum virtutes, ut finem supernaturalem rationales creature consequantur; sed satis enim fuit per locum a minore inferre, quod quidquid pulchritudinis fuit in aliquo sanctorum in Christo, ac in ejus Matre, in nostro immaculato Josepho minime defuerit, ut ait Albertus Magnus. Quapropter appertissime ejus pulchritudini accomodatur illa; speciosus forma præ filiis hominum. Benedicat tibi Dominus pulchritudo justitiæ; Ecce tu pulcher es, dilecte mi; et nostro iu-

dicio ubi ait speciosus, dicere possimus; Noster Sanctissimus Joseph fuit pulcherrimus in ejus conceptione immaculata; pulcherrimus in nativitate, pulcherrimus in pueritia, pulcherrimus in juventute, pulcherrimus in desponsatione, pulcherrimus in paternitate, pulcherrimus in fuga Ægypti, pulcherrimus in miraculis, pulcherrimus in omnibus laboribus, pulcherrimus in Nazareth, pulcherrimus in Bethlehem, pulcherrimus deponens animam, pulcherrimus in celo, pulcherrimus in suo potentissimo patrocinio erga nos filios charissimos.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ad pulchritudinem requiritur conveniens color natus, qui oritur ex optimo temperamento et complexione,* et sicut hæc optima in Josephi corpore fuere. ¶ Ita illi erat connaturalis perfectus color, pulchritudo. Et sicut. . . .

—DIA 29 DE MAYO.—

LECTIO I

—EX DOCTORIBUS.—

Potuit Deus hoc pluribus privilegium (conceptio sine macula sanctificationis in utero) dare, sed an de facto dederit nescimus. Sane si post beatam Virgiam illud alieni alteri ex initio recensitis dederit, Sancto Josepho ejus Sponso, id ipsum non negasse videtur.—*Corn.*—Prevenisti eum (divinum Josephum) in benedictionibus dulcedinis; pusuisti in capite ejus coronam de lapide præioso, ita ut fuit sanctificatus in utero.—*Bern. de B.*—Filius enim accrescens Joseph noster, filius accrescens plusquam alter Joseph filius Jacob.—*Barradas.*—Est revera

noster Joseph quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, quasi flos rosarum in diebus vernis et quasi ignis effulgens et thus ardens in igne Joseph. Itaque si roges qualisnam vir fuerit Joseph? Paucis respondeo; fuit adiutorium simile Virgini Deiparæ.

—*Barrad.*— De Joseph et ratio suadet eua quod facialis forma, Jesu formæ similis fuisse reputanda est. Si non quo pacto pater ejus creditus esset? Qualiter omnino Matris salvasset honorem? Ergo valde sibi similis quod gratia, non caro fecit.—*Barrad.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nostro divino Josepho Filius Dei subditus fuit.

*Et Josephum Mater Dei tenerrime dilexit. ¶ Ut Sponsum agnovisset, et ut Dominum coluisset; quia fuisset ab initio sui esse omnino immaculatus.—Et Josephum.....

LECTIO II.

Noster Joseph post Christum et Virginem fuit pulcherrimus.

Sanctissimus Joseph fuit ita pulcherrimus, et ita optime in corpore dispositus, quod post Virginem Matrem, nullus fuit Christo similior: Joseph fuit ergo Christo similior inter omnes homines et per consequens fuit formosissimus. Naturalissimum est omnibus viventibus generare sibi simile, quod non solum verum habet secundum speciem essentiam, sed etiam accidentia corporalia, scilicet, pulchritudinem, staturam, sanctitatem, infirmitatem et similia; et sicut leprosus generat leprosum et ætiops ætiopem, ita pulcher generat pulchrum. Sed David erat pulcher aspectu, et Salomon, Absalon et Thamar et alii ejusdem stirpis fuerunt pulchri et formosi; ergo

beatus Joseph qui fuit ex progenie pulchra David, fuit revera pulcher, imo et pulcherrimus fuit, ne pulchritudo rerum divinarum in deformitatem terminatam fuisse dicamus. Opera Dei perfecta sunt, sed Deus beatam Virginem ab æterno in Matrem suam elegit et Joseph in virginalem Patrem; sed beata Virgo Sanctissimi Josephi Sponsa fuit pulcherrima; ergo, ut Dei opera in hoc particulari essent perfecta Sanctissimus Joseph Sponsus ejus, debuit esse in pulchritudine Sponsæ similis. Probatur etiam respectu finis, ad quem ordinatum fuit matrimonium inter Virginem et Josephum, scilicet, ad debite honorandos almos parentes Christi; ergo, si Christus Dominus speciosus fuit super filios hominum, tum Maria, tum Joseph, tamquam parentes virginales, debuerunt esse similes Christo, id est, perfectissime pulcherrimi; et si Maria fuit tota pulchra in anima et corpore, ita noster immaculatus Joseph fuit totus pulcher et pulcherrimus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Domino nostro Jesu Christo erat similis Joseph in facie et in ceteris, dispositionibus corporalibus.* Quia nisi inter staturam et effigiem Christi et Joseph fuisset similitudo ¶ Non esset reputatus a Judæis eius filius. Quia nisi.....

LECTIO III.

Josephus corpus pulcherrimum fuit propter animam.

Individuatio est de substantia individui, sed anima individuatur per ordinem ad corpus; ergo, quo melius fuerit corpus, melior erit anima; sed anima immaculata et sanctissima nostri Josephi, fuit ab æterno

Piissima

35

noster Joseph quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, quasi flos rosarum in diebus vernis et quasi ignis effulgens et thus ardens in igne Joseph. Itaque si roges qualisnam vir fuerit Joseph? Paucis respondeo; fuit adiutorium simile Virgini Deiparæ.

—*Barrad.*—De Joseph et ratio suadet eua quod facialis forma, Jesu formæ similis fuisse reputanda est. Si non quo pacto pater ejus creditus esset? Qualiter omnino Matris salvasset honorem? Ergo valde sibi similis quod gratia, non caro fecit.—*Barrad.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nostro divino Josepho Filius Dei subditus fuit.

*Et Josephum Mater Dei tenerrime dilexit. ¶ Ut Sponsum agnovisset, et ut Dominum coluisset; quia fuisset ab initio sui esse omnino immaculatus.—Et Josephum.....

LECTIO II.

Noster Joseph post Christum et Virginem fuit pulcherrimus.

Sanctissimus Joseph fuit ita pulcherrimus, et ita optime in corpore dispositus, quod post Virginem Matrem, nullus fuit Christo similior: Joseph fuit ergo Christo similior inter omnes homines et per consequens fuit formosissimus. Naturalissimum est omnibus viventibus generare sibi simile, quod non solum verum habet secundum speciem essentiam, sed etiam accidentia corporalia, scilicet, pulchritudinem, staturam, sanctitatem, infirmitatem et similia; et sicut leprosus generat leprosum et ætiops ætiopem, ita pulcher generat pulchrum. Sed David erat pulcher aspectu, et Salomon, Absalon et Thamar et alii ejusdem stirpis fuerunt pulchri et formosi; ergo

beatus Joseph qui fuit ex progenie pulchra David, fuit revera pulcher, imo et pulcherrimus fuit, ne pulchritudo rerum divinarum in deformitatem terminatam fuisse dicamus. Opera Dei perfecta sunt, sed Deus beatam Virginem ab æterno in Matrem suam elegit et Joseph in virginalem Patrem; sed beata Virgo Sanctissimi Josephi Sponsa fuit pulcherrima; ergo, ut Dei opera in hoc particulari essent perfecta Sanctissimus Joseph Sponsus ejus, debuit esse in pulchritudine Sponsæ similis. Probatur etiam respectu finis, ad quem ordinatum fuit matrimonium inter Virginem et Josephum, scilicet, ad debite honorandos almos parentes Christi; ergo, si Christus Dominus speciosus fuit super filios hominum, tum Maria, tum Joseph, tamquam parentes virginales, debuerunt esse similes Christo, id est, perfectissime pulcherrimi; et si Maria fuit tota pulchra in anima et corpore, ita noster immaculatus Joseph fuit totus pulcher et pulcherrimus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Domino nostro Jesu Christo erat similis Joseph in facie et in ceteris, dispositionibus corporalibus.* Quia nisi inter staturam et effigiem Christi et Joseph fuisset similitudo ¶ Non esset reputatus a Judæis eius filius. Quia nisi.....

LECTIO III.

Josephus corpus pulcherrimum fuit propter animam.

Individuatio est de substantia individui, sed anima individuatur per ordinem ad corpus; ergo, quo melius fuerit corpus, melior erit anima; sed anima immaculata et sanctissima nostri Josephi, fuit ab æterno

a Deo electa, et donis convenientibus et gratiis ornata, ut posset esse dignus Virginia Sponsus; ergo, tali animæ pulchræ, tale corpus pulchrum, dicente divo Ambrosio, species corporis similis est mentis, figuraque probitatis. Non dubium profecto, nostro Josepho Puerum Jesu manu ducenti multoties contigisse, et quando deferret illum speciosum præ filiis hominum omnes commovebantur ad videndam pulchritudinem Pueri Jesu; et etiam ad videndam pulchritudinem nostri Sanctissimi Josephi, quia scriptum est, Joseph decorus aspectu, filiae discurrerunt super murum. Si Ægyptii quando audiebant adventum Joseph, currebant ad fenestras et super muros, unde possent eum videre, propter ejus gratiositatem; sic nec dubium est, quin beata Virgo et beatus Joseph a multis rogati, cujus esset puer ille candidus et rubicundus, electus ex millibus, respondebat uterque, sicut et etiam præcipue Sanctus Joseph: Filius meus est. Ita certissimum est, tam in Virgine quam in Josepho perfectissima similitudo in facie, et pulchritudine cum Christo Domino esset conveniens et requisita. Ergo Joseph, Josepho Patriarcha pulchrior est; ergo Josephi corpus pulcherrimum fuit propter ejus sanctissimam animam.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Sanctitas Christi Domini, ac Virginis ac Josephi pulchra est, Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ. ¶ Ergo asserendum est Josephum pulcherrimum fuisse ut Christus candidus et rubicundus, ut Virgo pulcherrima.— Domine....

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Fuit Joseph de stirpe nobilissima Abrahæ ac David, quibus facta est repromissio Christi nascituri: non fuit autem inventus similis Joseph in filiis eorum qui fuerant præstantiores cæteris hominibus mundi.—*Isid.*—Fuit conveniens ex parte nostri ut Sanctus Joseph tantæ fungeretur conjugii.—*Isid.*—Joseph tempore desponsationis beatæ Virginis fuit juvenis; quia Sponsam Sponso decet esse coævam; et si beata Virgo fuit tunc junior; credibile igitur est Joseph tunc fuisse juvenem.—*Isid.*—Desponsata fuit beata Virgo ut sacramentum Filii Dei etiam occultaretur; ut ab hominibus putaretur esse filius hominis; igitur fuit juvenis.—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Sicut beata Virgo Maria, Mater Dei est et Mater nostra.*Sic noster divinus Joseph Pater Dei est et etiam Pater noster. ¶ Et consequenter omnium nostrum charissimus Pater. Sic....

LECTIO II.

De peccato originali.

Est autem originale peccatum, quædam inordinata dispositio habitualis proveniens ex dissolutione illius harmoniæ, in qua consistebat ratio originalis justitiæ: sicut etiam ægritudo corporalis, est quædam inordinata dispositio corporis, secundum quam solvitur æqualitas in qua consistit ratio sanitatis. Unde peccatum originale, languer naturæ dicitur. Ad translationem autem peccati originalis, nihil aliud re-

quiritur, nisi ut homo per veram generationem ab Adamo descendat. Hoc enim ipso, quod aliquis in lumbis Adæ fuit, isque præceptum in paradiso transgredere, atque in illo ejus peccato communicavit! Hac de causa catholice fidei veritatem esse indubitam, peccatum vere ac proprie dictum in Adæ posteros per generationem derivari. Quod satis expresse patet de Sacra Scriptura: Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors; et ita omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.—Erasmus nos natura filii iræ.—Nemo mundus a sorde, neque infans cujus est unius diei vita super terram. Ergo omnes peccatum contrahimus, in illo enim primo ut in activo principio. Ergo Adæ peccatum, commune fuit omnibus, et ideo illo peccante, in illo omnes peccavimus, et ideo Apostolus id dixit loquens de Adamo in quo omnes peccaverunt. Sed utrum Sanctissimus Joseph singulari Omnipotentis Dei beneficio potuisset esse conceptus absque peccato originali, Deus scit.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quoniam tu, Deus Omnipotens, prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. *Quia, tu Deus susceptor meus es, et misericordia tua præveniet me. ¶ Salvasti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me in manibus inimici, et statuisti in loco spatioso pedes meos. Quia tu Deus, ...

LECTIO III.

Quomodo contrahi possit peccatum originale.

Tribus modis peccatum primi parentis cum filiis ejus communicari possit. Primo enim, dicatur

Adæ filii in ipso Adamo peccavisse, cum ille præceptum Domini in paradiso transgressus est, et quoniam tunc non erant ipsi in actu, sed in potentia; ideo quoque peccatum tunc non actu, sed potentia contraxerunt, quia non in se, sed in parente subsistebat. Secundo, dicuntur in peccato concipi omnes Adæ filii, cum primum fœtus in utero matris existere incipit, quia revera ante animationem, tunc incipit homo existere ratione unius suæ partis, modo dicuntur filii in utero matris nomen mensibus gestari; et pars illa ex corrupta natura originem habet, et vitiata recte nominari potest; atque ei ex vi suæ generationis debetur, ut cum primum anima rationalis sortita fuerit, inde existat homo peccator, et iræ divinæ filius, ideoque dicuntur homines tunc primum in iniquitatibus concipi et generari. Tertio, dicuntur homines concipi in peccato, cum animæ corporibus inspirantur, tunc enim incipiunt proprie et reipsa esse homines, et habere voluntatem originali justitia denudatam, a Deo aversam et deformem. Quæritur ergo, utrum Sanctissimus Joseph non peccaverit in Adamo. Cur prohibitio de non gustando fructum prohibitum, ad eum non pertinebat? cur non in lumbis Adæ originem habuerit ex natura corrupta? cur anima nostri Josephi in primo instanti suæ creationis et infusionis in corpore fuerit sine macula originali? Deus scit.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Utinam persona nostri Josephi numquam actu existens peccatum habuerit. *Neque peccatum mortale, neque veniale. ¶ Et semper sine labe originali conceptus. Neque peccatum. ...

—DIA 31 DE MAYO.—

LECTIO I.

EX DOCTORIBUS.—

Joseph electus fuit a Deo in tali ætate in qua posset beatissimæ Virgini deservire ac Christo infantis: Juvenis ergo tunc fuit Joseph. Etiam scriptum est: Habitavit juvenis cum Virgine, id est, Joseph cum Maria juxta glosam quam sequuntur omnes fere divinarum litterarum interpretes. Igitur Sanctus Joseph tunc fuit juvenis.—*Isid.*—Divinæ litteræ virum Mariæ Joseph vocant, ut illius ætas designetur; vir enim a virilitate dicitur: Joseph autem tunc illius erat ætatis qua gravitate, prudentia, ac fortitudine viguit; ætas virilis conveniebat ætati beatæ Virginis, ut maritus esset vir; cujus pudorem in tantum dilexit Dominus: Joseph igitur tunc vir fuit. Denique etiam dicendum est, quod Sanctus Joseph fuit juvenis, florida ætate, non annorum paucitate.

—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Noster immaculatus Joseph,*Ita est verus virginalis Pater Christi. ¶ Ut omnes Paternitatis titulos qui reperiri possunt, in se ipso revera habet.—

Ita est....

LECTIO II.

*Christus Dominus essentialiter non contraxit
—peccatum originale.—*

Solus Christus Dominus est verus Deus et verus Homo, fuit immunis proprio jure et ex natura sua a contractione peccati originalis. Hac de causa dicebat Divus Lucas; Ideoque et quod nascetur

ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et Mattheus etiam agebat; Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est. Non est in filiis hominum quisquam sine peccato, excepto uno mediatore nostro. Teneamus ergo fidei indeclinabilem confessionem, quod solus Christus sine peccato natus est in similitudinem carnis peccati. Ad distinctionem nostræ sanctitatis, Jesus sanctus, sanctissimus singulariter nasciturus asseritur. Nos quippe, etsi sancti efficiamur, non tamen nascimur, quia ipsa naturæ corruptionis conditione constringimur, ut merito cum propheta gementes singulari dicamus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sunt. Christus vero fuit segregatus a peccatoribus, quantum ad participationem cum eis in peccato, quia talis segregatio erat essentialiter necessaria, cum non capax sit illius ex peccati macula. Et hoc etiam factum est ita, ut si daremus Christum Dominum fuisse conceptum more aliorum hominum quod nullo modo sane deceret, adhuc peccatam originale non incurrisset. Quia licet conceptionis modus id efflagitasse, suppositum tamen divinum, omnem peccati maculam cœlesti majestate depulisset. Ideoque solus per omnia ex natis de femina Sanctus Dominus Jesus essentialiter abfuit a peccato originali

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Jesus fuit essentialiter sine macula originali, quia ab illo instanti suæ conceptionis.*Ille homo fuit lumen de lumine et Deus de Deo. ¶ Quis enim essentialiter in-tus cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras. Ille homo....

LECTIO III

*Deipara per privilegium non contraxit
—peccatum originale.—*

Quare potsquam intermisimus in humilitate et jejuio, privatas nostras et publicas Ecclesiæ preces Deo Patri per Filium ejus offerre, ut Spiritus Sanctus virtute mentem nostram dirigere et confirmare dignaretur, implorato universæ cœlestis curiæ præsidio, et advocato cum gemitibus Paraclito Spiritu, eoque sic adspirante, ad honorem Sanctæ et individue Trinitatis, ad decus et ornamentum Virginis Deiparæ, ad exaltationem fidei catholice et christianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini nostri Jesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac nostra, declaramus, pronuntiamus et definimus: Doctrinam quæ tenet beatissimam Virginem Mariam fuisse singulari Omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpæ labe, præservatam immunem, esse a Deo revelatam, atque idcirco ab omnibus fidelibus, firmiter, constanterque credendam. Quapropter si qui secus ac nobis definitum est, quod Deus avertat, præsumperint corde sentire si noverint ac porro sciant se proprio judicio condemnatos, naufragium circa fidem passos esse, et ab unitate Ecclesiæ defecisse.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Nostra Deipara Maria per privilegium singulari, sicut Mater Dei, non contraxit peccatum originale. *Quia Deus Omnipotens præcinxit me virtute et posuit immaculatam viam meam. * In hoc cognovi quoniam tu Dominus Deus voluisti me, quo-

niam non gaudebit macula peccati originalis super me. Quia Deus. . .

MES DE JUNIO.

—DIA 1º—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph fuit legitimæ nativitatis Christi tutor; ex Matre temporali ortus legitimi scutum, hac de causa quanta auctoritate apud Deum et angelos effulsisse Sanctum Josephum credendum est?—*Isid.*—Joseph fuit Christi Pueri contra insidias diaboli defensor, Magna profecto erat et mortalibus inexplicabilis virtus Josephi; et vis quæ vehementiora diaboli nocumenta superare poterat, cui incognitas Joseph virtutes Deus Omnipotens opposuit.—*Isid.*—Quam fortis, quam excelsus, quantaque fulgebat prudentia Joseph, qui adversus fortissimum, callidissimum ac nequissimum diabolum, Filium Dei infantem et puerum protexit ac defendit! Opressa enim fuit mens diaboli a magestate prudentiæ Joseph.—*Isid.*

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R. Deo gratias.

R. O quoties Joseph infantem Jesum brachiis gestabat ejus amore languens. *O quoties jam loquenti

LECTIO III

*Deipara per privilegium non contraxit
—peccatum originale.—*

Quare potsquam intermisimus in humilitate et jejuio, privatas nostras et publicas Ecclesiæ preces Deo Patri per Filium ejus offerre, ut Spiritus Sanctus virtute mentem nostram dirigere et confirmare dignaretur, implorato universæ cœlestis curiæ præsidio, et advocato cum gemitibus Paraclito Spiritu, eoque sic adspirante, ad honorem Sanctæ et individue Trinitatis, ad decus et ornamentum Virginis Deiparæ, ad exaltationem fidei catholice et christianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini nostri Jesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac nostra, declaramus, pronuntiamus et definimus: Doctrinam quæ tenet beatissimam Virginem Mariam fuisse singulari Omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpæ labe, præservatam immunem, esse a Deo revelatam, atque idcirco ab omnibus fidelibus, firmiter, constanterque credendam. Quapropter si qui secus ac nobis definitum est, quod Deus avertat, præsumperint corde sentire si noverint ac porro sciant se proprio judicio condemnatos, naufragium circa fidem passos esse, et ab unitate Ecclesiæ defecisse.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

*R. Nostra Deipara Maria per privilegium singulari, sicut Mater Dei, non contraxit peccatum originale. *Quia Deus Omnipotens præcinxit me virtute et posuit immaculatam viam meam. * In hoc cognovi quoniam tu Dominus Deus voluisti me, quo-*

niam non gaudebit macula peccati originalis super me. Quia Deus. . .

MES DE JUNIO.

—DIA 1º—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph fuit legitimæ nativitatis Christi tutor; ex Matre temporali ortus legitimi scutum, hac de causa quanta auctoritate apud Deum et angelos effulsisse Sanctum Josephum credendum est?—*Isid.*—Joseph fuit Christi Pueri contra insidias diaboli defensor, Magna profecto erat et mortalibus inexplicabilis virtus Josephi; et vis quæ vehementiora diaboli nocumenta superare poterat, cui incognitas Joseph virtutes Deus Omnipotens opposuit.—*Isid.*—Quam fortis, quam excelsus, quantaque fulgebat prudentia Joseph, qui adversus fortissimum, callidissimum ac nequissimum diabolum, Filium Dei infantem et puerum protexit ac defendit! Opressa enim fuit mens diaboli a magestate prudentiæ Joseph.—*Isid.*

Nos hæc sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinæ lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R. Deo gratias.

*R. O quoties Joseph infantem Jesum brachiis gestabat ejus amore languens. *O quoties jam loquenti*

Jesu, et rationem ostendentiloquebatur Joseph. Quid a me patis, o Fili mi Deus immortalis! O quoties. . . .

LECTIO II

Fervida dilectio erga nostram sanctam vocationem.

Gratias tibi ago, Domine Sancte Joseph, qui me peccatorem indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae, munificare dignatus es sanctissima, dignissima, et excellentissima vocatione, ad tuum Sanctum Institutum revera efformandum. Et precor te, ut haec dilectissima vocatio, non sit mihi reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam. Utinam sit mihi armatura fidei, et scutum bonae voluntatis, ad nostras regulas vere adimplendas. Utinam sit mihi vitiorum meorum evacuatio, charitatis et patientiae, humilitatis et obedientiae, omniumque virtutum augmentatio; atque hoc modo, et cum vera fidelitate, vota mea Deo facta, adimplere possim, omnibus diebus vitae meae. Utinam sit mihi contra insidias inimicorum omnium, tam visibilium, quam invisibilium, firma defensio; et sic ultima vota sint a me perfectissima impleta. Utinam sit mihi motuum meorum tam carnalium quam spiritualium perpetua quietatio, in Deo meo firma adhesio, atque finis mei felix consummatio; ideoque coeli coelorum saetetas plena, gaudium sempiternum, jucunditas, et felicitas perfecta.

Nos haec sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis, esto mecum in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R Deo gratias.

R Quis est locus requietionis meae ait Dominus? est revera noster immaculatus Joseph. *Ad quem respiciam inter omnes homines? Nisi ad Josephum ut meus virginalis Pater, verus Sponsus meae Matris Deigenitricis. Ad quem. . . .

LECTIO III.

Excellentia nostrae sanctae vocationis.

Transfige, o bone Joseph, medullas et viscera animae meae suavissimo ac saluberrime vulnere nostrae sanctae vocationis, ad efformandas tuas familias, quae tuum sanctum Institutum efformare debent. Utinam ab hac die vera, serenaque, et apostolica sanctissima charitate, ita langueat et liquefat anima mea, ut per nostram vocationem, Jesum et Mariam concupiscat, deficiat in atria sua, cupiat dissolvi et esse cum illis. Utinam ab hac die, dilectissimam nostram vocationem semper anima mea ambiat, semper quaerat, ad illam tendat, ad illam perveniat, circa illam meditetur, de illa loquatur, et omnia operetur in laudem et honorem nominis Sancti Patris nostri Josephi. Utinam ab hac die, meae operationes semper sint factae cum humilitate et discretionem, cum dilectione, et delectatione, cum facilitate et affectu, et ita cum perseverantia usque in finem, ut mea vocatio sit semper spes mea, tota fiducia mea, divitiae meae, dilectio mea, jucunditas mea, thesaurus meus, et fixa, et firma, et immobiliter semper sit radicata in mente mea, et corde meo.

Nos haec sublimia mysteria mirantes, et ut finem huic divinae lectioni apponamus, ex toto corde et ex tota anima nostra dicere volumus: Jesu, Maria et Joseph cor et animam meam trado vobis; esto mecum

in ultimo agone; et cum pace et vobiscum spiret anima mea.

R. Deo gratias.

R. Christus Dominus liberalissimus sese ostendit in quemlibet Josephi Parentis sui devotum. *Qui cum in gloria intuetur quempiam illi affici, illi studere honore. ⁊ Gaudet profecto, annuit votis et clementius exaudit, et pro paterna gloria abundantius munera effundit coelestia. Qui....

—DIA 2 DE JUNIO—

LECTIO I

—EX DOCTORIBUS—

Ipse Joseph filii Dei fuit nutritius quantae ergo erat in Sanctissimo, Joseph virtutes, quibus filium Dei educaret, aleret et vestiret? Joseph Verbum Dei quo coelestes orbes et angeli conditi sunt et in esse conservantur, enutrivit et aluit —*Isid.*—Excellentia virtutum cognitarum in Sancto Josepho propter conjugium cum beata Virgine, est quia ipse fuit Christi ex Virgine nati unicus testis, et hoc munere sanctos aequavit spiritus.—*Isid.*—Fidelis nimium, nimiumque Joseph, cujus unica testificatio satis Deo et angelis faciebat, cui etiam universae nationes merito assentire debent.—*Isid.*—In suo sancto conjugio ipse Joseph divinus gessit personam Filii Dei Virginis Ecclesiae Sponsi perpetui.—*Isid.*—Magna veneratione honorandus est Sanctus Joseph, qui Christi maxima figura fuit et vices ejus gessit.—*Isid.*—O vos omnes conjugati Sanctus Joseph vester est patronus adversus haereticos.—*Isid.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. O Filii mei Jesu, aiebat ejus Pater Joseph, Annue, jube, impera, in omnibus et per omnia. ⁊ Quia quem Patri putari mandas, servum tuum se esse gessit; et gloriatur semper et pro semper.—
Annue....

LECTIO II.

Petitio pro vivis ad Patrem nostrum Josephum.

O bone Joseph, per privilegium tuae conceptionis immaculatae, memento mei, filiorum, filiarumque nostri sancti Instituti, Parentum, cognatorum, fratrum, sororum, et amicorum meorum omnium. Memento, o bone Joseph, nostri Pontificis Romani, Cardinalium Coetus, omniumque Praelatorum, et Sacerdotum ac Sanctae Ecclesiae ministrorum. Memento, o bone Joseph, omnium sub mea sollicitudine subjectorum, tanquam spiritualium filiorum, omnium fundatorum, patronorum, benefactorumque spiritualium, ac temporalium. Memento, o bone Joseph, omnium Principum Christianorum, Dominationum, et Rerum publicarum temporalium. Memento, o bone Joseph, omnium peccantium, inimicorumque meorum, ac nostri sancti Instituti, atque omnium conversionis haereticorum et infidelium. Memento, o bone Joseph mei, omnium rerum et personarum pro quibus scis et vis me debere orare. Concede nobis omnes istas gratias, quia volumus te supplexiter colere et honorare, tanquam universalem Protectorem Sanctae Romanae Ecclesiae.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Sicut Deus optimus cultum qui Virgini Matri impenditur, magis remunerat. *Quam quem sibi ipsi quantumlibet praestatur. ⁊ Sic etiam B. V. Maria

gratissimam sese ostendit, cuiuscumque Sponso dilectissimo suo indesinenter inservit. Quam....

LECTIO III.

Petitio pro defunctis ad Patrem nostrum Josephum.

Quemadmodum te suppliciter rogamus, ut in hac vita, omnes de tuo patrocinio confidentes protegere digneris; ita iterum atque iterum de rogamus ut cum Jesu et Maria in extremo vitae articulo nos invisere digneris. Hac de causa, memento o bone Joseph, animarum omnium filiorumque nostri sancti Instituti defunctorum; memento, o bone Joseph, animarum Parentum, Fratrum, Sororum, Cognatorum atque amicorum omnium e vita hac exeuntium; memento, o bone Joseph, animarum omnium benefactorum, tam spiritualium quam corporatum qui in via mortis nos precesserunt; atque omnium mihi in genere et in specie commissarum. Memento, o bone Joseph, animarum Prælatorum, Sacerdotum, atque omnium ministrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dei et Apostolicæ; memento, o bone Joseph, animarum morte improvisa e corporibus suis exutarum, atque earum, quarum non est specialis memoria; memento, o bone Joseph, animatum mei causa et occasione in purgatorio existentium; memento, tandem, o bone Joseph, earum omnium pro quibus scis et vis nos debere orare, quia nobis competit te laudare et glorificare sine labe conceptum.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Magna delicia personare coelestem credimus Jerusalem. *Cum tu immaculatus Joseph nominaris.

¶ Quem Parentem Deus vocare dignatus est, quem Regina coeli Sponsum amantissimum semper clamat. Cum....

—DIA 3 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Pauca licet ergo loquar; magna tamen sentio de Sancto Joseph; et talibus enim divina munera Sancti Josephi, intelligere posse solummodo mortales crediderim.—*Isid.*—Fuit Joseph vir per constantiam fidelitatis, quantum ad justitiam pertinet; et per virtutem castitatis, quantum ad temperantiam; et per excellentiam discretionis, quantum ad prudentiam; ac per strenuitatem operativam, quantum ad fortitudinem; et sic in Sancto Josepho fuit excellentia quator virtutum.—*Alb. M.*—Ut Joseph, justus apud Deum monstretur, cujus nomen tanquam in libro vite scriptum in Evangelio tam signanter exprimitur, ut notus hominibus intelligatur: ut nomen ejus digne in memoriam vertatur, qui in Patrem Dei assumitur.—*Alb. M.*—Divus Joseph terminus omnium Patrum justorum veteris Testamenti, primusque inter patris novi: ergo Josephi justitia censenda est præcelluisse justitiam patrum veteris Testamenti.—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. O dulce solatium! o fons amoris.*Liquefacta est in Jesu anima Josephi præ sui amoris dulcedine. ¶ Quoties infantem exosculans, gaudebatur osculetur me osculo oris sui. Liquefacta....

LECTIO II.

Iniuncta in quotidiana oratione benefacienda.

Fac, Pater mi dilectissime, ut magis ac magis, semper et pro semper, detester et abominer omnia et singula peccata mea, et omnium aliorum, ab initio mundi usque in hanc horam commissorum, et deinceps usque ad mundi finem comittendorum, et ut possim omnes defectus, etiam minimos, impedire, per gratiam Dei, omne quod suppliciter a te credimus impetrare. Fac, bone Joseph, Pater mi dilectissime, ut omnia opera bona a principio mundi usque in hanc horam facta, et deinceps usque in finem mundi facienda, laudem et approbem, et in quantum mihi datum fuerit, ut ea multiplicem per gratiam Dei, quod suppliciter a te desidero. Fac, bone Joseph, Pater mi dilectissime, ut magis ac magis, omnia facere, dicere aut cogitare intendam, ad majorem Sacræ Familiæ gloriam. Fac, patientissime Joseph ut ex toto corde meo, omnibus mihi calumniantibus, omnibus mihi detrahentibus, omnibus quocumque modo nocentibus, et volentibus male, tecum ignoscam et dimittam. Utinam omnes homines salvare possim pro singulis moriendi! Libenter id facerem, per vestree sine labe originali conceptionis gratiam.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Scis, bone Joseph, quam tibi dulcissimæque Sponsæ tuæ ab ineunte ætate fuerim deditus.* Quorum suffragio non dubito cuncta impetrasse. ¶ Ut sub Christi vexillo in tuum sanctum institutum, ut arcem recipi possium. Quorum....

LECTIO III.

Oratio ad Potentissimum Patrem nostrum

—*Josephum ad castitatem fideliter servandam.*—

Anima Sancti Josephi, sanctifica me Corpus Sancti Josephi, salva me. Facies Patris nostri Josephi, conforta me. O bone Joseph, exaudi me. Intra cor tuum absconde me. Ne permittas me separari a te. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis meæ voca me. Et jube me venire ad te; ut cum omnibus angelis laudem te in sæcula sæculorum. Familias tuas dilectas, o bone Joseph, numquam deseras; sed per tuum potentissimum Patrocinium, perpetua defensione, ab omni carnis fœditate, libentissime custode. Protege, Domine Sancte Joseph, nostrum sanctum Institutum, ad te clamantem et tibi confitentem; et tu misericorditer perpetua defensione custodias, ut nos digni efficiamur promissionibus Christi. Virginum custos et Pater Sancte Joseph, cujus fideli custodiæ, ipsa innocentia Jesus, et Virgo Virginum commissa fuit; et per hoc utrumque carissimum pignus Jesum et Mariam obsecro et obtestor, ut me ab omni immunditia præservatum, mente incontaminata, puro corde et casto corpore Jesu et Mariæ facias castissime famulari.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quod licet Instituti nostri sit.* De excellentiis nostri immaculati Josephi in primis agere debet. ¶ Quin de Christo Domino et de beatissima ejus Matre simul agatur, correlativi enim sunt. De....

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

O quoties latro, quoties sitis, albor et ardor atque fames potuit inopes vexare viantes (Joseph, Mariam et Jesum).—*Ger.*—O quam inauditum nuntium et profundum humilitatis negotium!—*Pasc.*—Totum desiderium Josephi fuit obedire voluntati Dei.—*Birg.*—Quae obedientia certe fuit opus divini spiritus.—*Guil.*—Simul corpore et mente consurgens Joseph tota velocitate et devotione.—*Alb. Mag.*—Quia Joseph facilis erat fidei et promptae obedientiae, levi illuminatione utpote in somnis indiguit.—*Alb. Mag.*—Ita erat Joseph obediens ut corde et animo a Judea separaretur.—*Sylo.*—Nec quaerit ab angelo gaudium, quia paratus est in omne tempore Puero et Matri sollicitudinem impendere.—*Alb. Mag.*—Perpendendum, ut exacte Josephus obediat, ut in sanctis inspirationibus obedientiae exemplum ab eo auriatur.—*Frcus. de B.*—Scientiam legis et prophetarum habebat.—*Haim.*—Voluit occulte dimittere eam; et hoc fuit tutius quod consilio humano poterat inveniri.—*Alb. Mag.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Beata Virgo per suam castitatem, erat quasi vidua nostri castissimi Josephi.*Et Spiritus Sanctus quasi frater ejus Sponsam illius sibi desponsavit. † Et Verbum caro factum est, Spiritus Sancti Filium non dicitur, sed Joseph. Et....

LECTIO II.

Christus in mundum ingressus Trinitatem fundavit terrestrem.

In ipso primo lumine et in mundum ingressu, ut coelestem supereminentem Trinitatem hominibus explicaret, ut sic invisibilia Dei, per ea quae facta sunt intellecta conspicerentur, ipse et Dominus Jesus, aliquam Trinitatem proporcionabiliter similem in terra instituit, scilicet, Jesum, Mariam, et Josephum, juxta nostrum Matthaei Evangelium, virum Mariae, de qua natus est Jesus. Sicut enim in Trinitate coelesti tres sunt personae distinctae, et una numero essentia; ita etiam in hac admirabili Trinitate terrestri, tres sunt personae et amore incomparabili, cor unum et anima una, in quibus perfectissime adimpleta fuit ejusdem Christi Domini petitio, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint. Quo etiam sensu huic etiam Trinitati convenit: Tres sunt qui testimonium dant in terra, et hi tres unum sunt; quia inter illos nulla sit opposita divisio, nec punctum, nec comma, sed aequalis etiam in numero litterarum et syllabarum. Ergo Dominus Sanctus Joseph, sicut Jesus, et Maria, sine macula originali conceptus est.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Nulli dubium est quin totum ad laudem et gloriam pertineat Jesu, quidquid Parentibus suis impresum fuerit.*Sicut laus Mariae est laus Christi Filii sui. † Ita laus Joseph in praeconium redundat utriusque Jesu, scilicet, et Mariae. Sicut....

LECTIO III

Dominus Sanctus Joseph fuit immaculatus quia testimonium perhibuit humanitatis et divinitatis Christi.

Si Beata Virgo omnium praestantissima, humanitatis et divinitatis Christi Filii Dei testimonium reddidit; ita etiam Beatus Joseph in simili proportionem testimonium dedit humanitatis et divinitatis Christi, juxta illud; Testimonium in Joseph posuit illud. Hic quoque Beatus Joseph Matris Virginis pudorem testatus est sancta fide et sapientia, ut etiam intellectum angelicum diaboli obtenebraverit. Denique, ipse Joseph fuit Christi ex Virgini nati, unicus testis, tanquam maximus revelator mysteriorum Dei; atque ex Matre temporali ortus legitimi scutum fuit. Hac de causa nos revera dicere possimus, conceptionem nostri Sancti Josephi esse omnino immaculatam, quia testimonium perhibuit humanitatis et divinitatis Jesu.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Festivitas immaculae conceptionis nostri Sanctissimi Josephi erit suo tempore magnifice celebrata. Quia serpentis caput, sua Sponsa Maria virgineo pede contrivit. Et Beatum me dicent omnes generationes, quia fecit me Dominus magnum inter omnes homines. Quia...

—DIA 5 DE JUNIO—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Antiquis patribus Deus praecepit; Joseph vero

idem subjectus Deus obtemperavit.—*Isid.*—Joseph ab angelis in cunctis admonitus et directus legitur.—*Isid.*—Si addideris Joseph innocentiam, humilitatem, paupertatem, putativam Filii Dei paternitatem, ac beatissimae sanctae desponsationis dignitatem fateberis, praedicabis ac certo certius affirmabis Sancto Joseph non esse inventum similem inter patres veteres, qui conservaret legem excelsi.—*Isid.*—Quamvis neminem adfuisse visitationi beatissimae Virginis et Elisabeth divinae referant litterae, nullus tamen est sanae mentis, catholicique ingenii, qui Mariam, Virginem tenerae aetatis solam domo recessisse asseveret.—*Isid.*—Creduntur enim a Nazareth usque ad oppidum Zachariae esse fere quadraginta miliaria; ratio itaque officiumque Sancti Joseph atque auctoritas nos credere cogunt, visitationi Sanctae Mariae et Elisabeth interfuisse.—*Isid.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. O quoties beatam Virginem sublebens brachiis super jumentum. Sedere et apta componere charitate maxima. Et incredibili humilitate noster divinus Joseph diligentissime curabat. Sedere....

LECTIO II.

Tanquam immaculatus B. Joseph, vidit divinam essentiam.

Beatum Josephum, Beatae Virgini Sponsae suae in donis et privilegiis aequiparari debemus; et sicut immaculata Virgo Maria apud nos vitam agens vidit divinam essentiam; eadem pietatis ratione dicere possumus, idem etiam immaculato contigisse Josepho, et haec omnia facta fuerunt, ut melius humanitatis et divinitatis Christi Domini ferre

possit testimonium. Fuit enim noster immaculatus Joseph semper justus; semper a Deo particulariter electus; et ita semper animus maxime compunctus, ut Deus coelestia mysteria confidenter revelaret. Hac enim de causa, immaculato Josepho datum est, non solum videre et audire Verbum Incarnatum, sed etiam portare, deducere, amplecti, deosculari et nutrire et custodire. Quid illi accidisse putamus, quando flammigero amore et ignita charitate, Infantem Jesum brachiis suis gestabat? Quando Pater amantissimus ei dicebat: Quid a me petis, o Fili mi? O Deus immortalis anue, jube, impera, quia quem Patrem vocas, servum tuum se esse gestit et gloriatur. Tu es verus Deus; tu sapientia Patris; tu splendor gloriae; tu salus humani generis; te adoro, o Fili mi, te amo, et a te amari cupio.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. O dulce solatium, o fons amoris. *Liquefacta est in te anima mea prae tui amoris dulcedine. ¶ Quid a me petis, o Fili mi? Liquefacta. . . .

LECTIO III.

Pater noster Joseph exemplar omnium filiorum.

De immaculato et Sanctissimo Patre nostro Josepho, nos certissime dicere debemus, nimio enim zelo accensus multos ex judaismo et paganismo ad veram Christi fidem convertens, exemplum fuit nobis filiis suis tanquam evangelicis predicatoribus, contemplativis et in rerum temporalium exercitiis occupatis, et aliorum tum hominum, tum nostrarum sororum statibus. Joseph enim, omnem intellectum, omnem voluntatem, omnem operationem immediate ordinavit ad Christum, summo ardore, clara intelligentia,

et simplici charitate. Omnes Angeli simul, non tam familiariter Deo mini traverunt, sicut Joseph solus. Ipse enim Deum Dei Filium hospitem excepit, nudum pannis operuit, esurientem aluit, infirmum per infantiam visitavit, et tandem quidquid humanitatis exhibuere oportuit mortali homini Joseph Deo homini facto exhibuit. Quo mentis affectu, qua dulcedine, qua intellectus elevatione, animadverteret amabilis et immaculatus Joseph Christum dilectissimum Deum carne circumdatum?

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Pedes Jesu contingens flammis dicebat surro, terra sui Jesu scabellum pedum tuorum. *Manus videns Jesu, agebat manus tuas, Domine fecerunt me. ¶ In faciem Jesu cælo sereno præstantiorem aspiciens dicebat Domine mi in lumine vultus tui semper ambulebo. Manus. . . .

—DIA 6 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ratio recta non consentit, Joseph quavis occasione, Sponsam divinitus acceptam, dereliquisse, ac passum fuisse virginem tantam, sine se longum iter subire. Joseph ad hoc rationabiliter cogebatur ut pro nova affinitate, nobis congratularetur affinibus, cum præcipue nobiles essent, et magnæ apud judæos opinionis Zacharias et Elisabeth. —Isid.—O qualis domus, qualis camera, qualis lectus, in qua et in quo commorantur et requiescunt tales matres, talibus filiis foecundatæ, Maria et Elisabeth, Jesus et Joan.

nes, et sunt autem ibi magnifici senes, Joseph et Zacharias. Quid queso jucunditatis defuit Sancto Joseph, sive dum novam conjugem in itinere comitaretur, sive dum in obsequio Elisabeth demoratur.—*Bonav.*—Non ergo Joseph in tam longo itinere Sponsam sibi creditam dereliquit.—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Noster immaculatus Joseph suscipiens Jesum et Mariam est mystica scala ad regnum coelorum.* Quia accepit ipsum Dominum. ⁊ Etiamque ipsam angelorum Dominam. Quia. . .

LECTIO II.

Dominus Sanctus Joseph, Spiritum Sanctum representat.

Jesum, Mariam et Josephum fuisse terrestrem Trinitatem ad similitudinem coelestis, gravissimi auctores revera demonstrant. Sicut in coelo est ineffabilis Trinitas, Pater, Filius, et Spiritus Sanctus; sic in terra est Trinitas alia explicata in Matthei Evangelio, Jesus, Maria, et Joseph. Pater Aternus ei Maria maxime conveniunt, sicut enim ille Filium generat, sic et Maria Filius idem est. Spiritus Sanctus cum Josepho convenit, quia uterque Sponsus Mariæ est, et vices Joseph perfectissime Spiritus Sanctus implevit. Hac de causa Mater nostra Ecclesia loquendo de excellentiis divini Josephi, ait, Suanctissimæ genitricis tuæ; id est, quia Maria est Virgo quæ sola Christum genuit in tempore, quia Christus Dominus procedit de Matre sine Patre, et quia Joseph qui per amorem et altissimum ministerium divinum cum Matre et Filio habentem, in hac una Trinitatis catena exactissime colligitur. Unde

sicut Spiritus Sanctus consolator optimus est, sic etiam Deiparæ, et infantis Filii immaculatus Joseph sit consolator Dei, et ille est fidelis servus et prudens quem constituit Dominus suæ Matris solatium, suæ carnis nutritium.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Sicut Spiritus Sanctus est in labore requies et dulce refrigerium, sic et Pater nostrorum filiorum suorum.* Si Spiritus Sanctus est donator munerum, sic pro nostris filiabus est victum et omnia eis necessaria. ⁊ Adoremus te, bone Joseph, quia in sudore vultus tui Jesu et Mariæ omnia suppeditasti. Si Spiritus Sanctus. . .

LECTIO III.

Plenitudinem gratiæ suæ immaculatæ conceptionis habuit Pater noster Joseph.

Trinitas terræ Jesus, Maria et Joseph figurata in propiciatorio et in duobus Cherubinis super illud, nobis concludere permittit, Patrem nostrum Josephum, plenitudinem gratiæ suæ immaculatæ conceptionis habuisse. Est enim Christus Dominus fons omnium gratiarum, Maria autem et Joseph huic fonti conjunctiores et propinquiores; et ideo anima Christi Domini fuit infinita gratia plena, quia propinquior fuit Verbo quod est fons gratiæ, ei personaliter unita. Secundo loco huic fonti aproximatur Maria, quæ in utero fontem continuit gratiæ. Tertio loco huic fonti aproximatur noster Joseph per triginta annos illi semper et semper quotidie adhærendo. Ergo fuit immaculatus noster Sanctissimus Joseph; et fuit a Deo constitutus Dominus domus suæ, et princeps omnis possessionis suæ, et similis

tribus personis divinis cœlestis Trinitatis, et primus omnium sanctorum et angelorum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Patris Æterni, officium et locum tenet noster beatissimus Joseph in terra et in cœlo. *Divini Verbi in omnibus excepta naturali generatione est verus virginalis Pater, verus nutritus et verus tutor. † Spiritui autem Sancto assimilatur noster bonus Joseph, ut sit Sponsæ suæ Mariæ, verus Sponsus et custos fidelissimus. Divini....

—DIA 7 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quando Joseph audivit vocem Elisabeth dicentis: Unde hoc mihi ut veniat Mater Domini mei ad me? nonne novis affectum gaudiis illum credere fas est? Quocirca in cognatæ verbis, vehementer obstupuit. Inter admirandura vero animus ejus ad altissima dogmata intelligenda voce Virginis Sponsæ suæ evocatur exordientis: Magnificat anima mea Dominum. Exurgens Maria abiit in montana, intellige Joseph Sponso comite. —*Isid.*— Sanctus Joseph cogitavit ex humilitate nolle cohabitare tantæ sanctitati. Angelus vero apparens jussit Joseph non timere contra illam humilitatem. —*D. Thom.*— Cum Joseph esset ea in cogitatione et veluti in animi dubietate premebatur, in somnis ei apparuit angelus Domini. —*Isid.*— Fuit modus apparitionis angelicæ præclarus, ratione angeli facientis et Joseph suscipientis. —*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinus Joseph non solum Christi Pater, sed præstantiori jure Pater. *Fuit etiam ab Æterno Patre domus suæ constitutus. † Et revelationes ei fiebant ad Mariam et Jesum gubernandum. Fuit....

LECTIO II.

Immaculatus Joseph est revera admirabilis

Cœlestis et æterna Trinitas est ineffabilis, nostrum superans intellectum; eoque etiam modo, hæc nostra Trinitas terræ, Jesus Maria et Joseph, omne nostrum ingenium et scientiam nostram omnem superat. Merito admiratione, et devotione plenus eum considerando, exclamare possumus cum doctissimo Gerson: O veneranda Trinitas, Jesu, Maria, et Joseph, quam conjunxit divinitus charitatis concordia! Cuperem ut mihi verba suppeterent, ad explicandum tam altum et absconditum a sæculis mysterium, tam admirandam Venerandamque Trinitatem Jesum, Mariam et Joseph. Velle quidem mihi adjacet; sed posse non invenio, ac in ipso conatu deficio. O quam dilecta hujus Trinitatis domus, Christus Maria et Joseph, æternæ Trinitati Patri, Filio et Spiritui Sancto similis! Nihil clarius, nihil melius, nihil in terra erat excellentius. Invidebat terris tales habitatores cœlum, cœlo digniores quam terris. Ideoque, juxta dicta, non solum Jesus est revera immaculatus et admirabilis; non solum etiam Maria est immaculata et admirabilis; sed etiam immaculatus noster Joseph, est admirabilis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Beati oculi Domini Josephi qui Christum millia millies viderunt. *Beatæ manus quæ Christum toties tetigerunt, et beatæ brachia quæ Deum to-

ñes portaverunt. ¶ O beata domus in qua beatissima illa Trinitas habitabat, Jesus, Maria, et Joseph. Beatae....

LECTIO III.

De potentissimo Patrocinio Patris nostri Josephi.

Debemus nos filii ejus Patrem nostrum sequi, et ipsius vestigiis inhærere et exempla imitari; habemus igitur nostræ prædestinationis indicium salutare, et per hujus mundi periculosi tempestuosum mare, tutiorem navigationem, si in hac Domini Josephi protectione debite permanserimus; sua enim protectio, tutissimum refugium, et receptaculum cuique est ex filiis suis. Fuit tamen Dominus Joseph princeps familiæ Dei in terris; Spiritus Sancti templum, quia justus; comes Christi singularis, in cuius sinu et sanctissimis brachiis plene requiescebat, et sub cuius protectione, et umbra, secure tuebatur, et ejus labore nutriebatur. Fuit noster immaculatus Joseph similis Christo in omnibus; hac de causa, ut refert Isolanus, Dominus Jesus, suis Apostolis aiebat: Eram per omnia sicut ipse Joseph, et ego vocabam eum Patrem, et ipse vocabat me filium suum, et diligebam ego eum ut pupillam oculi mei. Et sic in Christo et Josepho perfectissime adimplebatur illud nobis creditum; Propter maximam hanc ergo similitudinem cum immaculato Joseph, tamquam ad locum suum Christus amore perfectissimo ferebatur.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quæ major lætitia? quæ major cordis consolatio? sine intermissione devote cogitare, ut devotioni B. Josephi sedulo omnes iacumbamus. *Scientes

mercedem a Josepho futuram maximam. ¶ Nobis filiis suis tum in vita, tum in morte. Scientes mercedem....

---DIA 8 DE JUNIO.---

LECTIO I.

---EX DOCTORIBUS.---

Apparitio angeli Josepho, fuit mirabilis; quia conformis status Sanctis Josephi, et fuit venerabilis; quia illa summæ secretum venerationis intellexit, omni repulsa dubietate; nulla vero sanctorum visionum per somnum hæc est, celebrior. —*Isid.*— Apparitio angeli Josepho angelicam naturam dignificavit, Sanctum Joseph justificavit, ac beatissimam Virginem lætificavit, atque facta fuit ut Joseph admiremur, honoremus et in exemplum sumamus. —*Isid.*— Quis vero angelus fuerit ista operatus, divina tacens eloquia quidem, sed rationabiliter credi potest, quod Gabriel fuerit; atque eadem ratione opinamur, eundem esse Gabrielem, cuius admonitione Joseph secessit in Ægyptum, et reversus est in terram Israel. —*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Hostias tibi, Domine Deus, in honorem divini Josephi dicatas, benignus suscipe. *Qui totius mundi hostiam veram enutrivit. ¶ Et Deiparam Virginem Mariam. Qui....

LECTIO II.

Conqueritur gravissime Deus, de nostrorum ingratitude.

Loquendo de illis ex nobis filiis Patris nostri Jo-

ñes portaverunt. ¶ O beata domus in qua beatissima illa Trinitas habitabat, Jesus, Maria, et Joseph. Beatae....

LECTIO III.

De potentissimo Patrocinio Patris nostri Josephi.

Debemus nos filii ejus Patrem nostrum sequi, et ipsius vestigiis inhærere et exempla imitari; habemus igitur nostræ prædestinationis indicium salutare, et per hujus mundi periculosi tempestuosum mare, tutiorem navigationem, si in hac Domini Josephi protectione debite permanserimus; sua enim protectio, tutissimum refugium, et receptaculum cuique est ex filiis suis. Fuit tamen Dominus Joseph princeps familiæ Dei in terris; Spiritus Sancti templum, quia justus; comes Christi singularis, in cujus sinu et sanctissimis brachiis plene requiescebat, et sub cujus protectione, et umbra, secure tuebatur, et ejus labore nutriebatur. Fuit noster immaculatus Joseph similis Christo in omnibus; hac de causa, ut refert Isolanus, Dominus Jesus, suis Apostolis ajebat: Eram per omnia sicut ipse Joseph, et ego vocabam eum Patrem, et ipse vocabat me filium suum, et diligebam ego eum ut pupillam oculi mei. Et sic in Christo et Josepho perfectissime adimplebatur illud nobis creditum; Propter maximam hanc ergo similitudinem cum immaculato Joseph, tamquam ad locum suum Christus amore perfectissimo ferebatur.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quæ major lætitia? quæ major cordis consolatio? sine intermissione devote cogitare, ut devotioni B. Josephi sedulo omnes iacumbamus. *Scientes

mercedem a Josepho futuram maximam. ¶ Nobis filiis suis tum in vita, tum in morte. Scientes mercedem....

---DIA 8 DE JUNIO.---

LECTIO I.

---EX DOCTORIBUS.---

Apparitio angeli Josepho, fuit mirabilis; quia conformis status Sanctis Josephi, et fuit venerabilis; quia illa summæ secretum venerationis intellexit, omni repulsa dubietate; nulla vero sanctorum visionum per somnum hæc est, celebrior. —*Isid.*— Apparitio angeli Josepho angelicam naturam dignificavit, Sanctum Joseph justificavit, ac beatissimam Virginem lætificavit, atque facta fuit ut Joseph admiremur, honoremus et in exemplum sumamus —*Isid.*— Quis vero angelus fuerit ista operatus, divina tacens eloquia quidem, sed rationabiliter credi potest, quod Gabriel fuerit; atque eadem ratione opinamur, eundem esse Gabrielem, cujus admonitione Joseph secessit in Ægyptum, et reversus est in terram Israel. —*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Hostias tibi, Domine Deus, in honorem divini Josephi dicatas, benignus suscipe. *Qui totius mundi hostiam veram enutrivit. ¶ Et Deiparam Virginem Mariam. Qui....

LECTIO II.

Conqueritur gravissime Deus, de nostrorum ingratitude.

Loquendo de illis ex nobis filiis Patris nostri Jo-

sephi qui non diligunt Dominum nostrum Sanctum Josephum, ut evenit; gravissime videtur mihi conqueri Deum de nostra magna ingratitude, dicens: Audiant montes iudicium, et fortia fundamenta terræ, quia iudicium Domini cum populo suo. Popule meus, quid feci tibi? aut, in quo contristavi te? quid molestus fuit tibi? Responde mihi. Et ob ejus oculos ingentia accepta beneficia proponens, quærelæ suæ rationem redens, ait: Quia aduxi te de terra Ægypti, et de domo servitutis liberavi te, quia missi ante faciem tuam Moysen, Aaron et Mariam. Quod si hac ratione Deus Omnipotens conquestus est de populo suo, eadem profecto ratione, conqueritur de nobis, et de ingratitude nostra nobisque convincet, eum non solum tibi Moysen ejus servum sed etiam Christum Dominum; non solum Mariam sororem Moysis, verum etiam ipsamet Mariam Sanctissimam adamavisse immaculatum nostrum Josephum. Hac de causa, diligamus ex toto corde nostro Patrem virginalem electum; diligamus eum ex tota anima nostra in Matris suæ Sponsum vocatum; et diligamus eum magis ac magis, quia etiam super virgam suam Spiritus Sanctus in columbae specie, apparuit et requievit ut salvaret nos.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sunt enim Jesus et Maria et Joseph, admirabilis ille funiculus de quo Spiritus Sanctus ait. *Funiculus triplex difficile rumpitur. & Funiculus pulchra varietate contextus. Funiculus. . .

LECTIO III.

Jesu, Mariae, et Joseph habentes tanquam excedens et excessum.

Diversis considerationibus ac respectibus Jesus, Maria et Joseph se habent inter se tanquam excedens et excessum, sequentium conclusionum distinctione diluenda opus est. Sit ergo absolute et simpliciter loquendo, Christus Dominus, Deus et Homo; Princeps regum terræ; Rex regum, et Dominus dominantium; omnium hominum Salvator; Caput omnium principatus et potestatis; omnem habeas in coelo et in terra potestatem; supremus est superiorque Mariae, Josepho, Angelis, hominibus, aliisque quibuscumque rebus creatis. Secunda conclusio; Christus Dominus, in quantum filius naturalis B Virginis Mariae, erat ei subditus, et inferior, quod jus, naturaliter et divinitus Virgini debitum, ipse recognovit et beatissime adimplevit. Tertia conclusio; Christus Dominus in quantum nutritus, pupillus, legatus, putativus, et virginalis Filius beatissimi et immaculati Josephi; immo et in omnibus, excepta tamen generatione naturali, veri et legitimi Patris ei fuit subditus inferior, et Domino nostro Sancto Josepho perfectam præstitit obedientiam.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In gubernatione exteriori hujus divinae domus in qua Joseph a Deo Princeps et Dominus constitutus est. *Joseph hac ratione, divinae ab angelis revelationes fiebant. & Joseph Christo Domino et Deiparae Virgini, cujus vir et caput erat major fuit et superior. Josepho. . .

—DIA 9 DE JUNIO.—

LECTIO I

—EX DOCTORIBUS.—

Certum est, Beatissimam Virginem dilexisse Joseph, sincera ac perpetua dilectione supra coeteros mortales; ac docet fundamentum dilectionis quod est similitudo, quia inter illos similitudo carnis, similitudo nobilissimæ originis, similitudo perpetuæ virginitatis, similitudo divinæ desponsationis, similitudo mutuæ dilectionis, similitudo mutui obsequii, similitudo supernæ electionis, similitudo figuratæ significationis, ac similitudo ad Christum dilectionis et dominationis perfectissima semper et pro semper reperta fuit.—*Isid.*—Meus coelestis beatæ Virginis Sanctum Joseph suum summopere diligere coacta fuit.—*Isid.*—Sancti vero Joseph caro, non fuit sicut caeterorum mortalium; sed similis carni suæ conjugis, ideoque semper incorrupta, munda, carens peccato, et summa jucunditate ejus officio incubuit, suæ Sponsæ imitatus exempla.—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster immaculatus Joseph est unicus inter omnes sanctos et angelos.*Quia, Pater Æternus Filium sibi coæternum hominem factum. ¶ Nostro subjecit Josepho. Quia....

LECTIO II.

Ite ad Patrem nostrum Josephum.

Fuit enim noster immaculatus Joseph progenitus de stirpe patriarchali, regali, atque ducali, secundum lineam rectam; et sic dignitas patriarchalis, regalis, atque ducalis, fuit in illo terminata. Fuit ergo Jo-

seph tantæ nobilitatis, ut quodam modo, si liceat dicere, dederit temporalem nobilitatem Deo in Domino Jesu Christo. Quid ergo secundum hoc Pater Æternus Filio in quo sibi bene complacuit negabit? quid Filius Matri? quid Mater Sponso? O beatos et felices eos quos Pater noster Joseph dilexerit, ita ut sub sua protectione susceperit! Non dubium, quin innumera beneficia ob illius merita a Deo sint habituri. Ite ergo ad Patrem nostrum Josephum, quia ille est sceptrum orthodoxæ fidei, templum indissolubile. Ite ad nostrum immaculatum Joseph, quia per illum Trinitas sanctificatur, crux pretiosa adoratur in toto orbe terrarum; et etiam exultat coelum, laetantur Angeli, turbantur daemones, et vos omnes, tamquam dilectissimi filii ejus ad coelum revocamur. Et quid plura? Ejusdem profecto beatissimi Patris nostri vera devotio signum divinæ gratiæ reputatur; quia in omni periculo potest salutes obtineri ab ipso Sancto Josepho.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Si turbaris, Josephum voca,*Josephum cogita, Josephum invoca. ¶ Et Joseph non recedat a corde, non recedat ab ore, quia ipso tenente non corrui. Josephum....

LECTIO III.

Joseph testis idoneus legitimitatis Christi.

Hujus autem boni nominis in Christo apud homines, et quod fuerit ex origine natus, unicus testis fuit noster immaculatus Joseph, in quo maxima ejus excellentia declaratur, juxta Psalmistam dicentem: Testimonium in Joseph possuit illud. Ipse Joseph Christi ex origine nati unicus testis, et hoc munere

Piissima

sanctos superavit spiritus angelicos, qui testes et nuntii sunt ac revelatores mysteriorum Dei. Fidelis nimirum, nimiumque Joseph cujus unica testificatio satis Deo et angelis faciebat; cui etiam universae nationes quae sub coelo sunt merito assentiri debent, Domino sermone confirmante pluribus signis. Testimonium fuit in Joseph ita ut, partus celaretur diabolo, dum Christum putat non de virgine sed de uxore generatum. Noverat enim daemon ex illo testimonio: Ecce Virgo concipiet, Christum de Virgine nasciturum; quapropter diligentissime omnes virgines observabat ut Mariae adventum agnosceret. Desponsata ergo necessario fuit Maria Josepho, quando per hoc, et a canibus sanctum absconditur, et ab Sponso virginitas comprobatur, et Virginis tam verecundiae parcitur, quam famae providetur. Quid sapientius! quid dignius divinae Providentiae! Uni tali consilio in secretis coelestibus, et admititur testis, et excluditur hostis, et integra servatur fama Virginis Matris, et sicut convenit et debet Dominus noster Joseph plene honoratur.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Coeli enarrant gloriam nostri immaculati Josephi et opera gloriae suae mysteria incarnationis annuntiant. *Testimonium in Joseph posuit illud. ¶ Et testimonium fidelem sapientiam praestans parvulis. Testimonium

—DIA 10 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quanta igitur dilectione arbitrandum est beatis-

simam virginem Joseph prosequutam fuisse.—*Isid.*—Majori beata Virgo amore prosequabatur Joseph, quem noverat.—*Isid.*—At cum Maria attendebat recordabaturque Joseph, divino nutu, Joseph se in Sponsum accepisse, magis magisque in ejus coelesti charitate accendebatur.—*Isid.*—Dicebat intra se beata Virgo: Joseph Sponsam divina mihi electione donatum intimae charitatis visceribus amabo, et sanctissime, ardentissime et justissime.—*Isid.*—At Joseph omni satagebat obsequio die noctuque Sponsam suam prosequi. Quocirca amore incredibili afficiebatur virgo, quem viro Joseph omni ex parte notum efficiebat. O felicissimum charitatis donum ubi pax et concordia, ubi charitas et unanimitas, ubi benignitas et mansuetudo affuerunt!—*Isid.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Potentissimus Joseph omnium nostrorum tenerimus Pater est. *Quia ex iis omnibus suum Institutum est compositum. ¶ Et unusquisque ex nobis ait: Pater mi, salva nos filios tuos. Quia

LECTIO II.

Joseph sua prudentia daemone[m] fefellit, et Christum ab eo defendit.

Ad daemone[m] fallendum nimirum deservit eximia nostri immaculati Josephi prudentia a Deo optimo contra daemone[m] insidias ordinata. Fuit de facto Joseph Christi Pueri contra insidias diaboli, et astutias defensor; magna profecto erat et mortalibus inexplicabilis virtus, Joseph vis, quae vehementiora diaboli nocumenta superare poterat. Potest etiam dici; non est potestas super terram, quae diaboli potestati comparari queat; neque astu-

tis, neque dolus, quæ cuncta adversus Christum Puerum, quanta potuit malignitate exercere studuit; sed dæmonio incognitas Josephi virtutes Deus omnipotens opposuit. Quam fortis, quam excelsus, quanta fulgebat prudentia Joseph, qui adversus fortissimum, callidissimum; ac nequissimum diabolum, Filium Dei infantem, ac puerum protexit et defendit. Hic quoque Matris Virginis pudorem tutavit, tanta fide et sapientia, et prudentia, ut etiam intellectum angelicum diaboli obtenebraverit; oppressa enim fuit mens diaboli a majestate prudentiæ Joseph. Beata Virgo Maria fuit desponsata, tum ut noster Joseph plenissime honorificetur, cum sit Maria sua Sponsa; tum ut posset dæmon em prohibere ne cogitaret quomodo concepisset, de Deo an de viro; tum denique, ut facilius dæmon decipi potest; maxime cum non decuisset Deiparam extra conjugium filium procreare.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Coeleste et divinum matrimonium inter Mariam et Joseph incarnati Verbi tegumentum fuit.* Divina enim sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter. ¶ Et disponit omnia suaviter. Divina enim....

LECTIO III.

Conveniens fuit ut Christus a Joseph aleretur.

Fuit noster immaculatus Joseph, Pater virginalis Christi; fuit Pater Christi reputatione; fuit Pater Christi curatione, quia nutritius; fuit Pater Christi legalis ex ejus Sponsa Maria; fuit denique Pater generatione, non quidem sua, sed per suum consensum, ita ut Maria uxor sua, cooperante Spiritu

Sancto, et quodam modo, vices Joseph gerente, non virili semine sed mystico piramine, fecit ut fuisset virginalis Mater Dei. Fuit ergo conveniens ut Christus Dominus a nostro immaculato Josepho nutriretur. Pater enim apud humanas et divinas litteras quia appellatur ratione curationis et gubernationis, ut Pater pauperum. Vide quantæ latebant in Sanctissimo Josepho virtutes, quibus Filium Dei educaret, aleret, et vestiret; et noster potentissimus Joseph enutrivit, et aluit Verbum Dei. Non solum Joseph fuit Christi nutritius, sed etiam solertissimus tutor, pedagogus, ac defensor; multis eiquidem eget illa infirma ætas, quæ sola Mater convenienter præstare non potest. Ergo desponsata est Virgo Josepho, ut infantis curam gereret ipse fidelissimus et immaculatus Joseph, sive in domo sive in Ægyptum abiens, sive in domo rediens. Fuit fidelis servus et prudens quem constituit Dominus Pater virginalis Verbi incarnati; Pater virginalis generatione, non quidem sua, sed Mariæ uxoris suæ cooperante Spiritu Sancto, et quodam modo vices Joseph gerente per suum consensum de illo acceptum, non virili semine, sed mystico spiramine.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

Fuit ergo desponsata Virgo viro cui nomen erat Joseph.* Et coram Deo et hominibus dicere potest. ¶ Hic est Filius meus dilectus in quo complacui mihi, ipsum audite. Et....

—DIA 11 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

O quam rationabile est beatam Virginem Sponso suo servissis, quam promptissime obediisse, quam dulcissime et quam amantissime illum per singulos dies allocutam fuisse! Credo ergo, o Virgo immaculata, nec vana fides, te erga Sponsum tuum castissimum et tibi obsequentissimum castissima semper dilectione flagrasse. Et puto quod super omnes patriarchas, prophetas, duces, reges sanctosque alios dulcissime eundem dilexeris. O quanto studio Virgo coelestis absenti viro, cibos parabat, mensam componebat, domum mundam servabat, redeuntem vero quam jucundissime excipiebat!—*Isid.*—Joseph et Maria cuncta operabantur amore Jesu, quem praesentem intuebantur, quem noverat aeterna providentia se delegisse ut talibus insisterent.—*Isid.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Nostrum divinum Josephum, ut tenerrimum Patrem totius nostri Instituti.*Evidentissime clamare debemus ¶ Quia Pater est Christi. Evidentissime...

LECTIO II.

Noster Joseph fidelissimus fuit semper Deo suo.

Loquende de infantia Salvatoris, iterum, iterumque revera dicere possumus; Fuit noster bonus Joseph fidelissimus semper Domino Deo suo; id est, plenissimam fidelitatem servans illi qui talem sibi, ac tantum thesaurum tanto tempore servandum commisit; Jesum nimirum et Matrem; unde ausim

DIA 11 DE JUNIO

583

affirmare fideliozem fuisse priori Joseph. Fuit fidelissimus Deo suo propetr suam perfectissimam prudentiam; prudenter enim fugit ab Herode et Archelao, qui necem Christi Jesu meditabantur, multo etiam prudentior priori Joseph. Fuit fidelissimus Deo suo, quia in omnibus virtutibus fuit semper praecclarus; elucet enim ejus maxima fidelitate proficiens in Bethleem, fugiens in Aegyptum et inde rediens, eum angelus apparens in somnis ei dixit: Surge, et accipe Puerum et Matrem ejus, et vade in terram Israel. Honoremus ergo nostrum Joseph fidelissimum Deo suo, laborando propriis manibus, et Christum cum Matre nutriendo, in incommodis paupertatis, in injuriis propter Christum toleratis, atque in omni tempore.

Noe haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ex contemptu Pharisaei dicebant Jesu, nonne hic est fabri Filius? In omnibus enim quibus noster Joseph sedulo ministrare debuit. ¶ Vere fuit semper Joseph Filius accrescens, id est, donis Dei maxime repletus. In...

LECTIO III.

Nobis filiis Joseph non sufficit bona vita coram Deo, sed tanquam filii Joseph, fama necesse est coram hominibus.

Curare debemus, tum de bono nomine, tum de honestate famae, exemplo illius, volens dimittere uxorem suam, quia Deigenitricem. Curam habet, unicuique nostrorum ait Joseph, de bono nomine, magis enim tibi proderit quam thesaurus; quia duo sunt tibi necessaria, scilicet, conscientia et fama, conscientia propter te, et fama propter proximum;

Ambo sunt tibi necessaria; quia finis tui, sancti Instituti est, non solum docere juventutem in scholis et collegiis primi ordinis et formare juvenes ad vitam et munia ecclesiastica in collegiis clericibus secundi ordinis; verum etiam sacris excursionibus apostolicis operam navare, et exercitia spiritualia tradere omnibus fidelibus et etiam in fidelibus. Ergo, qui inter nos conscientiae suae famam negligit, crudelis est nostro sancto Instituto, et crudelissimus animae suae et animabus multorum illi commendatis; quia opera salutis sine fama, sine opera proficit. Hac de causa Christus Dominus agebat; Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est. Et etiam gravissime hortamur per Apostolum: Providentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Non carebit praesumptionis et arrogantiae nota.

*Qui bono nomine apud homines posthabito. & Satis sibi esse putaverit sancte apud Deum vivere.—
Qui bono....

—DIA 12 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Noverant Beata Virgo et Joseph se a Deo electos, ut divina inter eos perseveraret dilectio, qua totius humani generis gelida tepescerant corda.—
Isid.—Beatam virginem Joseph dilexisse credendum est, qui Adamo praefigurabatur sacramento.—
Isid.—Virginis et Joseph matrimonium, Sanctae

Matris Ecclesiae indissolubilem praesignatum nexum—*Isid.*—Quid quaeso majoris dilectionis vinculo potest aut poterit esse conjunctius sanctissima societate Joseph et Mariae, Jesu aeternus amor instituit, propria custodivit presentia, auxit et perfecit?—*Isid.*—Hic est amor ille divinus, haec suprema charitas, quae solum Deum verum edidit mundo, enutrivit ac induit. Hac dilectione Deus idem verus hujus sacratissimi conjugii Filius putari voluit et dici: Ex Virgine itaque Matre Deus homo prodiit, et ejusce Virginis semper intactae, viri Filii putari voluit.—*Isid.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Immaculatum Josephum certum est fuisse Christi Patrem.* Quia et corpus, et venter, et ubera ipsius Virginis ad eum pertinebant. & Ratione divini matrimonii cum Virgine Maria. Qui....

LECTIO II.

*Omnes sorores nostrae debent de bono nomine
—et fama curare.—*

Quia non carebit praesumptionis nota, illa ex nostris sororibus, quae bono nomine apud homines posthabito satis sibi esse putaverit, sancte apud Deum vivere; non sunt certissime audiendi illae, etiam sanctae feminae, qui quando reprehenduntur indigna negligentia, per quam fit ut in malam veniant suspicionem, dicunt coram Deo sufficere sibi conscientiam, aestimationem hominum, non solum imprudenter, verum etiam crudeliter contemnentem. Proinde, quae a criminibus flagitiorum atque facinorum vitam suam custodit bene sibi facit; quia quae servat bonam famam, et in aliis est misericors; nobis enim necessa-

ria vita nostra, aliis enim fama nostra. Atque sunt ita sanctissimae operationes Patris nostri Josephi, id est, cum esset desponsata Mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto; Joseph autem vir ejus cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam, et Angelus Domini ait ei; Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Cum omnes templum Dei sumus, ejus templi antistes pudicitia est. *Nihil immundum proferri sinat. ⁊ Ne Deus ille qui inhabitat, inquinatam sedem offensos derelinquat. Nihil. . .

LECTIO III.

Conveniens fuit desponsatio Josephi cum Maria ut ille debite honoraretur.

Coeleste matrimonium inter Mariam et Joseph conveniens fuit, tum pro Christo Domino et Virgine Maria, tum etiam pro Sanctissimo Josepho. Primo, quia in eo plantavit Dominus paradisum aeternae voluntatis suae, qui paradisus est Virgo Maria, in cujus medium positum est lignum vitae Christus Dominus, et secundo, quia per illum factus fuit noster immaculatus Joseph, illius fidelissimus custos, ut operiret et custodiret illum, tamquam alius Cherubim. Ad cujus custodiam revera electus fuit per matrimonium beatus Joseph, et non alius inter innumeratas hominum turbas, quae sub coelo erant, fuerunt ab orbe condito, aut erunt usque ad diem judicii; et hac de causa quievit Deus post hoc matrimonium factum super nostro Josepho. O quoties

Jesus maxime in gremio Joseph quievit! ejus colulum tenens suis brachiis, illius tenens pectus et humeros. Quievit igitur Deus in Joseph corporaliter, quievit spiritualiter per donum gratiae; quievit fiducia desponsans ei Matrem; quievit cura, vocans illum Patrem; laetitia, laboribus ejus vivens; quievit omni modo, quia non dubium profecto, quia Jesus Puer in brachiis Joseph existens, et in sinu ejus recumbens, et requiescens multoties dicens: in pace in idipsum dormiam et requiescam; quia semper et pro semper Dominus requiescit in mitibus et humilibus corde.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Noster immaculatus Joseph humilitate claruit in paupertate semper, in laboribus crebro, in persecutionibus frequenter. *Positus in hoc paradiso. ⁊ Ut in sudore vultus sui Christo Domino, Deiparæ et sibi præberet alimenta. Positus. . .

—DIA 13 DE JUNIO.—

LECTIO I

—EX DOCTORIBUS.—

Sanctus Joseph in praesepe, pariter post beatam Virginem primus Christum adoravit.—*Isid.*—In praesepe Christus circumcisus fuit; illic lacrymas Christus fudit et sanguinem; illic a Maria et Joseph vocatum est nomen ejus Jesus.—*Isid.*—Joseph post beatam Virginem primum adoravisse Christum, ratio multiplex suadet; tum quia Joseph summo desiderio praestolabatur Salvatoris ortum dignissimum, tum quia a virginula gravida parum elongabatur, tum quia virgo Joseph admonuisse certissimum est; tum denique quia infantulum itaque Deum, Maria et

Joseph inspexerunt et non ambigimus eum adorantem in terram cecidisse.—*Isid.*—Adoratio Jesu per Mariam et Joseph omni proculdubio sacrificio (acceptior Deo fuit omni mundano apparatu).—*Isid.*—Beatissima Virgo et Joseph Filium suum Jesum adorantibus, multitudo angelorum intonuit: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.—*Isid.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Verbum divinum in utero virginali existens et ad ubera ejus se sustentans.*Sine munera, privilegia et praerogativas Virgini concedat. ¶ Sic etiam factum fuit cum nostro Josepho. Sine....

LECTIO II.

—*Obitus Sancti Josephi.*—

Plurimis ex titulis vocari Sancti Josephi Ecclesia antonomastice potest mexicana Ecclesia; non solum quia ab ineunte aetate Sanctum Josephum fuit consecrata, sed etiam multorum auctorum causa de Sancto Josepho admirabiles operas scribentium, et propter multas quae in suo honore celebrantur festivitates, quarum illustriora absque dubio habetur et est, illa quae circa Sancti Josephi obitum commemorat, die vigesimo Julii, eam a vigesimo nono Maii, anni miliesimi, octingentesimi, trigesimi primi celebrans. Kalendarium vulgo dictus "de Galván," die vigesimo Julii, ait: "Obitus Domini Sancti Josephi." Et ut dictum suum praedicti Kalendarii scriptor, homo quidem pius et sapiens, justificet, addidit: Quidam ajunt, Sancti Josephi transitum, officium proprium non habere ex speciali indulto concessum, ignorantibus fortasse hi, Italiae Ecclesias quasdam, ex

indulto apostolico josephinam festivitatem celebrare. Sed, si mexicanæ Ecclesiae adhuc officium proprium non conceditur, utique in Collegiata Guadalupana habetur, ex speciali Decreto Gregorii decimi sexti vigesimi noni Maii, miliesimi, octingentesimi, trigesimi primi. Haec festivitas, in Collegiata, rito duplici secundae classis celebratur. Hac de causa, sequitur kalendarii auctor, hanc festivitatem in kalendario nostro posuimus, et sequuti fuimus eam ponendo, non quidem errantes, ut ab aliquibus ferebatur, neque ipsam cum illa Sancti Josephi justum cognominati confundentes, quae hac ipsa vigesima die, in Martyrologio commemoratur. Quae cum ita sint, et in praedicto kalendario legatur, cum ecclesiastica licentia eddito, certe liquet, vigesimam Julii diem cujuscumque anni fideles, Sancti Josephi obitum celebrare possunt.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Accepit Joseph in hora mortis suae benedictionem a Domino Deo suo.*Quoniam Jesus Dominus fuerat subditus illi. ¶ Annauntiate inter gentes transitum eius, quia fuit mirabilibus plenum. Quoniam Jesus....

LECTIO III.

Obitus Sancti Josephi.

Quidam Archidieceos Mexicanæ Sacerdos, recognitus et Sancti Josephi fervens famulus, in uno devoto septenario a se ipso eddito eum consecrant ad Josephi memoriam, honorem, cultum et reverentiam beatæ mortis, id est, gloriosissimi Sancti Josephi obitus, qui die vigesima Julii locum habuit. In una operis ejus parte sic ait: Ut tuam amplius excitet

devotionem, parvum epilogum seu compendium præmitto, ad pedem litteræ in notitia gravium Auctorum enixus, tui beatissimi transitus, scilicet. Comuni sensu Patrum et Auctorum est, meum amatam Sanctum Josephum, die vigesimo Julii, in beatam vitam transiisse; et ne hoc parvum obsequium in honore beati transitus sui, onerosus tibi fiat, mihi visus fuit suum exercitium per septem hebdomadæ dies distribuere, a decima quarta die Julii incipiendo, ut vigesima finiatur. Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Fr. Joseph Maria Belaunzaran, qui primus fuit Linarensis Episcopus, magna virtute; multiplice doctrina, ferventissimo animarum salvandi zelo, multis laboribus propter justitiam a malevolis toleratis, qui suffocare eum voluerunt omnibus modis inter terribilem tempestatem; ille mexicanus et dignissimus Præsul, cum aliis Presulibus mexicanis, dignati fuerunt quadraginta indulgentiarum dies largire, iis qui Sancti Josephi obitum honorentur, vigesima die Julii.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Senuit Joseph et processit in diebus suis, septuagenarius enim erat. * Non tamen debilitatus fuit in viribus corporis et fortis in omnibus membris suis sicut in inventute sua. ¶ Erat tanta ætate completus in omnibus viribus suis. Non tamen. . .

—DIA 14 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Non parum attulit dignitatis Joseph, legatio angelica, qua ei demandavit dicens: Vocabis nomen

ejus Jesum.—*Isid.*—Impositione enim ac sanctissimi nominis hujus publicatione secretum cœleste mundo aperuit Joseph, Patris cœlestis vices gessit, Spiritus Sancti arcana quæ in canticis ac prophetiis mysterio abscondita erat, patefecit; beatissimæque mundi Reginae conjugii suæ collega fuit, atque angelicæ majestatis sublimatum attigit.—*Isid.*—Jesus erat Filius Dei Patris, et Sanctus Joseph Patris cœlestis vices hac in dignitate gessit.—*Isid.*—Illa igitur tempestate Sancto Joseph apud Patrem cœlestem nemo grandior, nemo gratior, nemo præclarior.—*Isid.*—Tanto vero præcellit Joseph dignitate angelis et hominibus, quanto lux clara crepusculo.—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Noster immaculatus Joseph tanquam potentissimus in omnibus. * Eligitur in patronum universalem totius Sanctæ Ecclesiæ. ¶ Et valet ejus intercessio ad omnia negotia. Eligitur. . .

LECTIO II.

Transitus Sancti Josephi juxta Sedem Apostolicam

Dominus noster Sanctissimus Pontifex Pius Octavus, (juxta Venerabilis Cleri Mexicani Civitatis Directorium ad miliesimum, octingentesimum trigessimum octavum annum pertinens) felicitis recordationis, per suum decimi noni Julii, miliesimi octingentesimi, vigesimi noni anni, rescriptum, omnibus fidelibus, applicabilem, indulgentiam plenariam largitus est, animabus purgatorii, gloriosi Patriarchæ Domini Sancti Josephi septenarium recitantibus, omnibus in suis festivitibus, maxime transitus in festivitate ejus, die vigesima Julii uniuscujusque anni, in unaquaque Ec-

devotionem, parvum epilogum seu compendium præmitto, ad pedem litteræ in notitia gravium Auctorum enixus, tui beatissimi transitus, scilicet. Comuni sensu Patrum et Auctorum est, meum amatam Sanctum Josephum, die vigesimo Julii, in beatam vitam transiisse; et ne hoc parvum obsequium in honore beati transitus sui, onerosus tibi fiat, mihi visus fuit suum exercitium per septem hebdomadæ dies distribuere, a decima quarta die Julii incipiendo, ut vigesima finiatur. Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Fr. Joseph Maria Belaunzaran, qui primus fuit Linarensis Episcopus, magna virtute; multiplice doctrina, ferventissimo animarum salvandi zelo, multis laboribus propter justitiam a malevolis toleratis, qui suffocare eum voluerunt omnibus modis inter terribilem tempestatem; ille mexicanus et dignissimus Præsul, cum aliis Presulibus mexicanis, dignati fuerunt quadraginta indulgentiarum dies largire, iis qui Sancti Josephi obitum honorentur, vigesima die Julii.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Senuit Joseph et processit in diebus suis, septuagenarius enim erat. * Non tamen debilitatus fuit in viribus corporis et fortis in omnibus membris suis sicut in inventute sua. ¶ Erat tanta ætate completus in omnibus viribus suis. Non tamen. . .

—DIA 14 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Non parum attulit dignitatis Joseph, legatio angelica, qua ei demandavit dicens: Vocabis nomen

ejus Jesum.—*Isid.*—Impositione enim ac sanctissimi nominis hujus publicatione secretum cœleste mundo aperuit Joseph, Patris cœlestis vices gessit, Spiritus Sancti arcana quæ in canticis ac prophetiis mysterio abscondita erat, patefecit; beatissimæque mundi Reginae conjugii suæ collega fuit, atque angelicæ majestatis sublimatum attigit.—*Isid.*—Jesus erat Filius Dei Patris, et Sanctus Joseph Patris cœlestis vices hac in dignitate gessit.—*Isid.*—Illa igitur tempestate Sancto Joseph apud Patrem cœlestem nemo grandior, nemo gratior, nemo præclarior.—*Isid.*—Tanto vero præcellit Joseph dignitate angelis et hominibus, quanto lux clara crepusculo.—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Noster immaculatus Joseph tanquam potentissimus in omnibus. * Eligitur in patronum universalem totius Sanctæ Ecclesiæ. ¶ Et valet ejus intercessio ad omnia negotia. Eligitur. . .

LECTIO II.

Transitus Sancti Josephi juxta Sedem Apostolicam

Dominus noster Sanctissimus Pontifex Pius Octavus, (juxta Venerabilis Cleri Mexicani Civitatis Directorium ad miliesimum, octingentesimum trigessimum octavum annum pertinens) felicitis recordationis, per suum decimi noni Julii, miliesimi octingentesimi, vigesimi noni anni, rescriptum, omnibus fidelibus, applicabilem, indulgentiam plenariam largitus est, animabus purgatorii, gloriosi Patriarchæ Domini Sancti Josephi septenarium recitantibus, omnibus in suis festivitibus, maxime transitus in festivitate ejus, die vigesima Julii uniuscujusque anni, in unaquaque Ec-

clesia seu Sacello per Ordinarium ad celebrandum destinata, contritis, confesis et communicatis. Quam indulgentiam, etiam si contriti, confesi, et communicati, aliquem religionis actum ad confessoris libitum exercerent, infirmi lucrabunt. Juxta alium ipsius Pontificis rescriptum, miliesimi, octingentesimi, tregesimi anni, vigesima secunda die Augusti, etiam Purgatorii animabus applicabilem, perpetuam indulgentiam, omnibus fidelibus Pœnitentiæ et Eucharistiæ sacramenta accipientibus nec non et contritis, Ecclesiam seu Ecclesias quibus Sancti Joseph Septenarium celebretur, inviserint, causa Sancti Patriarchæ Patrocinii seu Transitus festivitatem celebrandi, et ibidem aliquo tempore orationem pro fide propaganda fecerint, largitus est: quam indulgentiam, unorumque septenarii dierum lucrare poterunt, et in festivitibus transitus et patrocinii. Ergo Apostolicæ Sedis voluntas est, vigesima anni, Julii a fidelibus gloriosi transitus Sancti Josephi festivitatem celebrari.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Princeps potuit a lege sua aliquos suos liberare. * Ergo summus Princeps potuit liberare fidelissimum suum servum Joseph a lege peccati originalis. ¶ Ergo de facto liberatus fuit de illa a dilectissimo suo Filio Jesu. Ergo...

LECTIO III.

Beatus Joseph, præservari potuit a peccato originali.

Noxter Sanctissimus Joseph, potuit, Deo præservante, concipi absque peccati originalis macula, quia hoc non erat impossibile apud Deum, quia omnipo-

tes, quia licet Deus Adæ contulerit originalem justitiam ea lege, ut si mandatum transgredereetur totam posteritatem suam, quæ in eo erat, illa privaret; nihilominus post prævisum peccatum Adæ, potuit Deus velle ut peccatum reipsa non transfunderetur in Virginem Joseph, sed prævenire et impedire illud per gratiam ei infusam in primo conceptionis ejus instanti; sicut factum est in honorem et gratiam suæ divinæ Sponsæ Mariæ: quia Deus loquendo contra Adam et ejus posteritatem, non se privat jure et libertate miserendi cujus vellet et quando vellet. Nec est repugnantia ulla, quod Sanctissimus Joseph fuerit in peccato originali conceptus; sed nihilominus potuerit Deus privilegium illud concedere, nec reipsa peccatum contraheret. Deus potuerit hæc facere præservationem, quia non est impossibile apud Deum omne verbum; neque ex parte creaturæ nihil obstat, quominus eodem temporis puncto, anima rationalis creetur a Deo et gratia repleatur. Et si Angeli creati sunt cum amore Dei quo illi adhaerent, a fortiori Virgo Joseph qui omnibus præcellit angelis. Ergo noster Sanctissimus Joseph, tamquam virginalis Dei Pater, potuit concipi in splendoribus sanctorum omnium.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Appropinquavit dies Joseph ut moriretur et apparuit ei Angelus Domini. * Et infirmatus cecidit in lectum suum. ¶ Aggravata est valde ejus infirmitas et inter brachia Jesu et Mariæ mortuus est. Et infirmatus, ...

—DIA 15 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Beatissima Virgo et Joseph aequa auctoritate con-
venerunt in impositione nominis Jesu. Hoc nempe
paterna auctoritas, hoc angelica legatio, hoc denique
beatissimae Virginis pudor exigit immaculatus.—
Isid.—Nomen igitur Jesu imposuerunt Deus, ange-
lus, Maria et Joseph: Deus quidem rem nominis
praestando, angelus praedicendo, Maria imperando,
et Joseph exsequendo.—*Isid.*—Visiones nostri divini
Josephi fuerunt, testante Sacro Evangelio, per mul-
tiple somnium, quod perficiebat excellentissime
praesentia Matris Filii Dei ipseque idem Dei natus,
sive Matris gravidae gestatus utero, sive infans ex
utero jam dilapsus.—*Isid.*—Data fuit Josepho illu-
minatio quidem de Verbo incarnato, et innuitur eum
Evangelista: Surge et accipe Puerum, et Matrem
ejus, et fuge in Aegyptum.—*Isid.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quibusdam sanctis datum est in aliquibus cau-
sis patrocinari. *Nostro autem potentissimo Josepho.

¶ In omnibus causis concessum est. Nostro....

LECTIO II.

Probatur praeservatio ab originali macula

—ex Scriptura.—

Peccatum intravit in mundum, atque adeo non in
nostrum Joseph, qui ut Sanctissimus, mundi appella-
tione non continetur. Sicut et per unum hominem
peccatum in hunc mundum intravit, et per pecca-

tum mors; ergo peccatum non intravit in nostrum
Joseph, quia ut Sanctissimus, esse de hoc mundo
non potuit; quia noster Virgo Joseph semper fuerit
plenus gratiae, cum illa summa plenitudine, quae
certissime debetur Patri Jesu; ergo non debet in
mundi significatione comprehendi. Et quid mirum
si omnipotens Dominus qui in temporum diversitate
Apostolos suos liberavit, ne computarentur de mun-
do, hanc gratia dilectissimo suo Patri Josepho in
sua conceptione concessit? Ideoque fundamenta gra-
tiae nostri Josephi in montibus sanctis; id est, gratia,
quae aliis fuit finis et terminus, Beato Josepho fuit
initium et fundamentum. Fundamenta nostri Jose-
phi in montibus sanctis, quia fundamenta ejus sancti-
tatis posita fuerunt, ubi major inter sanctos consu-
matur. Et erit (scriptum erat) praeparatus mons
domus Domini in vertice montium; quia gratia, quae
in aliis fuit finis, illi initium et fundamentum esse
videtur. Unde sanctitas patriarcharum, sanctitas
prophetarum, sanctitas conjugum, sanctitas virgi-
num, sanctitas confessorum, sanctitas martyrum, sanc-
titas evangelistarum, sanctitas apostolorum, et sanc-
titas denique eorum qui in materno utero sanctificati
fuerunt, initium fuit et fundamentum nostri Sanctis-
simi Josephi, quia ea puritate niti decebat, qua sub
Maria major non possit intelligi.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus
habitasset in inferno anima mea. *Deus meus sus-
ceptor meus, misericordia ejus praeveniet me. ¶ Sal-
vasti de necessitatibus animam meam nec tradidisti
me in manibus inimici mei. Deus meus,....

LECTIO III.

*Probatur præservatio ab originali macula
—ex Scriptura.—*

Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Jacob quem dilexit: Species Jacob dici potest noster Sanctissimus Joseph, quæ ejus stirpem mirifice exornavit. Dilexit ergo Deus speciem Jacob pulcherrimum virginem Jacob, in terra benedictum, avertendo ab eo omnem peccati captivitatem, et speciatim peccati originalis. Benedixisti, Domine, terram tuam avertisti captivitatem Jacob; id est, captivitatem peccati originalis nostri Josephi; quia Jacob genuit Joseph, virum Mariæ de qua natus est Jesus qui vocatur Christus. Quæ verba ergo commode satis possunt intelligi de nostro Sanctissimo Joseph, cujus futuram captivitatem peccati originalis avertit Deus, quia dilexit illum. Hac de causa esse possit, cum in conceptionis ejus instanti, quo Dæmon Virginem Josephum, ferrea originalis peccati manu, volebat apprehendere, Deus eum originali justitia mire præservatum et ornatum opportune satis eripuit. Quo diabole, conatus in viro tum ceciderunt qui beatam Joseph sicut reliquos Adæ jam jam inficere parabas? et consequenter, illo primo informationis instanti, Spiritus Sanctus suum fratrem Virginem intuens, tanquam verum maritum suæ Sponsæ Mariæ, sic eum allocutus est: Ecce tu pulcher es et decorus. Hoc modo adimpletum est in illo, illud Psalmistæ agentis: Cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam; id est, cum ceciderit noster Sanctissimus Joseph in debito peccati contrahendi, supponit manum suam, eum revera præservando ab originali culpa.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Hæc autem sanctitas præservatio ab originali erit *Quæ a debito ex necessitate illud incurrendi per Dei misericordiam liberatus in ipso creationis animi et corporis. ¶ Magna ergo et inusitata fuit conceptio, quia decebat illam esse ut Patris Dei.— Quæ a....

—DIA 16 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Cum divus Joseph Christum maximum verum Deum, certissima arbitraretur fide, inexcogitata afficiebatur jucunditate, quando non solum divinum esse et immortale participaret; sed ipse cujus esse divinum et immortale, Filium suum putari disposuisset — *Isol.* — At quæ gaudia Joseph expertum fuisse credimus, cum omnis principium nobilitatis ac boni a se enutrirî et custodiri animadverteret. — *Isid.* — Didicerat dudum Joseph plurima sanctarum litterarum dogmata, præsentia Verbi Dei illuminantis omnem hominem venientem in hunc mundum. — *Isid.* — Contemplabatur ea in ætate Joseph non nunquam Jesum infantulum dormientem. O quoties infantem exosculans quam dulcissime aiebat: O felicia oscula quæ humani generis sancti patres per tot et tanta sæcula exoptarunt. — *Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quamvis licet nobis quamplurimos patronos habere. *In particulari tamen unusquisque nostro di-

vino Josepho confidenter inhaeret. ¶ Quia revera Pater noster est. In particulari....

LECTIO II.

*Probatur præservatio ab originali macula
—ex Scriptura.—*

Etiam præservatio ab omni macula peccati, in favore nostri Sanctissimi Josephi videtur mihi probari posse ab illis verbis ab Evangelista prolatis: Joseph autem cum esset justus; id est, perfectissime justus, sicut decebat vero virginali Patri Dei; id est, gratia plenus, cum summa plenitudine, tantum autem inferiore, illa plenitudine, quæ Matri Dei propria est; justus, cum justitia excludente ex integro iram primi peccati, et plenam benedictionis gratiæ restitutæ. Ex quibus verbis et his etiam, Virum Mariæ de qua natus est Jesus, toties geminatis satis colligitur, gratuitam liberationem ab originali peccato, peculiari quodam et insolito modo inter omnes puros homines a Deo in Virgine Josepho fuisse operatam; semper enim convenit illi; Dominus possedit me in initio viarum suarum; non modo absoluto, sicut convenit divinæ Sapientiæ ab æterno genitæ, sed Sanctissimo Messias virginali Patri, quædam in illis recti potius adaptari; ideoque ab æterno noster Sanctissimus Joseph fuit præservatus a peccato originali. Per peccatum originale jus habebat Dæmon in omnes descendentes ab Adamo per communem propagationem, quia per eum peccatum in hunc mundum intravit, in quo omnes peccaverunt; a quo per singulare præservationis privilegium, noster Virgo Joseph semper sub dominio et possessione Dei, et utrumque amplectens dicit: Do-

minus possedit me in initio viarum suarum, et cum eo eram cuncta componens.

Nos hæc sublimis, &c.

R Deo gratias.

R Vae, vae, habitantibus in terra.*Propter vae peccati originalis, propter vae peccati mortalis, propter vae peccati venialis. ¶ Sed noster Joseph acclamatus fuit ab Angelo vir justus, id est homo sine peccato. Propter....

LECTIO III.

*Probatur præservatio ab originali macula
—ex Scriptura.—*

Si juxta Sacram Scripturam, gloria hominis ex honore parentum, et dedecus Filii, Pater sine honore, certissime concludendum est, nostrum Sanctissimus Josephum, esse revera sine labe conceptum. Poterat enim diabolus gloriari, quod aliquando, saltem per modicum tempus habuerit jus domini et possessionis in ipso beato Josepho, ratione originalis peccati contracti. Quod certe maxime inconveniens est, et absurdum putaretur, ut protectori universalis Ecclesiae, qui est Virgo Joseph, tamen crimen inferri posset. Cadit hæc præservatio in honorem B. V. M., quia ejus Sponsa est; et cadit in honorem ipsius Christi, ne posset aliquando ipse diabolus dicere; Patrem suum Josephum elegisse qui aliquando fuerat subditum peccato, quod mente solum cogitare refugit animus, et ore tantum proferre pias offendit aures. Ergo revera concluditur, ex illo Ecclesiastici texto, præservatio nostri Josephi ab omni peccato, etiam originali. Hac de causa, noster Sanctissimus Joseph tamquam Sponsus V. M., et virginalis Pater Jesu, potuit et debet, omnibus gentibus dicere;

Quis ex vobis arguet me de peccato? Venit enim princeps hujus mundi, et in me non habet quidquam. Et si nullum gratiae beneficio alicui purae creaturae, collatum, nostro Josepho negatum est, cum revera Adam sine peccato originali, deinde Heva etiam sine peccato, ergo hoc beneficium concessum est nostro Josepho.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Noster Sanctissimus Joseph ab initio viarum Dei possidetur. *Ergo non habet originale peccatum. ¶ Ergo tamquam per modum unius fuit cum sua Sponsa sine labe originali conceptus. Ergo....

—DIA 17 DE JUNIO.—

LECTIO I

—EX DOCTORIBUS.—

Nonnumquam Joseph divinum infantem considerabat et prae gaudio liquescens dicebat: Pulchrae sunt genae tuae sicut turturis. —*Isid.*— Cum infans Jesus ore proferre verba caepit, aiebat: Haec vox ejus est, qui in prophetis locutus est; haec vox humana est quam auribus percipio, locutionem vero divinam ab aeterno incessabilem, unam et indivisibilem non audio, sed Pater qui est in caelis. —*Isid.*— Magnum et admirabile sacramentum Lucas describens amissionis et inventionis pueri Jesu in templo, paribus laudem generibus Deum affuisse Joseph et Virginem beatissimam exploratum reddit quam clarissime (nempe.) Communis parentis dignitas, ejusdem nescientiae paritas, similis laboribus anxietas, unius termini hilaritas, ejusdem responsionis

rabilitas, unius itineris jucunditas, et paris obedientiae sublimitas. —*Isid.*—

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Significare vult Deus omnibus Patrocinium Sanctissimi Josephi invocantibus. *In caelis ad dexteram Patris existens ¶ Et in terra libentissime nobis concedens. In....

LECTIO II.

Probatur praeservatio ab originali macula

—ex Scriptura—

Noster Sanctissimus Joseph non solum fuit sine ultimo vae, scilicet, paenae, quae in separatione animae et corporis, quae est incineratio et corporis dissolutio, non solum sine secundo vae culpae mortalis, venialis aut imperfectionis; sed etiam sine vae primo, nempe culpae originalis; et sine hoc tyrano concupiscentiae conceptus est, teste Salomone dicente: Ecce tu pulcher es et decorus. Caeteris enim hominibus competit illud Psalmorum: Alienati sunt peccatores a vulva, erraverunt ab utero, quia omnes fuerunt in peccato concepti. Et post Mariam, in solo autem Josepho convenit quod immediate sequitur; Singulariter sum ego donec transeat; et sic, licet hostes, ratione peccati originalis vexilla posuerunt super omnes filios Adam, etiam super summum Joannem Baptistam, tamen signa illa et omnia victori nostro virgini Josepho plenissime submitserunt. Hac de causa fuit a Sancta Sede Patronus Ecclesiae Universalis declaratus, quia eum terribilem, ut castrorum aciem ordinatam, et mille clypeos divinae gratiae, et omnem armaturam fortium ab eo pendentes vidit. Et hinc pendent quam plurima divinae

Scripturæ loca, quæ non temere nostro Sanctissimo Josepho accomodantur; neque tamen possunt satis apte et decenter illi attribui, nisi per gratiam singularissimam fuerit, quæ ad totum omnino ipsius vitæ tempus, atque adeo etiam in primo ejus momento immunis prorsus ab omni macula, et tenebrositate, et fæore, et miseria, et culpa, et irruptione peccati.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Per sacram desponsationem Virginis et Josephi.
*Suppositum divinæ naturæ factum est suppositum humanæ naturæ. ¶ Ideoque accidentaliter non advenit, sed substantialiter. Suppositum....

LECTIO III.

*Desponsatio Virginis et Josephi est Christi
—vestimentum.—*

Sicut verum sit præsumptionem veritatis esse in favorem illius, qui fundatur in regula generali et communi; tamen, fortior præsumptio est, pro eo qui generalem regulam constituit; quia in ea generalitate et universalitate noluerit comprehendere id quod verosimiliter in particulari non esset negandum. Sic ergo, valde verosimile rationi et veritati maxime congruum, iudicio piorum et prudentum censeri debet, Deum optimum in generali lege et præcepto posito in Adamo, dicens; In quocumque enim die comederis, morte morieris; et in universale regula assignata ab Apostolo; sicut per unum hominem peccatum intravit in hunc mundum et per peccatum mors, ita et in omnes homines mors pertransivit, in quo omnes peccaverunt, noluisse alios parentes Christi, ab Æterno electos, et a Deo magis quam universalis Ecclesia dilectos, comprehendere,

quia per hanc desponsationem Æterni Patris Filius in Incarnatione vestiretur et homo fieret juxta vaticinium David; Dominus regnavit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem et præcinxit se. Quam familiares facti estis Domino Jesu! quam proximi, immo quam intimi fieri meruistis! In vobis manet Jesus, et vos in eo; et vestistis eum, et vestimini ab eo; vestistis eum substantia carnis, et vestit vos ille gratia immaculatæ conceptionis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

¶ Viderunt eum filiæ Sion, et beatissimum prædicaverunt. *Non accedet ad te malum. ¶ Et flagellum non appropinquavit tabernaculo tuo. Non accedet....

—DIA 18 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Secum diu æstuans Joseph, diu cogitavit, et diu prudenter deliberans cogitavit.—*Card. Cam.*—Videtur quod Angelus debuit dicere: retine eam et non dimittas eam, sed melius Angelus ait: accipe quam dimittere cogitas ego enim eam tibi voce Dei copulo.—*Alb. Mag.*—Voluit Joseph occulte dimittere eam, quod perfectam attinet justitiam.—*Rup.*—Ipsemet Joseph Angêlo revelante Mariam de Spiritu Sancto concepisse statim credidit.—*Card. Cam.*—Intumuit Mariæ uterus, et Josephi cor sauciatum est.—*S. Proculus.*—Jam Mariam mente Joseph dimiserat.—*Chrysog.*—Hoc erat justii hominis, nec tantum justii, verum etiam pii.—*Rup.*—Ne virgo affigeretur; ut ne in minimis quidem Virgini velleb

inferte maestitiam.—*Tost.*—Causa fuit quia Domina nostra Maria non sciret Joseph turbatum.—*Tost.*—Merito Angelus sese in somnis ostendit, nam de anxietate ista aliae potentiae omnes paeter intellectum in Josepho nihil noverant.—*Sylv.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Jesus Christus natus est in ea et ex ea carne.* Cujus dominium, jure matrimoniali vere translatum est in ipsum Joseph. ⁊ Unde dixit Mariae: Ecce Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te. Cujus dominium....

LECTIO II.

*Probatur præservatio ab originali macula
—ex Scriptura—*

Desponsatio B. M. V. cum B. Josepho figurata fuit in templo Salomonis, de quo dicitur; Nihil erat in templo, quod non auro tegetur; et cum ædificium inciperetur dicitur: Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfecta ædificata est; et malleus, et secures, et omne paramentum non sunt auditi in domo cum ædificaretur. Nostri quidem Salomonis templum in desponsatione cernitur, id est, in Maria et Josepho ejus contrahentibus meritoque prædicatur, suscipitur, et colitur; et de ipso architecto non optime profecto judicamus, si hoc ejus opus non ex omni parte purum, perfectum, et expoliatum esse fatemur. Præcipue autem cujuslibet architecti cura est circa templi fundamentum juxta illud; fundamenta ejus in montibus sanctis. Architectus autem templi desponsationis Mariae et Josephi, ipse Dominus Omnipotens fuit; qui ut sapientissimus, prima fundamenta jecit ut

ait Psalmista: Ipse fundavit eam Altissimus; et in Proverbiis legitur: Sapientia aedificavit sibi domum et excidit columnas septem, nempe, tum Beatissimam Virginem Mariam, tum beatissimum Virginem Josephum, super septem columnas, id est, septem dona Spiritus Sancti fundavit. Ea propter de ipsa desponsatione dicere possimus: Hæc domus Domini firmiter aedificata, quia numquam fuit in ea peccatum originale; bene fundata est supra firmam petram; supra omnes virtutes almis parentibus Christi convenientes.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ne timeas Joseph, Pater Jesu, accipe Puerum et Matrem ejus et fuge in Ægyptum.* Cum dixit Angelus Pater Jesu, ex integro iram exclusus primæ sententiæ. ⁊ Et plenus benedictionis gratia fuit et restitutus. Cum....

LECTIO III.

*Sicut liliū inter spinas sic Pater meus inter
—omnes creaturas.—*

Pater voster magnus Dominus Sanctus Joseph, sicut liliū inter spinas est; nam sicut liliū est inter flores, formositate singulari atque fragantia, ita ut inter omnes, evidentibus excellentiis, præcellit; sic Dominus Sanctus Joseph, ita omnibus hominibus et Angelis superior existit, ut sua sinceritate oculorum attentionem rapit, nec non coeterorum sensuum peculiarissima ejus fragantia omnis virtutis. Ita liliū sinceritas ut puritatis imago seu symbolum existit adeoque expressivum suæ immaculatæ conceptionis symbolum est. Hæc de causa, nostris in luctuosis diebus omnium corda Jesu Pater fert,

sicut antea una cum ejus Sponsa Verbi Incarnati attentiones blandissimas rapuerat, eo ipso quo pascit inter lilia Mariae et Joseph. Ideoque puritas nostri immaculati Josephi, attenditur per recessum a contrario; et ideo potest aliquod creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit; et satis fuit puritas Domini Sancti Josephi; ideoque hac de causa dicere possumus, talem fuisse puritatem Sancti Josephi, qui tamquam dignissimus Sponsus Mariae et Pater Jesu, a peccato originali et actuali omnino immunis fuit; quia decuit, ut ea puritate noster Virgo Joseph niteret, qua major sub Deo nequit intelligi, quia tamquam dignissimus Mariae Sponsus, decebat ut tota veritate sit illi simillimus.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ab Aeterno ordinati sumus Joseph et Maria.*
Et ex antiquis antequam terra fieret ut Almi Parentes Christi. ¶ Nondum erant abyssi et nos jam concepti eramus. Et ex....

—DIA 19 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Jesu Parentum communis dignitas inter Joseph et Mariam, ter repetitur cum Evangelista ait: Ascendentibus parentibus ejus.—Et non cognoverunt parentes ejus.—Ego et Pater tuus dolentes quaerabamus te.—*Isid.*—Ejusdem nescientiae paritas attribuitur Joseph ac beatissimæ Virgini. Et non cognoverunt parentes ejus.—Nescierunt illum esse in comitatu vel non fuisse.—Maria opinante quod in

comitatu virorum cum Joseph esset; Joseph vero existimante, quod illi mulierum caterva cum Maria Matre foret.—*Isid.*—Tertium laudis genus est, similis laboris anxietas, dicente Evangelista: Requirebant eum inter cognatos et notos: et non inveniētes regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum; et post triduum invenerunt eum in templo.—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Obsecro ego omnes filios Instituti Josephini, et ab eis exigo et humiliter peto.* Ut amore, devotione, et imitatione ad Sanctissimum Christi Patrem. ¶ Ferventissime accedant et revera illuminantur. Ut amore....

LECTIO II.

Non pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

Quamvis in Scriptura textus non inveniantur expressi, quibus immaculata Josephi constet conceptio; attamen, nunquam eximii intellectus defuerunt, qui, vi subtilium argumentorum et profundorum, Josephum fuisse sine culpæ originalis labæ conceptum, probare conarentur; adeoque, in materia hac, dicere poterimus, quod de sua divina Sponsa dictum fuit olim, scilicet: non pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. Ideoque ex Scriptura petendum non est clarum testimonium, ubi hoc asseratur; esset enim temerarium hoc postulare, cum alia privilegia virginis Joseph, quæ admittit Ecclesia, non requirant hujusmodi testimonium. Ergo, quemadmodum de immaculata terra factus est homo primus, sic necessarium fuit, ut de virginalibus et immaculatis parentibus natus esset Jesus Christus. Ergo illa Virgo Maria Mater, atque

ille Virgo Joseph Pater, præservati fuerunt a peccato originali, primo suæ conceptionis instanti, et omnino ambo liberati ab omni culpa. Ergo almi parentes Christi, tanquam sanctissimæ, gloriosissimi, et immaculati, ab omnibus fidelibus possunt esse honorati. Ego ad ea tempora deveniamus, ut sicut conceptio immaculata B. Mariæ Virginis sit revera dogma nostræ sanctæ fidei, sic etiam opinio, quæ originale peccatum in Josepho non agnoscit, ita sit communis, ut suo tempore sit etiam de fide.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Erat enim formosus valde et incredibilis pulchritudine. *Posuit diadema regni in capite suo. ¶ Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est, quia Pater meus es tu. Posuit....

LECTIO III.

Sicut liliū inter spinas, sic dilectus meus inter omnes homines.—

Sanctissima Virgo Maria, dum dignissimum ejus Spem sibi assumpsit, ipso ei loqui debuit sensu, quo et ipse de ea loquutus fuerat. Joseph, cui nullo modo latebat, Mariam Dei genitricem esse, adeoque a primo conceptionis suæ instanti, intuitu meritum Christi, ab omni originali culpa labe præservatam immunem, sicut liliū omnes inter Hebræas filias, eam composuit. Et Maria, quæ nihil in Josepho aspiciet at, nisi Jesu Patrem dignissimum, vicissim ei similiter ait: similis es tu, mi Sponse, inter omnes homines candido lilio, adeoque, conceptus es tu, sicut ego, sine culpæ originalis labe. Et requidem vera, uti pulcherrimus lili flos tantum super omnes flores præstantius habetur ut, quodammodo, flos

est peregrina antonomastice; ita Joseph noster purissimus, tanquam liliū in medio spinarum inventus et candidus nive; et sicut nulla florum lilio major, sic noster Sanctissimus Joseph, meruit ab initio suæ conceptionis sine labe, tanquam candidissimus flos pulchre in cor Jesu dispositus ab Æterno. Sicut liliū inter spinas, sic dilectus meus inter creaturas; et hac de causa, Virgo Joseph, est liliū immaculatum, sublimius Angelis factum; superius ipsis Cherubim et Seraphim, placens Christo Jesu, a Deo in honore habitus, tanquam dignissimus B. Mariæ Sponsus, atque Jesu Pater, et revera Pater Sanctus, Pater immaculatus, solo Jesu et sua Mater exceptis, cunctissimè superior creaturis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster purissimus Joseph est liber scriptus intus et foris, intus per spiritualem intellectum, foris autem per sensum litterarum. *Ejus vita immaculatum Dei Patris conceptum illustrat. ¶ Pia et recta existimatione hæc dicemus, quia, Ejus....

—DIA 20 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Inter Mariam et Joseph fuit semper par labor, par dolor, par sollicitudo animi, et a simili fluxerunt charitate.—*Isid.*—Unius termini hilaritas fuit revera inter Mariam et Joseph, dicente Evangelista: Post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum; ideoque pariter Je-

Plissima

ille Virgo Joseph Pater, præservati fuerunt a peccato originali, primo suæ conceptionis instanti, et omnino ambo liberati ab omni culpa. Ergo almi parentes Christi, tanquam sanctissimæ, gloriosissimi, et immaculati, ab omnibus fidelibus possunt esse honorati. Ego ad ea tempora deveniamus, ut sicut conceptio immaculata B. Mariæ Virginis sit revera dogma nostræ sanctæ fidei, sic etiam opinio, quæ originale peccatum in Josepho non agnoscit, ita sit communis, ut suo tempore sit etiam de fide.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Erat enim formosus valde et incredibilis pulchritudine. *Posuit diadema regni in capite suo. ¶ Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est, quia Pater meus es tu. Posuit....

LECTIO III.

Sicut liliū inter spinas, sic dilectus meus inter omnes homines.—

Sanctissima Virgo Maria, dum dignissimum ejus Spem sibi assumpsit, ipso ei loqui debuit sensu, quo et ipse de ea loquutus fuerat. Joseph, cui nullo modo latebat, Mariam Dei genitricem esse, adeoque a primo conceptionis suæ instanti, intuitu meritum Christi, ab omni originali culpa labe præservatam immunem, sicut liliū omnes inter Hebræas filias, eam composuit. Et Maria, quæ nihil in Josepho aspiciet at, nisi Jesu Patrem dignissimum, vicissim ei similiter ait: similis es tu, mi Sponse, inter omnes homines candido lilio, adeoque, conceptus es tu, sicut ego, sine culpæ originalis labe. Et requidem vera, uti pulcherrimus lili flos tantum super omnes flores præstantius habetur ut, quodammodo, flos

est peregrina antonomastice; ita Joseph noster purissimus, tanquam liliū in medio spinarum inventus et candidus nive; et sicut nulla florum lilio major, sic noster Sanctissimus Joseph, meruit ab initio suæ conceptionis sine labe, tanquam candidissimus flos pulchre in cor Jesu dispositus ab Æterno. Sicut liliū inter spinas, sic dilectus meus inter creaturas; et hac de causa, Virgo Joseph, est liliū immaculatum, sublimius Angelis factum; superius ipsis Cherubim et Seraphim, placens Christo Jesu, a Deo in honore habitus, tanquam dignissimus B. Mariæ Sponsus, atque Jesu Pater, et revera Pater Sanctus, Pater immaculatus, solo Jesu et sua Mater exceptis, cunctiss superiorum creaturis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster purissimus Joseph est liber scriptus intus et foris, intus per spiritualem intellectum, foris autem per sensum litterarum. *Ejus vita immaculatum Dei Patris conceptum illustrat. ¶ Pia et recta existimatione hæc dicemus, quia, Ejus....

—DIA 20 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Inter Mariam et Joseph fuit semper par labor, par dolor, par sollicitudo animi, et a simili fluxerunt charitate.—*Isid.*—Unius termini hilaritas fuit revera inter Mariam et Joseph, dicente Evangelista: Post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum; ideoque pariter Je-
Plissima

sum quaerunt, ac pariter inveniunt, et pari laude digni existunt.—*Isid.*—Allegorico itaque sensu argumentemur Joseph cum beata Virgine, pariter invenisse apud superos Christum.—*Isid.*—Quid est quod me quaerebatis? Nesciebatis quia in his quae Patris mei sunt oportet esse? Hac responsione Joseph et Virginem communi parentis dignitate Jesus veneratur.—*Isid.*—Quid me quaerebatis, o Pater mi et Mater mea? Hic locus est singularis, ubi Christum semper parentis nomine prosecutum fuisse Sanctum Joseph suspicamus.—*Isid.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Die magna anima mea cum mentis fiducia.* Exultabo et laetabor in sorte mea. ¶ Quia quid quid judicabitur de me, ex sententia Patris mei Joseph pendet. Exultabo....

LECTIO II.

—*Lavis nostri Josephi.*—

Christus praedestinatorum caput est et exemplar; post Christum Maria et Joseph primo loco adscripti sunt in libro vitae; per lineam Josephi genealogia Mariae et Christi declarata fuit; Maria convenientissime desponsata est cum Josepho; Joseph Christi Pater et tutor, et pædagogus et defensor; Joseph fidelis, prudens, fortis ac diligens fuit erga Christum et Virginem; Maria et Joseph ut duo Cherubim se mutuo respiciebant; Joseph nunquam a Christo recessit; Joseph contemplativam vitam agebat, Joseph denique laborabat manibus suis ut aleret Jesum et Mariam.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Matrimonium Virginis Mariae et Virginis Josephi fuit a Deo ordinatum.* Atque per verum aut interpretativum consensum. Verbum in sua divina Sponsa caro factum est. Atque....

LECTIO III.

Toto orbe terrarum in pace composito circa conceptionem immaculatam Joseph agendum est.

Ut in diebus nostris, post magnas dubitationes, fortiora argumenta, perterribiles probationes fere ex parte theologorum, definitum sit purissimum conceptionis Mariae Virginis immaculae mysterium; ita dum de conceptione Sancti Josephi sine macula sermo habebitur, dies venturus erit, quo theologi catholici et Ecclesiae Doctores, operam se conferant, ad orationem, ad ferventes preces erga Apostolicam Sedem et de Sacris Litteris, ex traditione, rationeque theologica, ad luces illas, quae magnum hoc mysterium illuminent, et tunc declarabitur Sancti Josephi immaculae conceptionis mysterium; toto orbe terrarum in pace composito. Et quid? nam si Sanctissima Virgo, praedestinata fuit ab Aeterno, ut Mater Jesu esset, Dominus Joseph ab Aeterno fuit praelectus ut Pater ejus esset; si Maria, Mater est Jesu, et Joseph est Pater ejus; si Maria vera est et virginalis Jesu Mater, Joseph ejus est verus virginalis Pater; si natus est Jesus, et aluit suo lacte eum Maria, Joseph Matrem Jesu lactantem aluit; si Jesus Mariae subjectus est et obedit, ipse Jesus, jure meritoque potiore Josepho obedit et subjectus est illi. Sed veniant, veniant homines illi, qui in nostris lucuosissimis diebus immaculatam Sancti Josephi

conceptionem ostendant, et Ecclesia Sancta eam declaret.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Oratio ad nostrum sensum necessaria est quæ rem explicat, sensum illuminat, atque obscura manifestat. *Et hoc modo nos semper laborare debemus. ¶ Quia nostrum debitum in Sanctissimi Josephi obsequium est immensa circa suam conceptionem absque peccato exaltatio. Et hoc....

—DIA 21 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Morem loquendi Christi, circa Patrem suum Joseph, expressius innuit Virgo beatissima eum ait: Ecce Pater tuus et ego.—*Isid.*—Maria, virum Joseph vocabat, et Jesus vero Patrem conjugis nomen, familiare Virgini erat; Christo vero parentis vox assidua. Quare familiaris elocutionis Christi consuetudinem Virgo secuta est, et dixit: Ecce Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te.—*Isid.*—Unius itineris jucunditas. Cogita invento gaudii auctore, invento puero cœlesti, invento Deo ipso, quibus gaudiis, qua mentis jucunditate, quibus verbis laelabantur, exultabant, gestiebant ambulantes et domum redeuntes. Virgo pueri dexteram tenebat, Joseph sinistram, fruentes ejus præsentia qua tri-duo caruerant.—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ingentes sine intermissione gratiæ pro hoc incomparabili beneficio. *A nobis beato Josepho sunt

reddendæ. ¶ Qui nobis dedit Mariam et Filium suum Jesum. A nobis....

LECTIO II

Utrum conceptio Sanctissimi Josephi immaculata definitur possit.

Omnes illæ veritates definitæ esse possunt a Vaticani voce, quæ a Deo in Scriptura revelatæ fuerunt, seu in traditione, tali modo servatæ fuerunt, tanquam in receptaculo suo persæculorum seriem; atqui, si immaculata Sancti Josephi conceptio fuit, nec in Scriptura, nec in traditione constat; ergo a Vaticani voce definita esse non potest; Ut ad hoc responsionem faciamus argumentum, dicemus: Scripturae formaliter eas continere possunt, ut dum Josephum, Sponsum Mariæ, Jesuque Patrem, fuisse, asserimus; et eas continere virtualiter et implicite, dum res contenta non formaliter est expressa, sed ex illa deprehenditur, causa necessaria, quæ cum eo quod explicat habet connexionem, ut dum de justitia Sancto Josepho ab Spiritu Sancto tributa, dicimus, quod immaculata ejus fuit conceptio, nos concludimus, nam e contra justus non fuisset in illa occasione. Et quum immaculata Sancti Josephi conceptio a libera Dei voluntate pendet, et virtualiter in Sacris Libris contenta invenitur; ergo hoc immaculatæ suæ conceptionis mysterium, nihil dubii continet, nec incerti; et ergo, de Sancto Josepho dum agitur, juxta quod antea diximus, tanquam dignissimus Mariæ Sponsus, similis Mariæ esse debuit; ergo, si Maria sine labe fuit originali concepta, sine macula Sanctus Joseph etiam conceptus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Immaculatam conceptionem Joseph honorare et defendere præcipimus et mandamus.*Omnibus filiis et filiabus nostris. V̄ Donec a Romana Apostolica Sede hujusmodi controversia fuerit definita.— Omnibus filiis....

LECTIO III.

Utrum veritas immaculatæ conceptionis Sancti Josephi definiri possit.

Illud tanquam fidei veritas a Sancta Ecclesia definiri possit, quod a Sacra Scriptura per quamdam infertur connexionem; atqui gratia Sancti Josephi originalis, a Dei paternitate sua certe et evidenter sequitur per connexionem; ergo, definiri possit; ergo apud nos, suo tempore, fidei veritas esse potest; ergo ad fidem poterit pertinere, quemadmodum immaculatæ conceptionis ejus Sponsæ mysterium jam est de fide. Quod in Sacra Scriptura contenta est veritas hæc, id est, signata, declarata, seu præsupposita, negare non possumus, justus enim vocatur eximie, id est, justus in omnibus, omnibus vitæ suæ in punctis, et in omnibus possibilibus modis; dignissimus Mariæ Sponsus, quatenus hæc Virgo purissima ab Spiritu Sancto ei data per Sponsam fuit, et quoniam ipse dignissimus est Jesu Pater, eodem modo quo Maria dignissima est Mater ejus. Ergo, si Maria est immaculata, Sanctus Dominus Joseph immaculatus est; ergo, si esse Maria sine labe culpæ originalis concepta, potuit definiri fidei nostræ sicut dogma; ita immaculata Sancti Josephi conceptio poterit esse similiter. Uno verbo, si Mariæ immaculata conceptio in Sacra Scriptura implicite et in Traditione contenta est; ita illius Sancti Josephi est; ergo, sicut

si Mariæ Virginis conceptio ab Ecclesiæ universali consensu accepta paulatim fuit, cum magno animarum fructu, et singulari Spiritus Sancti motu, ita cum Sancto Josepho contiget, dum plenitudo gratiæ ejus, monstretur.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sunt multæ rationes et aparientiæ in honorem immaculatæ conceptionis Sancti Josephi.*Multæ conditiones sunt ab Ecclesia determinatæ quæ non erant ita expressæ, et tot Sacræ Scripturæ auctoritates. V̄ Sicut pro ista et veritate. Multæ conditiones....

—DIA 22 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Jesu puer duodecim annorum, carior, jucundior, ac gratior erat divinis Parentibus Joseph et Mariæ.—*Isid.*—Sublimitas obedientiæ arguit dignitatis Sanctum fuisse Joseph, quam ulla mortalium ingenia excogitare queant.—*Isid.*—Quis enim intelligere poterit illius majestatem, qui Deo imperavit, cuique Deus ipse subjectus fuit? Hebetis sunt ingenii qui Joseph munera a Deo concessa non esse peculiariora, summam arguentia sanctitudinem, innocentiam, charitatem, gloriam?—*Isid.*—Subjectio Jesu parentibus suis Mariæ et Josepho fuit revera, publica, familiaris et latens; et tanta erat horum parentum veneratio erga Filium suum Jesum, ut altissimi fuerint ordinis actus illius obedientiæ.—*Isid.*—Ingenium, amor, reverentia Joseph ac Virginis beatissimi.

mæ divinitas sola in Christo, quæ eos delegerat parentes, hæc nobis inexplicabilia afferat.—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Eia omnes Josephini gaudeamus in Patre nostro Josepho. *Benedictus Pater per quem ejus Sponsa Maria est nostra Mater. ¶ Benedictus Pater per quem Filius suus Jesus, est noster frater. Benedictus Pater.

LECTIO II.

Utrum tota Sacra Familia sit absque peccato originali.

Quod Sancti Josephi immaculatae conceptionis mysterium in Scripturis Sacris, aliquo modo continetur, videtur certum esse, ut quantum opus est dicere possumus, et ex abundanter probata est, juxta Spiritum Sanctum, certo in modo, fidem facientem, trium divinarum personarum per modum unius loquentem; cum tribus divinis terrae personis sit conveniens, ut sic una, sic altera a peccato originali sint exempta, adeoque, Dominus Sanctus Joseph, quoque absque peccato originali habeatur. Et recte, dicere possumus, ut ita Mater Ecclesia hoc testat, dum in una jaculatoria Jesu, Mariae et Joseph, honorem, gloriam et benedictionem connectit, dicens, docens et indulgens illud: "Jesus, Joseph et Maria, cor, et animam meam do vobis; Jesus, Joseph et Maria in extremo vitae articulo me invisere dignemini; Jesus, Joseph et Maria; ut in pace et fiducia vestra anima mea e vita exeat facite." Coeterum, si caro et terra (ex qua illa formata est) Jesu, caro est et Mariae terra, ita caro Jesu et Mariae terra, caro et Josephi terra sunt; et tres carnes, tresque terrae, sub

hoc respectu, ipsam acceperunt benedictionem. Hac de causa Psalmista agebat: "Benedixisti, Domine, terram tuam; avertisti, captivitatem Jacob; remisisti iniquitatem plebis tuae; operuisti omnia peccata eorum; mitigasti omnem iram tuam." Ergo Sacra Familia, id est, Jesus, Maria et Joseph, est absque peccato originali.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ostende nobis filiis Josephinis misericordiam tuam et veritatem immaculatae conceptionis Josephi da nobis. *Audiam quid loquatur ad nostrum Institutum Spiritus Sanctus. ¶ Veritas de terra orta est et justitia de coelo prospexit. Audiam....

LECTIO III.

Utrum mysterium conceptionis B. Josephi absque peccato sit credibile.—

Illud ut incredibile habetur, quod evidenter falsum est; sed Sancti Josephi sine macula conceptionis mysterium, non evidenter falsum est; ergo credibile est; ergo non est incredibile. Praeterea mysterii veritas sine labe conceptionis Sancti Joseph credibilis est, et credibilis ex integra causa, et cum theologico assensu, si ex aliquo modo ab Scriptura liquet; nam ut aliquod rationabiliter credatur mysterium, necesse non est ut in illa expresse inveniatur, sed ex illa rationabiliter inferatur sufficit. Uti ex Virginis Mariae sanctificatione in utero matris ejus, nihil in Scriptura canonica dicitur, nec de sua immaculata conceptione, sed tantum ex illa infertur quia Deigenitrix est; ita et de Sancti Josephi sanctificatione in utero matris ejus et de sua immaculata conceptione, quamvis nihil expresse in Sanctis Libris inve-

niatur, tamen ex illis hoc inferre possumus, quia Dominus Sanctus Joseph, Pater est Jesu: "Ecce Pater tuus et ego quaerebamus te." Ergo mysterium hoc non est incredibile; ergo mysterium hoc est vere credibile; ergo, veritas est, quae paulatim inter sapientes viam aperiet, inter veros Sancti Josephi cultores; cito sententia erit pia, festinanter sententia erit, quae gaudio et satisfactione Sancti Patriarchae cultores implebit; cito voluntatem suam coelum monstrabit, mediis miraculis veris, et non ex illis minus erit, ambarum josephinam familiarum, existentia quae, reluctante super illas mortis sententia fulminata, existunt.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Mysterium conceptionis absque peccato nostri Sancti Josephi a Deo videtur negotium esse. *De paternitate Jesu rationabiliter argumentatur Beatum Josephum esse immaculatum. ¶ Nemo praeter Sacram Familiam esse absque peccato originali. De paternitate...

—DIA 23 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Accedat homo ingenii et magis ac magis pii ad interiora domus Christi, quam obediens Josepho ac Virgini Matri inhabitavit puer, adolescens at juvenis Jesus, et ingrediatur, limina conscendat fide clarus, Christum nunc parentes alloquentem, non numquam in mensa positum, aliquando laboribus suffragantem, nunc lecto jacentem, aut surgentem, deambulantem, cum parentibus sedentem, ac eos

alloquentem imagnetur.—*Isid.*—Amavisse Joseph Christum Deum ea dilectione qua nemo, filium aut animam aliquando dilexit.—*Isid.*—Joseph perfecte cognovit, secundum statum hominis mortalis, Christum verum Deum; illum igitur ineffabili amore dilexit.—*Isid.*—Joseph Christum speciosum praefiliis hominum intuebatur, amplectabatur, osculabatur, ac inexcogitato amore eum dilexit.—*Isid.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quid excellentius, quid praeclarius, quid desiderabilius. *Nobis contingere poterat. ¶ Quam quod Sponsus Meriae et Pater Jesu, sit nobis amantissimus Pater. Nobis....

LECTIO II.

*Rationabiliter concluditur per Scripturam,
Joseph esse immaculatum.*

Communis legis usus habet atque docet, egregias personas a communi lege eximere, sive per suam eximietatem, sive per dignitatem summam suam; atqui Pater noster Dominus Joseph, juxta quod in Scripturis declaratur, omnibus modis, dignitatem habet excellentiorem; ergo est excellentissime privilegiatus; ergo, si qui in utero matrum suarum, qui, sicut e coelo a terra, inferiores sunt Josepho, sanctificati fuerunt; ergo etiam Dominum Joseph fuisse, sequitur; ergo fuit modo nobiliore; ergo fuit juxta universam divinae Paternitatis excellentiam; et quoniam hoc Filiis suis immaculatus fecerat, exigit; ergo de facto immaculatus a Filio suo Jesu factus fuit. Certum et infalibile habetur et est, Sanctum Joseph virginalem esse Dei Patrem; atqui paternitas Dei virginalis in gratiae specie, forma est puris.

sima, et majorem gratiarum numerum, in quantum fas est, praehabet; ergo ei gratia originalis data fuit, ab omni labe originali et actuali exempta, ut idoneus Jesu Pater esset. Praeterea, juxta veram pietatem, filius parentes suos abstrahere debet a servitute et captivitate, hoc faciens, et potens facere sine ullo incommodo; atqui in Jesu manu erat a miseria et captivitate originalis culpa Patrem suum Joseph praeservare, ipso modo, quo Matrem suam Sanctissimam praeservaverat; ergo conveniens pietati est, Josephum Patrem suum, a captivitate originalis culpa praeservare; ergo factus fuit sine labe originali conceptus.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Honora Patrem tuum et Matrem tuam.*Iniquissimum est Patrem aut Matrem derelinquere cum Filii sit in facultatibus eos liberare. ¶ Dominus Jesus ita honoravit Patrem suum Joseph ut illum fecit immaculatum. Iniquissimum....

LECTIO III.

Gloria Filiorum est parentum eorum.

Rectae rationi consonum est, juxta Sanctorum Librorum testimonia, experientiaeque testationem, filiorum gloriam esse, parentes habuisse rectes, quare inde consequitur, Jesu gloriam esse, parentes meliores, sanctiores, perfectiores, habuisse; ergo, conforme non est legi naturali, rectaeve rationi, quod Jesus Matrem aut Patrem, qui non immaculati in sua fuissent conceptione, selegisset. Ergo concludendum est, quod si Jesus Matrem, Virginem immaculatam praelegit, ita a fortiori Patrem, virginem immaculatum, praeligere debuit; eo magis,

quo Mater et Filius subjecti ei esse debuerunt. Eodem modo, absonum est valde rationi, quod cum Jesus Christus in mundum venisset, ut peccatores salvaret ex peccatoribus parentibus, voluisset nasci; peccatores enim fuerant, si uterque in peccato fuissent concepti; ergo, sicut Virgo fuit Sanctissima, ita etiam Sanctissimus fuit Joseph, si Virgo sine macula fuit concepta, ita et Joseph absque originali peccato conceptus fuit. Hac de causa in Geneseos legitur: "Inimicitias ponam inter te et mulierem, ipsa conteret caput tuum;" id est; ipse Jesus per Mariam et Josephum conteret caput tuum; ergo Mariam et Josephum creare in originali labe, idem erat ac eos sub inimici potestate creare; ergo diabolus gaudere potuerit et dicere: ego etiam victoriam super Parentes Jesu, obtinui; ego etiam sub potestate mea, eos aliquo tempore habui; ergo rationi tali modo absonum est, ut tantus audiretur horror.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Joseph et Maria tanquam fundamenta Jesu in omnibus momentis sanctis revera sunt.*Diligit Dominus eos, ut portas Urogeniti Filii sui super omnia tabernacula Jacob. ¶ Gloriosa dictas unte de vobis tanquam de civitate Dei. Diligit....

—DIA 24 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph viva fide credebat Christum Deum verum, sperabatque juxta angelica promissa, illum futurum Salvatorem mundi, igitur vehementissime illum dilexit.—*Isid.*—Joseph Christum amavit plus quam

omnes parentes, filios suos; amore praecipue semper amavit, quia ampliora de Christo credebat, semper deaervivit.—*Isid.*—Jesus visus a Joseph et adoratus, illius cor vulneravit aeterni vulneris indesitura cicatrice, et ab ea hora citra novum hominem Joseph induisse non ambigimus. Quid a me petis ait Joseph o fili mi! O Deus immortalis, annue, jube impera, quia quem Patrem putari mandas, servum tuum se esse gestit et gloriatur! Tu es verus Deus; tu sapientia Patris; tu splendor Patris; tu salus humani generis; te adoro, o Fili mi, te amo, et te amare opto.—*Isid.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Magna nobis confidentia resultat ex eo quod.*

Virgo sit Mater nostra et Christus Dominus frater.

✠ Et Sanctissimus Joseph sit noster Pater. Virgo....

LECTIO II.

Tum Maria, tum Joseph, concepti sunt absque peccato originali.—

Cui sub aliquo visu plenus est, nihil amplius ad di potest, nam e contra plenus non fuisset; atqui Beatissima Virgo Maria Joseph Sponsa fuit gratia plena; ergo ipsi non defuit originalis gratia, ab omni labe exempta; ergo sine originali culpa fuit concepta; ergo dum Angelus ei dixit: Gratia es plena, hæc gratia juxta omnem plenitudinem intelligere debebat; ergo gratia fuit plena indefinite, relate ad omne tempus; ergo semper fuit gratia plena; ergo fuit jam in primo suae conceptionis instanti; ergo fuit de facto sine labe originali concepta; et hæc propositio in diebus nostris fidei nostrae catholicae dogma est. De Sancto Josepho nunc sermo facientes, ip-

sum discursum efformamus, dicentes: qui justus in aliqua specie est, nihil de justitia illa deesse potest; nam si aliquid ei defuerat, scilicet, justitiae, jam non absolute justus fuerat: atqui Dominus Joseph ab Spiritu Sancto, justus fuit declaratus; ergo ei non defuit justitia originalis gratiae; quia Joseph, non solum fuit justus in agone, et justus illo in momento quo ab Angelo talis fuit declaratus, sed justus fuit semper; ergo justus, a primaevo instanti suae conceptionis, fuit; ergo justitiam habuit cum omni plenitudine sua, ergo eodem modo quo Maria concepta, ipse sine originali labe fuit conceptus; ergo revera, tum Maria, tum Joseph concepti sunt absque peccato originali. Et sic concludere possumus, nam veritates sunt, quae ad fidem pertinent, non tantum quae in Sanctis Libris expressae sunt, sed etiam illae quae ex certa ab illis rebus in Sacris Scripturis contentis expresse, connexionione inferuntur.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Homo Jesus, et homo Joseph natus est in ea justitia originali et absque peccato.*Jesus essentialiter ut Deus, sed Joseph per gratiam et privilegium ut homo. ✠ Ipse Jesus fundavit justitiam originalem in Joseph Patrem suum. Jesus....

LECTIO III.

Utrum conceptio immaculata Josephi esse de fide possit.—

Receptaculum seu Scripturae Sacrae depositum est Sancta Ecclesia; hæc etiam ejus sensum verum in deposito habet, et illa est ipso tempore ejus judex certus et verus ad declarandum ipsum. Ideoque, dum Scripturae Sacrae sensus fuerit obscurus, seu in du-

bium veniamus, an aliquid conclusionis necessarie a rebus fide deducatur, Ecclesie intelligentia, Scripturae est intelligentia, et certum fidei catholicae principium, nam si Ecclesia jus certissimum verbum Dei a verbo hominum habet, discernendi, plane, jus merito inferitur habet, sensum Dei ab hominum sensu, discernendi in verbis praedictis. Ex dictis liquet certe, quae veritates ad fidem pertinent et ad illam pertinere possunt, et suo tempore crediturae erunt cum divina fide. Sed cum immaculatae Sancti Josephi conceptionis veritas mysterii, non est de fide veritas, nec in Scriptura formaliter est expressa, nec ab Ecclesia definitive fuit declarata: attamen ex eo quod a textibus Scripturae colligitur, et quia nec traditio, nec Ecclesiae Patres contra illam exsurrecti fuerunt, plane est consequendum, Sanctam Ecclesiam eam definire posse; et quod si ipsa eam definiret, expresse et formaliter, sicut ei datum est facere, tum veritas quaestionata, fidei catholicae dogma esset.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Dominus Joseph regnavit ut rex caeli et terrae, et decorem justitiae originalis indutus est. *Indutus est fortitudine adversus Satanam, et Dominus Deus praeinxit admirabilem fortitudinem. ¶ Etiam firmavit conceptionem suam ut revera esset absque peccato. Indutus....

LECTIO I

—EX DOCTORIBUS.—

Porro quia singularis fuit in beatum Joseph sacratissimae Virginis Mariae Sponsum, hujus provinciae devotio, ob cujus Sancti merita et intercessionem pie credi potest, novam Hispaniam singulariter Dei beneficiis donari provincialis Synodus anno domini 1605 celebrata, Sanctum Joseph in generalem hujus archiepiscopatus et provinciae Patronum elegit, ejusque festum coli mandavit; haec quoque Synodus idem renovans et confirmans, statuit: ut festum hujusmodi in hac provincia, cum octava celebraretur. —*Mex.*— Ecclesia Hierosolimitana admisit Joseph esse in utero sanctificatum; atque idem fuit sensus antiquissimi carmelitanorum ordinis, qui Breviario semper, et huiusmodi usi fuerunt etiamnum Pontificibus augmentibus: in tabulis ecclesiasticis Josephi sanctificationem in utero legerant. —*Hierosol.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Multum nobis filii Instituti Josephini prodest immaculati Josephi intercessio. *Quia Pater noster revera est. ¶ Et quidquid pro nobis postulat a Deo certissime impetrat. Quia....

LECTIO II,

Quid et quomodo credendum est circa conceptionem immaculatam Sancti Josephi.

Omnibus notum erit quod interim supramodum de immaculata B. Mariae conceptione quaestionabatur, imprudens fuerat, Sancti Josephi conceptionem immaculatam ad quaestionem ut reducerent, ante ocu-

Piissima

los sapientium ponere; sed hodie cum transierunt anni quadraginta ex quo fidei catholicae dogma declarata fuit, doctrina, B. Virginem Mariam asserens, sine labe originali fuisse conceptam, certe ad tempus jam vanimus quo in ejus Sponsum oculi nostri tendamus, sive quia coelum ad hoc videtur nos cogere, mediis multiplicibus beneficiis, quae super mundum sparsit, sive etiam quia Ecclesia multis, modis honorem Josephi et gloriam quaerit et a fidelibus exigit pie; et a sanctorum numero seligens, in loco suo speciali eum collocat, ad ejus Sponsam, Dominus Leo Decimus Tertius, aproximat quantum fas est, et videtur theologos vocat, ut omnes dicant, quid aut quomodo credendum est circa conceptionem immaculatam Sancti Josephi. Usque nunc, nihil credendum est tanquam de fide, quia de facto, nihil circa hoc definitum apparet; sed quia videtur a principiis fidei deductum, recte videtur, ut in statu quaestionis praesenti, potest esse apud fideles, doctrina pia, quae similiter magni solatii est apud omnes Josephi cultores, et etiam valde honorificentissima Jesu et Mariae, qui vehementer desiderant eam magnificemus nunc in terris, sicut et illi magnificent in coelis.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Hanc autem opinionem tenet Institutum Josephinum et nos mirabiliter probare intendimus si fieri potest.*Ex naturaliter notis nullam apparientiam veritatis habet opinio contraria. ¶ Et suo tempore affirmantes quod Virgo Joseph habuit originale peccatum reprehenduntur. Ex naturaliter....

LECTIO III.

Operationes et fundamenta Ecclesiae vel Papae in suis dogmaticis definitionibus.

Dum Ecclesia seu Apostolica Sedes, aliquas fidelibus propositiones, tanquam fidei dogmata, quae de fide non erant antea, proponit, exposcit apertam declarationem eiusdem sensus in Scriptura contenti. Tum, sic propositio declarata illa, ad fidei dogma esse, quod omnes credituri fideles adstrictè teneantur, transit. Hoc Jesu Christi repromissione in illa fundamentum accipit, asserentis: omnibus usque ad consumationem saeculi temporibus cum Ecclesia permansurum, sed specialiori modo Spiritus Sancti cum lucibus, quibus, Apostolica Sedes, omni in tempore, quocumque momento, omnique quaestionum genere, erit praeradiata; et hac de causa, dum Sacrae Scripturae, interpretationem nobis attulit, non errasse asserimur. Adeoque, doctrina, Sanctum Josephum, veluti Mariae dignissimum Sponsum, sine labe originali fuisse conceptum, quae asserit, theologica est propositio, quae secum, tum operationes, tum fundamenta ut sit de fide, involvit.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. B. Joseph, est revera vir qui non abiit in concilio impiorum et in via peccatorum non stetit.*Et in cathedra pestilentiae originalis maculae non sedit. ¶ Sed in lege Domini semper et pro semper fuit voluntatejus. Et in....

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Per multas sectiones statuit multisque et SS. PP. testimoniis, et rationibus ab scriptura, theologia et philosophia ingeniose petitis suadere conatur: SS. Josephum fuisse verum Jesu Christi Domini nostri Patrem, citra carnalem generationem, eo quod Spiritus Sanctus actionem divi Josephi in productione Christi suppleverit, ea intentione ut Christus B. V. ejusdem sancti legitima uxore miraculose conceptus, Josephi filius esset, et Joseph Christi Pater prout a Deo fuerat prædestinatus.—*Brabant. Carm.*—Conjugem autem quare dixerit? Etiam inter reliqua quod nihil defuerit operis conjugii, nisi sola commixtio libidinis; in tantum ut ad Joseph juxta carnem pertineat ortus Christi, si quomodo dici possit per hoc Pater Salvatoris.—*Pascat.*—Virum Mariæ cum dicit magnum et verum nomen beato Josepho attribuit Evangelista; quia si est Vir Mariæ est Pater Domini.—*Rup.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Qui ex nobis filiis et filiabus Instituti Josephini, aliqua premitur angustia.*Ad potentissimum Patrem nostrum Josephum libentissime confugiat. X Qui certissime pro eo oret ut a malis liberetur. Ad potentissimum....

LECTIO II.

Nullus ex Patribus, Sanctum Josephum, ut immaculatum consideravit.

Sanctus Augustinus, Beatam Virginem Mariam

dum excludit, in disputationibus suis erga Pelagianos Sanctum Joseph condemnasse, ab aliquibus asseritur, Sanctum Patriarcham, declarans, sub macula originali fuisse conceptum, sed immerito: nam si Maria selegit et Josephum exemit, simplice ratione, ut Joseph æque ac Maria Deigenitrix est, Dei Pater esset. Cæterum, Augustini in quæstione, omnes homines in peccato conceptos fuisse tantummodo defenditur; sed hac in augustiniana asseveratione, Sanctus Joseph non intelligitur, quoniam pars Sacrae ideoque est, sanctos inter cæteros inclusus non oportebat, sed omnino cæterorum a lege solutus. Et si signatus Joseph forte fuit, non ut dignissimus Mariæ Sponsus, sed veluti ex multis unus, intelligitur. Insuper, remotissimis in temporibus illis, quia Mariæ Virginis conceptio subobscura erat, Josephi immaculatam conceptionem ante oculos ponere, inconsiderata agendi ratio fuisset, ex eo quod subobscurior Mariæ tenebatur. Hoc velim nobis penitus suaderemur: Jesum Patris sui virginalis in decore, et Mariam Sponsi sui veri in honore, Jesum atque Mariam simul, seipsos causa honorandi, dixisse: "Honoramus omnes illos commemorantes Sanctissimum Immaculatum et gloriosissimum Dominum Josephum, Patrem ac Sponsum nostrum; quia sicut primus Adam formatus fuit ex terra, antequam esset maledicta; ita secundus Adam ex matrimonio virginali per divinam operationem Spiritus Sancti, et numquam maledicto, nec per culpam originalem.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster Sanctissimus Joseph ut immaculatus

erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.*Quod fructum suum Jesum dabit in tempore oportuno cum Maria. ⁊ Et folium minimae imperfectionis non defluet, et omnia quaecumque faciet inter nos semper prosperabuntur. Quod...

LECTIO III.

Ea iustitia Sancti Josephi concluditur eius immaculate conceptio.

Cum Spiritus Sanctus ait: Joseph autem cum esset justus, ostendit, ex integro iram peccati originalis a nostro Josepho esse exclusam, ideoque habuisse plenitudinem omnium iustitiarum, sicut decebat Patri Christi. Propterea, directam omnibus hominibus illam maledictionis iram, quam ipsis originali iustitia orbat, ad Josephum egregie iustum non pervenit, sub hoc respectu permanens, tanquam ille primus Adam in diebus illis innocentiae suae primigeniis. Et hac praehabita veritate rationi congruente, omnes Sancto Josepho pertinentes clausulae intelligendae sunt, ad hunc videndi modum, secundum Augustinum dicentem; Verbum ex vicinitate usurpatum, cui propinquitas ipsa impetrat intellectum, non est censoria notatione culpandum; sed quia in praesentibus non modo speciali agitur, ita ut Sacrae Familiae membrum aliquod affectet, plane liquet, non dictae fuerunt Sancti Josephi causa, de cunctis. Proinde, ex eo quod a primis saeculis, Sanctis, non excepto Josepho, loqueretur, nihil inde sequitur, nam nullomodo Virginem exceptam invenimus illis in temporibus; et hoc, causa Pelagianos viam non aperiendi, dicentes: multos, sive homines, sive mulieres, exemptos fuisse. Sancti

Patres saeculis in primis studiosiores se habuerunt divinitatem Jesu stabilientes, sed nihil de Maria dicentes, nec de Josepho affirmantes. Ergo, juxta quod Evangelium ait dicere valemus: Scimus tantum gratiae ad vincendum ex omni parte peccatum Josepho fuisse collatum; quia ut Sponsa Maria ille fuit omnino justus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph per Mariam Sponsam suam.*Meruit concipere et facere quem constat nullum habuisse peccatum.*Ergo per gratiam neque habuerunt illud Joseph et Maria. Meruit....

—DIA 27 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ut manifestum fieret tam sanctis angelis quam hominibus de ipso Josepho esset justus.—*Rup.*—Eatenus vir justus, exinde justissimus.—*Rup.*—Quia pauperes erant hospitium invenire non potuerunt.—*Bonav.*—Aurum non modicum oblatum a magis, Maria pauperibus per Joseph erogavit.—*Bonav.*—Ecce mira paupertas in parentibus Christi, qui agnum non habebat.—*Bonav.*—Obtulerunt in templo par turturum, aut duos pullos columbarum; et hinc jam et paupertas parentum Christi satis notari potest.—*Corn.*—Pauperis carpintarii uxor paupercula incidebat; ipso solo contenta comite.—*Sim. de C.*—Ipse Joseph patientissimus erat in paupertate.—*S. Bnig.*—Multum per omne modum isti, Joseph et Maria, paupertatem dilexerunt et eidem

perfecte usque ad mortem servaverunt fidem.—
Bonav.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

Noster divinus Joseph Pater Christi legalis, Pater Christi spiritualis, Pater Christi virginalis fuit.

*Et mediante obumbratione Spiritus Sancti super-
venientis in Maria. ¶ Etiam Pater carnalis, ratione
desponsationis cum Virgine appellari possit.—Et
mediante....

LECTIO II

*Utrum constat in traditione immaculata
conceptione Josephi.*

Definibilis esse non potest immaculata Sancti
Josephi conceptio, ipso facto non existendi ne-
que in Scriptura, nec in Traditione; et plures alias
Josephi præerogativæ modo aliquo clariori constant,
exempli causa, eius in coelis assumptio, speciali mo-
do gloriosa habetur. Sed si meliori cum funda-
mento loqui volumus, dicere fas est: magnas illas
veritates, nobis privilegia, glorias, gratiasque Jose-
phi nunciare egregias, unæ alteris ita conjunctæ ad
invicem, ita dependentes, ut una ab altera pendet,
tali modo, unam neque non licet nisi alteras simili-
ter et negemus. Adeo, si membrum est Joseph Sa-
cræ Familiae, plane sequitur, immaculatum fuisse
sua in conceptione, quemodmodum et aliae duæ per-
sonæ quæ sacram familiam constituunt. Ergo si Ma-
ria immaculata fuit concepta, et ejus divinus Spon-
sus virginalis; ergo si Jesus immaculatus, ita etiam
illius virginalis Pater. Coeterum, si a sæculis
omnibus expressa fuisset Josephi conceptio im-
maculata, et ab Ecclesia expresse et formaliter

declarata, jam de fide fuerat, et necesse non fue-
rat ut ab Ecclesia definiretur. Proinde, ex eo
quod per Ecclesiarum testimonia particularium nec
non et antiquissimarum, ab Apostolis fundata-
rum, ut Judææ, Siria, Egypti, Armeniæ, Græciæ,
memoria et traditio illius Joseph, continuo ser-
vata fuit, Sanctum Josephum immaculatum fuis-
se conceptum secundum a predictis Ecclesiis Pa-
triarchæ privilegia, gloria, gratiasve tributas,
concludere posumus. Et omnia dicta satis menti
persuadent, ut bene possimus in re tanti momenti
judicia recte proferre aut efformare, et in re glorio-
sissima Josepho, et supramodum gloriosissima Jesu
et Maria, qui certe Josephi gratias dederunt tales.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Certum est non novam sed vetustam esse ce-
lebritatem Paternitatis Joseph circa Filium suum
Jesum.* Celebritatem suæ desponsationis cum Ma-
ria Matre Jesu. ¶ Ergo pie credendum est, quod
declarando Ecclesia nostrum Josephum sine macula
esse conceptum in isto judicio errare non potest.—
Celebritatem....

LECTIO III.

*Utrum pie credi potest nostrum Josephum
—esse immaculatum.—*

Varii in fide pia gradus dantur; alii accidentales,
alii non; et hoc in genere, alius est summus gradus,
qualis est fides pia sive religio, vi cujus Ecclesia
decretum efformat causa regiminis Ecclesia recti,
aliquem ex Sanctis esse in gloria; et quum favore
conceptiōnis Sancti Josephi immaculatae, verum

extitit miraculum certa in persona; ergo, si persona illa, illam habet notam, pie credere potest illud mysterium; ergo, cum Ecclesiae praedictam notam habeat, sicut per illam sanctorum canonizationem definit, ita immaculatam Sancti Josephi conceptionem definire poterit. Juxta D. Paulum fides est, sperandarum rerum substantia, argumentum non apparentium, hoc est, non videntium assensus et sperandarum rerum dictarum a Deo, qui nec decipitur, nec nobis decipere potest, fundamentum. Haec res, clariores aliquando apponit, alias indistinctas declarat; modo absolutas, modo relativas; sed in casu veritas existit; id est, intellectus conformitas seu cognitionis actus cum suo objecto; aliae res, primo in visu certitudinem habent; id est, praeter veritatem connexio quaedam necessaria datur, qua omne dubium fugit. Aliae, tandem evidentia apparet, quia ad veritatem et certitudinem, talis claritas additur, quae ab intellectu dubitandi potestatem adhuc excludit. Et quamvis suo tempore, similiter Ecclesia de conceptione Josephi immaculata iudicabit super mysterium, hic et nunc, nobis sufficiat illud utrum pie credi potest nostrum Josephum esse immaculatum.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Dixit insipiens in corde suo Josephum non esse immaculatum. Sed signatum est super nos lumen vultus tui Domine, ¶ Ecce illum conceptum absque peccato ut Pater Jesus. Sed...

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Volebat enim quod fieret voluntas Domini per omnia cum esset justus.—*Ger.*—Joseph est Pater Christi vere et secundum rem; quia actio supernaturalis, qua beata Virgo de consensu vero Josephi Christum generavit, jure matrimonii fuit actio Josephi, quem matrimonialem Christi Patrem constituit.—*Jos.*—S. Joseph Christum non generavit physice; sed constitutus fuit Pater Christi vere et secundum rem per generationem activam voluntatis suae in utero virginali ejus Sponsae S. Mariae, id est, operando juridice et matrimonialiter.—*Jos.*—Joseph erat aptus ad suam vocationem perfectissime adimplendam, aptus in Sponsam Dei parentis, aptus in Paternitatem Christi secundum rem; et adhuc plenissime aptus, modo eximio, supernaturali et altiori, nempe ordinis hypostatici beneficio Dei.—*Jos.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Voluit Christus Jesus ut convenienti modo et ordine nobis ejus merita applicarentur. *Ut eadem applicatio. ¶ In majorem utilitatem nostrorum aliorum suorum mirabiliter cedaret. Ut...

LECTIO II.

*Utrum affirmare potest quod Virgo Joseph habuit
—originalem gratiam.—*

Nostris in diebus, quamvis multa dici possent ut in favore quaestionis presentis, multa similiter dici possunt contra illam. Sed tempus eveniet, quo in-

quirentes veritatem sapientes conceptionis Josephi immaculatæ, tali modo eam evolvent, ut evidens fiat; venturum tempus quo vi suorum discursuum sapientes, connexionem quam virginalis Sancti Josephi paternitas evidentem habet cum sua puritate originale apprehendent; et illam publicam et omni orbi perentoriam facient; tempus veniet, quo, vi suorum intellectualium laborum sapientes, de scientia hoc mysterium facientes, suum et proprium similiter, efficient; venturum est tempus, quo Jesu amatores, Mariæ dilectores, et Josephi cultores, in loco suo pertinente talem Sacram Familiam collocabunt, et cum omnimoda claritate, veritate et sollicitudine concludent, quod uti Jesus et Maria, ita Joseph semper sine ullo peccato fuit, ideoque sine labe originali fuit conceptus, et nunquam nec uno quidem momento infernalis draconis fuit purissimus Mariæ Sponsus et dignissimus Jesu Pater. Tempus venturum est, tandem, quo Scripturæ explanatæ, bene intellecta texta quæ ad Sacram Familiam referuntur, patefiat thesaurus traditionis aperti, mediis centum miraculis, et mirabilibus, et discursis, una voce dicent: creaturæ omnes, Josephum in sua conceptione immaculatum fuisse.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quoniam novit Dominus viam justorum dicentium Josephum esse sine macula originale conceptum. *Ideo non resurgent conciliarii in judicio neque peccatores in concilio justorum. ¶ Hæc pia sententia fructum suum dabit in tempore suo. Ideo....

LECTIO III.

Sollicitudo Doctorum omnium in honorem

— Sancti Josephi. —

Uti in diebus nostris universæ Ecclesiæ sollicitudo laboravit, maxima cura, ut Maria Deigenitrix Virgo apud fideles omnes sicuti vere est appareat, id est, Mater tanquam Dei dignissima; ita tempus venturum erit, quo ita magna erit Ecclesiæ Doctorum sollicitudo, super glorias Sancti Josephi privilegiaque secum cogitantium, eum tanquam dignissimum Mariæ Sponsum, Jesu dignissimum Patrem decernant; ex quo omni cum certitudine colligent Sanctissimum Josephum immaculatum esse debuisse. Tunc eo modo quo fides super Josephum est divina aperietur; humana perspicuitas veluti qualitas naturalis a Sacris Litteris, a Traditione, ab Ecclesiæ Patribus, Doctoribusque ejus oriens, eveniet; divina obedientia, vi cujus Apostolica Sedes ducetur ad Sanctum Josephum e communi omnium hominum numero selligendum; progredientes Sanctæ Ecclesiæ declarationes, quibus conceptionis sine macula Domini Sancti Josephi mysterio, maximam certitudinem, universalemque fidelium utilitatem communicabunt; Sanctæ Ecclesiæ testimonia declaratoria mysterii veritatem admittentia, festivitatemque ejus patientia; et suo tempore, per Sanctæ Ecclesiæ omnium Doctorum sollicitudinem, ab Spiritu Sancto rectæ, veram esse doctrinam asserentem Dominum Sanctum Josephum sine labe conceptum fuisse, definietur.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Astiterunt reges impiorum et principes conve-

nerunt in unum adversus Josephum, et suam immaculatam conceptionem.* Sed noster potentissimus Joseph qui habitat in coelis. R Irridebit eos et subsanabit eos. Sed . . .

—DIA 29 DE JUNIO.—

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Noster Sanctissimus Joseph pertinet revera ad ordinem hypostaticum.—*Suar.*—Dignitas Sanctissimi Joseph est forma vel quasi forma, vi cuius ipse Joseph conjungitur Deo, media aliqua actione physica attingente, vel cansante physicam substantialem unionem Verbi cum humanitate: de causa pertinet ad ordinem hypostaticum.—*Equivara.*—Per formam beati Josephi, actio beatæ Mariæ Virginis fuit generativa Dei hominis; vi cuius contentus Filius non solum Mariæ, sed necessario etiam Josephi non generantis physise, sed per suam voluntatem, sicut Mariæ dicentis: ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.—*Jos.*—Quamvis Joseph media actione physica Mariæ, non attigerit physice Deum Hominem, ipsum attingit moraliter juridice et per verbum: et hoc sufficit ut Josephi dignitas in ordine hypostatico reponatur.—*Equivara.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Omnia habemus in Patre nostro Josepho.* Si a vulnere curare desideras medicus est. ¶ Si febribus æstuas fons est, si ingravaris iniquitate, profectio admirabilis est pro nobis filiis suis.—Si febribus . . .

LECTIO II.

Sollicitudo Doctorum omnium pro conceptione immaculata Domini Sancti Josephi.

Tempus venturum erit, quod Dominus sua in bonitate et misericordia infinita jam præparat, quo omnia corda, divina flamma amoris accendentur, et hi ad majorem Sancti Josephi gloriam et honorem, inflammati, studiosiori modo laborabunt, ut Patriarcha melius sit agnitus, et ut speciali modo, conceptionis gloriosæ ejus sine macula mysterium agnoscat. Tempus venturum erit, quo Apostolicam Sedem diligentiae multæ directæ erunt a Clero, Universitatibus, Capitulis, Cathedralibus, modoque specialiori a Sanctæ Ecclesiæ Pastoribus, ut Ecclesia (mediis suis divinis dispositionibus, in quibus errare non potest, in illis enim ab Spiritu Sancto est recta,) magni mysterii præstantiam Sancti Josephi conceptionis sine macula parentorie monstret; multiloquentiam hæresum vanam circa Josephi conceptionem flocci faciendum et relaxatorum christianorum, quibus dicere oportet cum Jesu Christo Domino nostro: Sinite illos caeci sunt, et duces caecorum. Et continget, ut josephina devotio, speciali modo fidelibus omnibus, et singulari modo regibus, principibus, imperatoribus, monarchis, præsidentibus, inflammavit; et hi omnes, uno atque instanti rogatu Romam accurrent, quatenus Sedes Apostolica non movetur nisi præviis supplicationibus Regum, Principum et aliarum authenticarum personarum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ego diligentes me diligo et qui mane vigilant ad me.* Invenient me. ¶ Per me reges regnant, per

me principes imperant, et potentes discernunt justitiam. Inveniant....

LECTIO III.

Opportet credere Josephum esse immaculatum.

A sacris officiis digredens, quibus Dominus Deus noster Joseph ab Aeterno dignatus est impertiri, recte videtur nos concludere posse: "oportet credere Josephum dignissimum Sponsum Mariae et virginalem Patrem Jesu immaculatum esse." Sub hoc respectu, hac in doctrina, aliquam videmus pietatem omnibus adstantem actibus; quamdam certitudinem ab intellectu lucem auferentem; certam evidentiam, quae suo tempore, omnes dubitationes fugere faciet, et doctrinae, securitatem fixam communicabit; attamen multa fortasse incommoda ab aliquibus inveniuntur, ut in decisione dogmatica Ecclesia constituat; doctrinam, Sanctum Josephum immaculatum esse, docentem, vere doctrinam esse in Ecclesia contentam, et in traditione; quam si multi renuerunt, multi plures acceperunt; plures textus jam sunt aperti; multae traditiones patentes. Proinde, quemadmodum Ecclesia, certis in circumstantiis, multas res definivit, quae in Scriptura clare non inveniuntur, quamvis in Litteris sacris et in Traditione implicite contentas, sicut conceptio Mariae sine macula ita, simili modo, Sancti Josephi immaculata conceptioni continget quae eodem modo habetur, nam Mariae Sponsus, et Jesu virginalis Pater, vocatur. Oportet ergo credere Josephum esse immaculatum.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ego autem vir inter omnes homines constitu-

tus sum immaculatus.*Ab eo super Sion montem sanctum ejus, praedicans praecipuum ejus. ¶ Dominus dixit ad me; tu es sine macula, quia Filius meus es tu et virginaliter genui te. Ab eo....

—DIA 30 DE JUNIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quantum ad se ipsum et quantum ad proximum, et quantum ad Deum sublimatus fuit Joseph virtutum augmentatione.—*Alb Mag.*—Videtur Josepho quod per seipsum apparere debuit Dominus.—*Alb. Mag.*—Dicendo Angelus Josepho: accipe Puerum et Matrem ejus et fuge in Aegyptum, loquebatur formula praecisa et imperiosa.—*Joan. Bon.*—Joseph fili David, haec dominatio magnifica, propria est beati Joseph.—*Rup.*—Longe majoris obedientiae fervore Joseph mandatum exsequitur, quam Abraham; nam nulla bonorum expectata promissione a Deo, egreditur.—*Christoph.*—Hic expendendum occurrit, quare Angelus non ante aliquot dies, quam fugere debebat, Joseph indicaverit? Ad majorem Josephi obedientiam certissime ita factum est, et non alio modo.—*Hessil.*—Angelus non promisit comitem se fore itineris, insinuans quod magnum haberet, viae comitem, puta puerum.—*Ent.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Divinus Joseph fuit Pater Jesu, non naturalis, sed legalis.*Cui Spiritus Sanctus suscitavit Filium suum Jesum. ¶ Dejunctus enim erat ille a carne per virginitatis et castitatis perpetuae votum. Cui....

LECTIO II.

*Utrum Rom. Pont. Josephum esse immaculatum
—definire possit.—*

Romanus Pontifex definire potest, fidei dogma esse illud quod ab aliqua de fide præmissa, et alia evidenti ac moraliter certa, infertur; atqui in Sanctorum canonizatione de fide habetur, illum perseverantem in lege Dei, salvare atque beatitudine gaudere; et similiter certum moraliter est, secundum canonizationis diligentias, sanctum canonizatum usque in finem mandatorum in fide perseverasse et observantia, atque quanta cum heroicitate virtutes morales exercuisse; etiam verum est, post mortem suam in miraculis claruisse; ergo dum Romanus Pontifex ab his præmissis diabus, canonizatos sanctos esse, atque æterna beatitudine gaudentes, certe liquet, hoc definire posse, tanquam de fide veritatem. Ex hoc argumento Sancto Josepho adscripto, liquet: veritatem esse, Josephum dignissimum Mariæ Sponsum et virginalem Christi Patrem, esse; et veritas moraliter certa et evidens habetur, reali cum connexionione erga Josephum; indignum quippe Mariæ esse habere talem Sponsum, qui immaculatus non fuisset et immeritisimam esse Jesu, selectum fuisse ab eo, talem Patrem virginalem, cui cum ejus custos, patronus, vitæ dux, redemptor et totum esset, tamen originale peccatum imputaretur; ergo immaculatus fuit; ergo Ecclesia seu Romanus Pontifex, conceptionem immaculatam Sancti Josephi definire possunt.

Nos hæc sublimia &c.

R. Deo gratias.

R. Ait Jesus Patri suo Josepho. *Postula a me et dabo tibi gentes in hæreditatem tuam et possessio-

nem tuam terminos terrae. ¶ Reges deshonorantes tibi in virga ferrea et tanquam vas figuli confringes eos. Postula me....

LECTIO III.

*Utrum doctrina asserens Josephum immaculatum
—esse, sit definibilis.—*

Sapientia est antiquorum scientiam sequi, et ineptiam male fundatam vitare; sed aliud est antiquorum scientiam sequi, et aliud plane distinctum, quacumque ab antiquis propositionem dictam custodire; nam quia non omne quod ab antiquis scriptum habemus et adhuc a Sanctis Patribus, certa sit scientia, multæ enim res probabilitate tantum scripserunt, seu immo etiam unus ad alterum adversantibus; adeoque ex eo quod antiquorum dicta sequamur, non semper vera sequuntur documenta. Proinde, quamvis aliquod antiquum documentum seu etiam si quidam Ecclesiae Pater in contrarium dicat, causa omnes homines amplectendi; et quamvis particulariter loqueretur de Sancto Josepho sermonem faciens, nihil adhuc hoc in casu, contra immaculatam ejus conceptionem sequeretur, quoniam de pendens ex solutione quæ de conceptione illius Mariæ ejus Sponsæ pronuntiare, permanet. Itaque, jam prima definita, rationabili videtur, tempus jam pervenit cogitandi in secunda, et quidem proponere: Utrum doctrina asserens Josephum esse immaculatum, sit definibilis; et eo magis, quæ nullo in sæculo a Maria Joseph disjunctis fuit, et omnibus in sæculis semper juncti permanserunt Joseph, Maria et Jesus: ergo considerare possumus prædictam doctrinam, tanquam piam piissimamque; sicut certam, certissimamque; velut evidentem, evidentissimamque.

Ut nostro labore finem apponamus, hæc præmonemus lectoribus, ne forte nos levitatis arguant. Primo scilicet, removenda et quam longissime possumus, arcenda ab scriptis nostris ea omnia, quæ minus digna sint persona summi et dignissimi Sponsi Mariæ et Patris Jesu; quibus attentis hæc calamo corrente scripsimus. Secundo: unollmodo esse in animo aliquem damnare, nec præjudicare, quoniam in dubiis libertas est, donec ab Ecclesia, magistra fidei et morum sententia feratur. Tertio: verba omnia et sententias et ideas legi et intelligi velle ad sensum et judicium Sedis Romanæ, quæ firmamentum jacet, et columna veritatis.

Hujus præclari Sancti Josephi
Humillimus filius et servus

JOSEPHUS MARIA VILASECA.

Mexici, anno salutis, millesimo octingentesimo nonagesimo quarto.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Servite Domino Josepho in timore et exultate ei cum tremore. *Aprehendite disciplinam nostri immaculati Josephi, nequando irascatur Dominus et pereatis de via justa. V Beati omnes qui confidunt in Domino Josepho. Aprehendite....



ORACIONES DIARIAS

I

Para comenzar la oración de la mañana

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende.

V Memento Congregationis tuæ, Potentissime Joseph.

R Quam possedisti ab initio.

V Domine exaudi.....

R Et clamor.....

V Dominus.....

R Et cum.....

OREMUS.

Deus qui ineffabile Providentia Beatum Joseph, Sanctissimæ genitricis tuæ Sponsum, eligere dignatus est; præsta quaesumus, ut quem Protectorem nostri Instituti, veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Qui vivis.....

V O Maria assumpta in caelis.

R Ora pro nobis.

V Sancte Joseph.

R Ora pro nobis.

V Almi parentes Christi.

R Orate pro nobis.

Ut nostro labore finem apponamus, hæc præmonemus lectoribus, ne forte nos levitatis arguant. Primo scilicet, removenda et quam longissime possumus, arcenda ab scriptis nostris ea omnia, quæ minus digna sint persona summi et dignissimi Sponsi Mariæ et Patris Jesu; quibus attentis hæc calamo corrente scripsimus. Secundo: unollmodo esse in animo aliquem damnare, nec præjudicare, quoniam in dubiis libertas est, donec ab Ecclesia, magistra fidei et morum sententia feratur. Tertio: verba omnia et sententias et ideas legi et intelligi velle ad sensum et judicium Sedis Romanæ, quæ firmamentum jacet, et columna veritatis.

Hujus præclari Sancti Josephi
Humillimus filius et servus

JOSEPHUS MARIA VILASECA.

Mexici, anno salutis, millesimo octingentesimo nonagesimo quarto.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Servite Domino Josepho in timore et exultate ei cum tremore. *Aprehendite disciplinam nostri immaculati Josephi, nequando irascatur Dominus et pereatis de via justa. V Beati omnes qui confidunt in Domino Josepho. Aprehendite....



ORACIONES DIARIAS

I

Para començar la oración de la mañana

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende.

V Memento Congregationis tuæ, Potentissime Joseph.

R Quam possedisti ab initio.

V Domine exaudi.....

R Et clamor.....

V Dominus.....

R Et cum.....

OREMUS.

Deus qui ineffabile Providentia Beatum Joseph, Sanctissimæ genitricis tuæ Sponsum, eligere dignatus est; præsta quaesumus, ut quem Protectorem nostri Instituti, veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Qui vivis.....

V O Maria assumpta in caelis.

R Ora pro nobis.

V Sancte Joseph.

R Ora pro nobis.

V Almi parentes Christi.

R Orate pro nobis.

II

Letanía à San José

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de coelis Deus. Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus. Miserere nobis.

Spiritus Sancte Deus. Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus. Miserere nobis.

Sancta Maria. Ora pro nobis.

Sancte Joseph. Ora pro nobis.

Almi parentes Christi. Orate pro nobis.

Sancte Joseph, tutor et nutrice Jesu.

Sancte Joseph, vir secundum cor Dei.

Sancte Joseph, constitutus a Domino super familiam suam.

Sancte Joseph, custos virginitatis Mariae.

Sancte Joseph, comes et solatium Mariae.

Sancte Joseph, in virginitate mundissime.

Sancte Joseph, in humilitate profundissime.

Sancte Joseph, in charitate ardentissime.

Sancte Joseph, in contemplatione altissime.

Sancte Joseph, cui Pater Aeternus pateraam auctoritatem erga Filium suum incarnatum dedit.

Sancte Joseph, cui Verbum Aeternum in terris obedivit.

Sancte Joseph, cui Spiritus Sanctus dona sua perfecte impertivit.

Ora pro nobis

Sancte Joseph, qui vir justus ipsius Spiritus Sancti testimonio comprobatus es.

Sancte Joseph, qui in divinis mysteriis præ omnibus illuminatus fuisti

Sancte Joseph, qui de sacro incarnati Verbi mysterio coelitus edoctus es.

Sancte Joseph, qui cum Maria profectus es Bethlehem.

Sancte Joseph, qui non inveniens locum in diversorio ad stabulum divertisti.

Sancte Joseph, qui Christo nascenti adesse meruisti.

Sancte Joseph, qui Jesu sanguinem in circumcissione excepisti.

Sancte Joseph, qui puerum Jesum Domino presentasti et redimisti.

Sancte Joseph, qui Angeli monitu in Ægyptum fugisti.

Sancte Joseph, qui Salvatorem mundi salvasti.

Sancte Joseph, qui ex labore tuo, omnium Dominum sustentasti.

Sancte Joseph, qui cum puero Jesu in terram Israël rediisti.

Sancte Joseph, qui cum Jesu et Maria in Nazareth habitasti.

Sancte Joseph, qui amissum Jesum in Jerusalem, dolens quaesivisti.

Sancte Joseph, qui Jesum, in templo, gaudens invenisti.

Sancte Joseph, qui Dominum dominantium, tibi in terris, subditum habuisti.

Sancte Joseph, cujus laus est in Evangelio.

Ora pro nobis

Sancte Joseph, Vir Mariae de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.—*Ora pro nobis*

Advocate noster.

Potentissime Patrone totius Universalis Ecclesiae.

In omnibus necessitatibus nostris.

In hora mortis nostrae.

Per castissimam desponsationem tuam.

Per paternam curam et fidem tuam.

Per labores et sudores tuos.

Per omnes virtutes tuas.

Per summum honorem tuum.

Per sempiternam beatitudinem tuam.

Per potentissimam intercessionem tuam.

Clientes tui.

Te rogamus, ut a Jesu peccatorum nostrorum veniam nobis impetrare digneris.

Te rogamus, ut Jesu et Mariae nos commendare digneris.

Te rogamus, ut omnibus convenientem castitatem impetrare digneris.

Te rogamus, ut Pontifici nostro N., et omnibus ecclesiasticis ordinibus, defendere et protegere digneris.

Te rogamus, ut familiis tuis veram sanctitatem et proprium illarum spiritum impetrare digneris.

Te rogamus, ut praesidibus in subditorum suorum gubernatione adesse digneris.

Te rogamus, ut patribus familias in christiana liberorum educatione opitulari digneris.

Te rogamus, ut omnes de tuo patrocinio confidentes protegere digneris.

—Adjuna nos S. Joseph—

Audi nos S. Joseph—

Te rogamus, ut cum Jesu et Maria in extremo vitae articulo nos invisere digneris.

Te rogamus, ut omnibus fidelibus defunctis intercessionis tuae suffragio succurrere digneris.

O caste Mariae Sponse! Te rogamus audi nos.

O fidelis Jesu Nutricie! Te rogamus audi nos.

¶ Ora pro nobis Beatissime Joseph. (T. P.) Alleluja.

℞ Ut digni efficiamur promissionibus Christi. (T. P.) Alleluja.

OREMUS.

Deus qui ineffabile Providentia Beatum Joseph, Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum, eligere dignatus est, præsta quæsumus, ut quem Protectorem nostri Instituti, veneramus in terris, intercessorem habere mereamur in coelis.

III

Oración á María Santísima.

¡Oh, Virgen y Madre de Dios; yo me ofrezco por hija vuestra en honra y gloria de vuestra pureza; también os ofrezco mis ojos, mis oídos, mi lengua y mi corazón; en una palabra, todo mi ser. Os suplico me alcanceis la gracia de no cometer jamás pecado alguno, en vos, Madre mía dulcísima, he puesto toda mi confianza, y espero no quedaré confundida.

¶ Inmaculada y divina María.

℞ Hacedme humilde y casta.

Se rezan tres "Ave Marias," con la misma jaculatoria.

Acordaos, ¡oh piadosísima Virgen María! que no se ha oído decir jamás que ninguno de cuantos se han

—Audi nos—

®

acogido bajo vuestro amparo, implorado vuestro socorro y dirigido sus súplicas, haya sido abandonado; animado yo con tal esperanza, ocurro á vos, ¡oh Virgen y Madre! vengo á vos y me postro á vuestros pies sollozando y pidiendo no desatendais mis ruegos ¡oh Madre del Verbo! oidlas y escuchadlas propicia.—
Amén, Jesús, María y José.

IV

Súplicas para alcanzar la humildad.

Señor, ten piedad de nosotras. Señor.....

¡Oh, Jesús, manso y humilde de corazón! Oid nuestra oración.

¡Oh, Jesús, manso y humilde de corazón! Escuchad nuestra oración.

Del deseo de ser estimadas,

Del deseo de ser amadas,

Del deseo de ser buscadas,

Del deseo de ser alabadas,

Del deseo de ser honradas,

Del deseo de ser preferidas,

Del deseo de ser consultadas,

Del deseo de ser aduladas,

Del deseo de ser atendidas,

Del temor de ser humilladas,

Del temor de ser despreciadas,

Del temor de ser desatendidas,

Del temor de ser calumniadas,

Del temor de ser olvidadas,

Del temor de ser zaheridas,

Del temor de ser vilipendiadas,

Del temor de ser injuriadas.

Libranos, Jesús

¡Oh María, Madre de los humildes, rogad por nosotros!

¡San José, protector de los humildes, rogad por nosotros!

ORACIÓN.

Oh, Jesús, cuya primera lección fué decirnos:—Aprended de mí, que soy manso y humilde de corazón;— os suplicamos que nos enseñeis á ser humildes de corazón como vos, para que podamos ser vuestras fieles esposas. Amén, Jesús, María y José.

V

EL ANGELUS.

Angelus Domini nuntiavit Mariæ et concepit de Spiritu Sancto.

Ave Maria....

Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum Verbum tuum.

Ave Maria....

Et Verbum caro factum est et habitavit in nobis.

Ave Maria....

Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

Ut digni efficiamur promissionibus Christi.—

Oremus.

Gratiam tuam quæsumus, Domine mentibus nostris infunde; ut qui Angelo nuntiante Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

En tiempo Pascual, se reza en su lugar: "Regina," etc.

VI

Oraciones cotidianas al Patriarca San José

¡Amabilísimo representante de Dios en la tierra, y nuestro amorosísimo Padre Señor San José! Vos, que constituido por Dios Jefe de la Sagrada Familia, sufristeis todo el peso y el trabajo de socorrerla, defenderla, alimentarla y proveerla de lo necesario para la vida; por aquellos cuidados continuos que tuvisteis tened cuidado de todas nostras; alejad de nuestro Instituto el pecado, el infortunio y la desventura; y como tan piadosísimo que sois, os rogamos nos proporcionéis numerosas vocaciones; vocaciones fervientes, y vocaciones tan fieles que nos adquieran la alegría y fuerza con que sirvamos fielmente al Señor. Esta gracia os la pedimos, por vuestros siete dolores y gozos que inundaron vuestro corazón. Sí, mi querido Santo; por amor de Jesús y de María, tened piedad de nosotros y consoladnos.

“Padre nuestro,” “Ave María,” “Señor San José,” y “Gloria á Jesús, María y José, por los siglos de los siglos. Amén.”

¡Oh amabilísimo Padre virginal de Jesús, amorosísimo abogado y Padre nuestro Señor San José! á vos recurrimos, para suplicaros que por aquellos siete gozos con los que fué en vida inundado vuestro corazón, os digneis alejar de nuestro Instituto el espíritu de tibieza, de disensión y discordia; y hagais que reine siempre en él, el amor á la santidad, el celo de la salud de las almas y el feliz goce de la verdadera alegría, que sea el trasunto de aquella paz que vos gozáis en el cielo. Sí, ¡oh gran Santo! por amor

de Jesús y de María, tened piedad de nosotros y consoladnos.

“Padre nuestro,” “Ave María” y “Señor San José,” gloriosos.

Oh, amabilísimo Esposo de la siempre Virgen María, y nuestro amorosísimo abogado y Padre nuestro Señor San José; á vos recurrimos humildemente, y por los siete dolores acerbísimos, que os transpararon el corazón en esta vida mortal, os encomendamos el aumento de nuestro Instituto, la salvación de las almas, la educación de la juventud, la formación de la mujer, nuestra propia perfección y santidad, y el último instante dolorosísimo de nuestra vida! Sí, gran Santo, por aquel admirable y suavísimo consuelo que os proporcionaron Jesús y María en el último instante de vuestra vida, concedednos las gracias que acabamos de pedir; y por amor de Jesús y de María, tened piedad de nosotros y consoladnos.

“Padre nuestro,” “Ave María” y “Señor San José.”

HIMNO.

Salve, estrella del hogar,
De Dios custodio sagrado,
Varón siempre puro y justo,
De santa muerte abogado.
Tomando tú de Gabriel
Aquel *Noli* en sueños dado,
Haznos firmes en la fe,
Y de errores siempre salvos.
Salva, de Pedro la Sede,
Sé luz al que está cegado,
Líbranos de toda guerra
Y da paz al mexicano.

Muestra que eres nuestro Padre,
 Y las preces por tus manos,
 Reciba el que en nuestra carne,
 Quiso tuyo ser llamado.
 De la Madre de Dios Hijo
 Singular Eposo y Santo,
 A los que son tus devotos
 Hazlos siempre á todos castos.
 En esta tan triste vida,
 Protección danos y amparo,
 Para que en la postrer hora,
 Por tí seamos visitados.
 Gloria al Padre dén, y al Hijo;
 Gloria al Espíritu Santo,
 Y á nosotros goce eterno
 Por José nos sea dado. Así sea.
 V Ruega por nosotros, poderosísimo Señor San José.
 R Para que seamos dignos de las promesas de nuestro Señor Jesucristo. Amén.

VII

Oraciones en favor del Instituto.

PRIMERA.—POR EL SUPERIOR GENERAL.

¡Oh, Señor San José! tú que fuiste admirablemente llamado para regir la Sagrada Familia; y que para cumplir ese cargo con la mayor perfección, fuiste adornado de las más singulares dotes; concede propicio á nuestro Superior General, que de tal manera esté con él la gracia de la Sagrada Familia, que todas nosotras seamos guiadas por el camino de la observancia de las Santas Reglas; y él con la misma Sagrada Familia merezca disfrutar un día, de los goces eternos de la gloria. Amén, Jesús, María y José.

SEGUNDA.—POR LOS DEMAS SUPERIORES.

Humildemente te rogamos, ¡oh Señor San José! que te dignes infundir sobre nuestros Superiores el espíritu de sabiduría y de entendimiento; el espíritu de fortaleza y de prudencia; el espíritu de ciencia, de piedad y el del santo temor de Dios; para que así como á los jueces de Israel les fué comunicada una parte del Espíritu de Moisés, así á nuestras Superiores las haga siempre conformes con la voluntad de nuestro Superior General, y todas juntamente merezcan llegar á los goces de la eterna gloria. Amén, Jesús, María y José.

TERCERA.—POR TODAS LAS JOSEFINAS PROFESAS.

¡Oh Señor San José! que con el fin de redimir á los pecadores y salvar al mundo, toleraste trabajos infinitos, y por esta causa también diste á los pecadores á tu Hijo muy amado; ayuda benigno y protege clemente á todas las Josefinas profesas, para que siguiendo tus pasos, trabajen en la conversión de los pecadores, de modo que merezcan cumplir su apostólico ministerio de la caridad cristiana, en gloria de tu Santo Nombre, y merezcan el logro de la eterna bienaventuranza. Amén, Jesús, María y José.

CUARTA.—POR LA MAESTRA DE NOVICIAS.

¡Poderosísimo Señor San José! tú que mandaste á nosotras tus hijas, andar por el camino de la observancia de nuestras Reglas; te pedimos con humildad, que á nuestra madre maestra que reconocemos como guía en este camino, te dignes darle la luz de tu gracia, para que nos dirija y se haga tan santa, que sea verdadero ejemplar para nosotras, de la santa observancia; te lo pedimos por tu divino Hijo Jesús, que contigo vive y reina por todos los siglos. Amén, Jesús, María y José.

QUINTA.—POR LAS PROFESORAS Y MAESTRAS.

¡Oh Señor San José! como verdadero Padre virginal de la Fuente de toda luz y del origen de la sabiduría celestial; infunde sobre nuestras profesoras y maestras, el espíritu de ciencia y de sabiduría divina, y concédeles, por el amor que tienes á la obra de tu Instituto, que progresen tanto en la santa observancia, cuanto más sean iluminadas con la divina luz de todo saber verdadero. Amén.

SEXTA.—POR NUESTRO NOVICIADO.

¡Dulcísimo Padre nuestro Señor San José! que nos concediste misericordiosamente la gracia de la vocación; da á nuestro Instituto innumerables y escogidas vocaciones, ya que nosotras lo consideramos como una escuela de virtud, y concede á todas nosotras, el espíritu de la santa observancia, para que por él nos hagamos tus hijas muy queridas, y seamos probadas como víctimas que se han de inmolar y consagrar á tu honor, para formar nuestro santo Instituto. Amén, Jesús, María y José.

VIII

Doctrina de Jesús crucificado.

Sufre, pues por tí sufrí,
Y en cuanto adverso te viene,
Sabe que así te conviene,
Pues todo nace de mí:
Mi bondad me puso aquí
Tu ingratitude me clavó
Nadie como Yo sufrió
Y pues todo es por tu bien,
Bebe una gota por quien,
Un caliz por tí bebió.

